


EX-LIBRIS

Finnr Jónsson.

NIALS-SAGA.

HISTORIA NIALI ET FILIORUM,

LATINE REDDITA, CUM ADJECTA CHRONOLOGIA, VARIIS TEXTUS ISLANDICI LECTIONIBUS, EARUMQUE CRISI, NEC NON GLOSSARIO ET INDICE RERUM AC LOCORUM.

ACCESSERE SPECIMINA SCRIPTURÆ CODICUM MEMBRANEORUM TABULIS ÆNEIS INCISA.

SUMTIBUS

PETRI FRIDERICI SUHMII ET LEGATI ARNA-MAGNÆANI.

HAVNIÆ, ANNO MDCCCIX.

LITERIS TYPOGRAPHI JOHANNIS RUDOLPHI THIELE.

AD LECTOREM.

Libro huic, jam primum latiali habitu in lucem publicam proditura, dum præfabimur, I. de ſcripti nomine & argumento, II. de genere dicendi, ac momento, III. de auctore atque ætate, IV. de editionis noſtræ hiſtoria, V. denique de iis, qvos illa ſeqvitur, codicibus, qvantum res Lectoris poscere, & noſtra pati viſa eſt, ordine disqviretur.

Hiſtorica de rebus patriæ monumenta, qvæ literis olim tradiderunt Islandi, in tres commode claſſes dispesci debere non inficiabitur qvisqvam in his monumentis vel obiter verſatus. Aut enim totius Islandiæ res, & qvæ certo tempore, ſive brevius illud fuerit, uno vel pluribus annis metiendum, ſive productius ad unum vel plura ſecula ſe extenderit, uspiam in hac inſula contigerunt, pertractant; aut qvæ in hac vel illa inſulæ parte, majori minorive, præfectura ſcilicet, tractu aut tribu geſta ſunt, recenſent; aut priva denique unius vel paucorum fata & facta perſeqvuntur. Iſtas Islandiæ hiſtorias *Generales*, illas *Particulares* ſ. *Tribuarias*, has *Singulares* ſ. *Biographicas* nuncupare fas fuerit. Primum harum genus conſtituunt *Landnama* & *Chronicon Islandiæ Magnum*, qvod *Sturlunga* ſolet appellari, qvibus *Arii Multiſcii Schedæ* & *Chriſtniſaga* ſ. *Hiſtoria Religionis Chriſtianæ in Islandiam introductæ* ſunt adjiciendæ. Ad ſecundum genus referendæ ſunt, qvæ, ut ſupra modo dictum, circa res intra certum qvendam inſulæ tractum peractas

 ver-

verſantur, a qvo tractu, isl. *hverſi*, *hreppr*; præfectura, isl. *ſysla*, vel tribu, isl. *herat*, plerumque etiam ſunt denominatæ. Huc pertinent *Eyrbyggiaſ. Laxdælaſ. Svarfdælaſaga*, & plures aliæ; ſunt enim noſtro qvidem judicio in univerſum duodecim. Tertiæ claſſis narrationes, qvæ virorum celebrium vitas exhibent, *Biographicas* dici vulgo notum; in hunc cenſum veniunt Vita *Fimbogii Robuſti*, *Vigaglumi*, *Thordi Hrædæ* ſ. *Terrifici*, & aliæ complures; hæc enim claſſis duas priores numero longe ſuperat. Etſi vero tripartita hæc diviſio ſuo non careat fundamento, minime tamen diffitendum, dari qvasdam Islandorum hiſtorias, qvæ ad ſecundam atque tertiam claſſem pari fere jure & merito referri ſoleant; ex qvo factum, ut hæ & nunc & olim binomines duplicem præferant titulum, qvorum alter *Tribuarius*, alter vero eſt *Biographicus*. *Binomines* illæ Islandorum *Hiſtoriæ* ſunt ſeqventes: 1. *Fliótsdælaſaga* etiam *Droplaugarſonaſaga* dicitur; 2. *Flóamannaſaga* alio nomine *Saga af Thorgils Orrabeinsſtiúpa*, ſ. *Thorgilſis Plagipedis privigni Vita* vocatur; 3. *Isfirdingaſaga*, Torfæo nominata, ſub *Biographico* titulo, *Saga af Hávardi Isfirding* ſatis nota; 4. *Liósvetningaſaga* etiam *Reikdæla* nominatur, qvorum titulorum uterque eſt *Tribuarius*, cum *Biographicus* revera ſit *Vita Thorgeiris & filiorum*; 5. *Thorſkfirdingaſaga*, cujus mentio apud Torfæum occurrit, etiam *Gullthorisſaga* nuncupatur; 6. *Vapnfirdingaſagam*, *Broddhelgii* qvoque *Vitam* appellari, harum rerum peritos non præterit; 7. *Kialnesingaſaga* in edit. Holenſi dicta, *Búaſaga* apud Torfæum audit in *Ser. Reg. Dan. L. I. C.* 1. Qvamvis autem iſta Buii Vita, ut id paucis hic adnotemus, a commentis non ſit immunis, fabulasque redoleant, qvæ de *Eſiæ nutricis* præſtigiís, qvæve de *Dofrio gigante*, vel gigantum, ſi diis placet, rege, *montis Dofrini* eponymo, narrantur; *montis* enim *Dofrini* in Norvegia nomen ævo Pulchricomi, cujus nutritius *Dofrius gigas* fuiſſe perhibe-

hibetur, omni procul dubio longe eſt antiqvius; haud inficianda tamen veritatis hiſtoricæ criteria ſuis in locis prodit hæc hiſtoria. Nec prorſus deſunt *Hiſtoriæ Binomines*; qvarum utrumque nomen vel eſt *Tribuarium*, vel *Biographicum*. *Reikdælam* ſ. *Liósvetningaſagam*, gemino prædítam nomine *Tribuario*, nuper tetigimus; huic addimus *Főſtbrædraſagam*, qvæ & altero *Biographico* nomine *Saga Thormódar Kolbrúnarſkalds* a Torfæo & aliis inſignitur. Verum earum exempla ſunt freqventiora, qvæ & *Tribuario* & *Biographico* gaudent titulo.

Iſta qvorſum ſpectent qvo magis lector intelligat, id ſciat nobis nunc agi, ut hiſtoriam, qvæ *Biographico* nomine *Nialsſaga*, nempe *Vita Niali & filiorum* nuncupari ſolet, *Tribuario* etiam *titulo Fliótsblídingaſaga*, vel *Hlídveriaſaga*, i. e. *Fliotsblidenſium Hiſtoriam* olim dictam fuiſſe lectori credibile reddamus.

Idoneum ſatis, qvi hanc viam nobis aperuerit, ducem habemus *Egerhardum Olavium*, qvi *Vitam* hanc *Niali*, qvam Torfæus & alii vulgo *Nialam* vocant, *Fliotsblidingaſagam* diſerte nominat, eamque aſſerit eſſe hiſtoriam fide perdignam; vide ejusdem *Reiſe igiennem Island. P. II.* §. 877. *pag.* 947. Illud Hiſtoriæ nomen ſuopte ingenio commentus credi non debet vir æqve verax ac antiqvitatum & hiſtoriæ patriæ peritus; nec utique hunc titulum *Nialæ* noſtræ dediſſet, niſi noſſet, illum *Vitæ Nialinæ* ab antiqvioribus inditum fuiſſe. Huic viri teſtimonio, qvod omnibus, qvi illum noverunt, magni certe pendi meretur, *Laxdælaſaga cap.* XXI. ſuffragatur, ubi, poſtqvam *Nialsſagam* expreſſe memoraverat, hæc addit verba: *þaraf hófuz deilor þeirra Laxdæla oc Fliótsblidinga*, i. e. *inde ortæ ſunt lites Laxdælenſes inter & Fliotsblidingos.* Hinc prono velut alveo ſeqvitur, hanc hiſtoriam utroque qvondam nomine fuiſſe gaviſam; iisdem enim fere, qvaſi conceptis verbis hiſtorias allegare, earumque titulos, imprimis *Tribuarios*, indigitare, cum auctores

 Land-

Landnamæ, tum alii ſcriptores amant. Sic Landnama, P. II. cap. XIII. *Eyrbyggiaſagam*, P. II. cap. XXI. *Isfirdingaſagam*, P. II. cap. XIX. *Thorſkfirdingaſagam*, & P. III. cap. XIII. *Svarfdælaſagam*, verbis ſupra allatis innuit; evidente ſimul documento, qvod, priusqvam Landnamæ ultima ſcriptorum acceſſit manus, pleræque Islandorum hiſtoriæ jamtum fuerint conſcriptæ. Ipſa qvinetiam Vita Niali & filiorum, dum cap. LVI. *Hlidveriorum*, i. e. *Fliotshlidingorum*, & *Rangæenſium* lites forenſes, cædem Otkilli inſecutas, perhibet, ſibi teſtis eſt, qvod, ſi argumentum hiſtoriæ conſideretur, tribuarium *Fliotshlidingaſagæ*, vel ſi mavis, *Hlidveriaſagæ*, titulum oppido meruerit.

Cæterum nomen *Fliótshlidingar*, qvod Laxdælaſaga nobis tradidit, ſive, qvod idem ſonat, ipſius Nialæ *Hlidveriar*, ſunt *Fliotshlidæ tribules*. Fliotshlidana vero tribus, nomen traxit a flumine *Markarfliót*, cujus Niala crebro meminit. Hic fluvius per montium, qvi Fliótshlidam ab ortu præcingunt, dirupta prolabitur, &, ubi e montibus ſe expedivit, in aliqvot ſcinditur brachia, qvorum qvædam verſus auſtrum, alia ad africum contendunt. Montanis his faucibus effuſo flumini adſitum ab ortu nemus olim ſylvoſum, qvod qvia Thoro deo primi occupatores Norvegi conſecraverant, *Thorsmarkam* i. e. *Sylvam Thori* dixere, unde fluvius ipſe *Markarfliot*, *Fluvius Markicus*, eſt appellatus; vid. Nialæ cap. CXLIX. & CL. Eidem autem fluvio prope fauces montium ad occaſum ſaltus vicini, olim *Raudaſkridur* dicti, ubi prædium Niali *Thorolfsfellum*, in qvo ipſe villicari, & qvo lignationis ergo famulos ablegare conſvevit; vid. cap. XXXVI. XXXVIII. XLI. Montes hi prælti, qva in meridiem procurrunt, *Eyiafiöll* dicuntur, iisque ad auſtrum adſita tribus, *undir Eyiafiöllum* vocata, in Niala ſæpius occurrit. Ultra fluvium, e montibus prorumpentem, verſus occidentem montes qvidem continuantur, ſed ortivis

pau-

paulatim humiliores, qvibus Fliotshlidana tribus a ſeptentrione eſt obſepta, ad horum qvippe radices & latus auſtrale ſita; *hlíd* enim *latus acclive montis*, & *hlid* generatim *latus* ſignificat. Montes vero ipſi ubi verſus occaſum in juga & clivos molliores ſenſim deſidunt, prædium habent, hinc *Hlidarende* i. e. *Hlidæ finis* dictum, qvod Gunnarus incoluit. Clivi vero & juga habitata, qvæ Fliotshlidæ partem occidentalem efficiunt, *Útblíd*, ejusdemque pars orientalis *Innblíd* appellari ſolet. Occidentali Fliotshlidæ contiguus eſt *Hvolbreppur*, *Pagus Hvolanus*, a prædio *Stórólfshvol* denominatus. Ad meridiem eſt tribus *Landeyiar*, i. e. *Inſulæ terreſtres*, & ſimpliciter *Eyiar*, *Inſulæ*, Nialæ cap. XX. LXXII. & LXXVII. vocata, qvæ a Fliotshlida brachio Fluminis Markici, qvod *Affall* i. e. *divergium fluvii*, dicitur incolis, disterminatur. Præterlabenti huic *Fluvio Markico* ſ. *Markarfliót*, nomen ſuum, ut ſupra monuimus, primitus debet Fliotshlidana tribus, qvæ Rangarvallenſis, in Islandia maxime meridionali, Toparchiæ pars eſt. Topographicum hunc Fliotshlidæ, qvæ in Niala utramque facit paginam, ſitum ni noverit lector, hiſtoriam ipſam, in qva hæc locorum nomina relatibus intercurſant, vix bene percipiet. Obſervatu nec illud indignum, eo ſe a cæteris Islandiæ tribubus Fliotshlidam diſtingvere, qvod ſuis illam natalibus nobilitarint duo Eccleſiæ Catholicæ Indigetes, qvos primos & præcipuos Islandia progenuit, qvique pietate, bonis operibus & zelo religionis inter populares, dum viverent, inſignes, nec non poſt fata miraculis, ut tempora credebant, editis ſpectabiles, adeo inclaruerunt, ut unanimis populi & procerum ſuffragiis digni cenſerentur, qvi inter ſanctos relati anniverſarios haberent dies, qvi in Islandorum faſtis ipſorum nomina etiamdum retinent. Horum unum *Jonas Ögmundi filius*, primus Holenſium, & alter *Thorlacus Thorhalli filius*, ſextus Skalholtenſium Epiſcopus; ille in prædio Fliotshlidæ *Breidabólſtadur*,

ftadur, hic in ejusdem tribus prædio *Hlidarende*, qvæ inclyta Gunnari in Niala fedes, nati funt, de qvibus & horum virorum Vitæ, & *Húngurvaka*, nec non *Finni Johannæi Hift. Eccl. Island. T. I. Per. II. Sect. III. cap.* IV. & *Sect. IV. cap.* I. confulendæ.

Verum enimvero, ut ad hiftoriam regrediamur, paulo propius infpicientibus talem fe, Niala præbet, ut univerfus narrationis tenor, non tam biographiam fpiret atque fapiat, qvam hiftoriam tribuariam. Solent nimirum Islandorum Biographiæ non folum ea, qvæ heroi, cujus fata referenda fibi fumfere, in adolefcentia & juventute fcitu digna contigerint, verum etiam gefta majorum & imprimis parentum præcipua, commemorare; qvod *Gretteri*, *Vigaglumi*, *Gislii Surfonii* & aliorum exempla commonftrant. Noftra vero hiftoria de Nialo vel puero vel adolefcente, de parentis ejus aut majorum geftis, etfi ex nobili ipfe in Norvegia profapia fuerit ortus, nihil qvicqvam profert; qvæ enim de his memorantur, genealogico magis, qvam hiftorico, more traduntur. Hiftoria qvippe, circa vel infra medium vitæ Niali curriculum, fuam de Nialo narrationem cap. XX. aufpicatur, Nialo fcilicet jam adulto, & ex uxore *Bergthora* VI. liberorum patre, qvi ab auctore denuo cap. XXV. producti, non puberes modo, fed & conjugio maturi fistuntur; qvæ vero Nialo ipfi puero, adolefcenti vel juveni evenerint, alto premuntur filentio. Hoc non facturus fuiffe auctor fcripti videtur, fi legitimam Niali vitam de induftria fcribere fibi propofuiffet. Ex ifthoc hiftoriæ filentio fiqvis colligere velit, nihil dignum relatu Nialo adolefcenti contigiffe, locus *Eddæ* recentioris, qvæ *Snorroni Sturlæfonio* vulgo adfcribitur, docet plane contrarium. Locum hunc Eddæ, in codice Regio pariter ac Wormiano obvium, utpote notabilem, huc transfcribere non piget. Hic auctor, dum Maris Synonyma poëtica, *Sævarheiti*, recenfet, & hæc inter *húmr*, qvod nauteam

team f. ſentinam ſignificat, unde vocis danicæ *Ubumſkbed* origo fortaſſis arceſſenda, ad Niali noſtri, qva poëtæ, auctoritatem provocat his verbis:

Húmr, ſem Brennu-Niáll qvad,	*i. e. Nautea, ut cecinit Nialus incendio peremtus:*
Senn ióſv ver ſvanni	*Simul hauſimus, mulier tenella,*
ſextán en brim vexti	*ſedecim, ſed æstus increbrescens*
dreif á haſſkips húfa	*impete verberavit navis convexa,*
húm í fiórvm rúmvm.	*ſentinam in qvatuor interſcalmiis.*

Suæ hic navigationis meminit poëta Nialus, in qva tantum vitæ periculum adierit, ut navis, qva oceanum trajecit, unde *baſſkip* poëtæ dicitur, aqva marina adeo impleretur, ut nautea a ſedecim vectoribus, ſentinam per qvatuor interſcalmia ſimul exhaurientibus egeri vix potuerit, parumque abfuerit, qvin ipſa navis fluctibus ingruentibus abſorpta mergeretur. Verum hic obſervare nobis integrum, qvippe qvod ad noſcendum Niali ſolum natale non eſt nullius momenti, qvod initio cap. xx., ubi Niali parentes memorantur, varia lectio, qvam ab interprete neglectam miramur, poſt *Asgerdæ* ejusque patris *Arii* (*Askilli*) nomen, Membranis B. D. & E. ut & Codd. chart. H. & N. communis, habeat: *bon hafdi komit út híngat til Islands*, qvod ad Asgerdam Niali matrem; reliqvi vero Codd. Chartacei, ut & Torfæi exſcriptum, numero omnes octo, legant: *hann hafdi komit* etc., qvod ad Arium Asgerdæ patrem referendum. Si ultima lectio potior cenſenda, non ipſe modo Nialus, ſed & ipſius mater Asgerda in Islandia nati & educati ſunt credendi; ſolebant enim hi coloni Norvegi ad concordiam novorum incolarum ſtabiliendam in Islandia primum uxores ducere. Sin prior lectio, ab *Olavio* expreſſâ, verior, Asgerda qvidem in Norvegia nata fuit; ſed, ſive innupta, ſive vidua illinc emigraverit, in Islandia primum nupſiſſe videtur Niali patri *Thorgeiro Golnero*, utpote cujus pater *Thorolfus*

 jam

jam tum in Islandia habitavit, villamque *Thorolfsfellum*, Nialo deinceps hæreditariam, & de suo nomine dictam, incoluit. Unde, qvin Nialus ipse saltem in Islandia natus adoleverit, nullum relinqvitur dubium. Utrum vero inde juvenis in Norvegiam, an ad alias terras exteras, peregrinatus fuerit, & qvid porro in ista peregrinatione præter memoratum naufragii periculum ipsi obtigerit, Niala reticens incertos nos relinqvit. Id certe allatum nos hemistichium perdocet, navigasse Nialum, dum usus antliæ navalis apud nautas boreales nondum invaluit, *dælu-austr* veteribus dictus; adeo ut haustris sentinam Nialus & comites evacuare sint coacti, qvem actum *byttu-austr* vocant historici. Illud qvoqne hinc discimus, qvod Musis patriis junior Nialus operam navaverit; id qvod eo magis est mirum, cum ne unicum qvidem ejus versiculum Niala nobis dederit, etsi *Skarphedini*, filii ipsius natu maximi, plures attulerit.

Qvamvis porro in iis, qvæ ad Nialum & filios pertinent, valde occupata sit Niala, haud minorem tamen partem aliorum rebus gestis concedit. Neqvid enim de *Gisfure Albo*, *Thraino*, *Asgrimo Ellidagrimsonio*, *Mardo*, *Kario*, *Flosio* & aliis dicam, *Gunnari* certe de *Hlidarenda*, qvod prænobile tribus Fliotshlidanæ olim prædium, facinora Nialinis adeo non sunt inferiora, ut potiorem historiæ partem sibi vindicent. Gunnarus ille, fatente vel ipsa Niala cap. XIX., tot animi & corporis dotibus erat instructus, ut paucos illi pares vetus Islandia genuerit. Fortitudine & magnanimitate prorsus heroica, candore animi omnis vafritiæ & fraudis abditæ nescio, in amicis colendis fide atque constantia, viribus & forma corporis exteriore conspicuis, manuum promtitudine, nec non gymnasticis atque athleticis, qvæ pugnanti prosunt, qvæque suo ævo, ut par est, permagni fuerunt, artibus & exercitiis, omnes fere æqvales est supergressus. Si juris patrii consultissimam

utilia

utilia & successum nunqvam frustrata amicis svadendi solertiam, qvæ proverbiali inter Islandos: *Niáls bíta ráđin*, i. e. *Niali consilia succedunt*, vel *mordent*, (*adversariis scilicet metuenda*,) locutioni dedit originem; si profundam, & fere plusqvam naturalem divinandi atque futura providendi sagacitatem, qvibus reliqvos omnes facile vicit Nialus, exceperis, nullius sane viri Niala meminit, cui Gunnarus sit posthabendus. At ne hæc nimis prædicare videamur, ad doctissimum *Arngrimum Jonæ* lectorem amandamus, qvi in *Crymogæa*, *Libr. II. pag.* 153-160. characteri & gestis Gunnari exponendis duplo prolixiorem impendit operam, qvam Nialo & filiis, qvorum tamen laudibus hisce dictis nihil qvicqvam nos qvidem detractum volumus. Æqvissimus pariter ac peritissimus harum rerum æstimator P. F. SUHMIUS, dum piraticæ Gunnari per mare balticum expeditionis mentionem injicit, Gunnarum de Hlidarenda *magnum heroa Islandicum* nominat; vid. *Histor. af Danm. III. T. pag.* 232. Verum ne Vitæ Niali, qvam *Binominem* qvondam fuisse, viri gravis auctoritatem secuti, cum argumento historiæ, tum aliis rationibus inducti, probatum hactenus dedimus, titulus nos diutius detineat, ad genus dictionis & momentum ejusdem historicum paucis dijudicandum nunc accingimur.

Dictionem Nialæ tot sane veneres & virtutes exornant, ut inter veteres Islandorum historias paucas aut nullam dederis, qvæ hoc nomine cum Niala possit componi. Auctorem illud coarguit, non modo doctum atque disertum, sed ingeniosum qvoque & mirum in characteribus ad vivum pingendis artificem, utpote qvi in observando personarum decore tantæ sit dexteritatis, ut verba ingenió & animo loqventis cummaxime congruant. Tantus nimirum est dictionis lepor & proprietas, ut qvasi viventium colloqviis interesse lector sibi videatur. Ea porro est narrationum ipsis facetiis admista, & non injucunda gravitate tem-

 perata,

perata, nec tamen ſinceritati inimica, feſtivitas, ut, qvid horum maxime miretur, lectorem incertum relinqvant. Et hic iterum in ſcenam produci meretur illuſtriſſimus Septentrionis Dano-Norvegici ſcriptor Suhmius, cujus viri æſtimium nulli non, cui hiſtoria & antiqvitates patriæ fuerint cordi, qvantivis debet eſſe pretii. Ita vero ille de Niala noſtra judicat: "genere ſtyli par eſt ipſi Snorroni; narrandi vero arte illo eſt ſuperior." Honorificum illud de Niala teſtimonium iis porro vir vaſtæ lectionis verbis concludit, qvod pauci fuerint libri, qvos majori cum voluptate perlegerit; vid. *P. F. Suhms critiſk Hiſtorie af Danmark, B. IV. Fortale pag.* XI. & Ejusd. *Tabeller til crit. Hiſt. af Danm. pag.* 371.

Momentum Vitæ Nialinæ duplex eſt; unum Juridicum, alterum Politicum non immerito dixeris. Juridicum hiſtoriæ momentum vel inde cernitur, qvod hìc tot juris antiqvi formulæ, tot cavillationes & exceptiones occurrant, ut Juris Proceſſualis, qvale in Septentrione olim viguit, formam qvaſi in ſpeculo repræſentet. Operæ certe foret pretium, leges priſcas Dano-Norvegicas cum iis, qvæ in hac hiſtoria leguntur, contendere; nec dubium, qvin haud parum inde uſus & lucis ad eos redundare qveat, qvi in Juris antiqvi Borealis ſtudium incumbunt; qvibus & hæc penitius excutienda relinqvimus. Politicum hujus ſcripti momentum ſi conſideres, ea profecto *Vitæ Nialinæ* dos eſt, ut Reipublicæ Islandicæ, qvalis vergente ſeculo decimo & undecimo ineunte floruit, ſtatus, ut incolarum res oeconomica, mores, ritus & inſtituta haud aliunde melius, qvam ex hac hiſtoria diſcantur. Verum uſus Nialæ hiſtoricus intra Islandiam non continetur, ſed ad res exteras, eas ſcilicet, qvæ in Dania, Norvegia, & inprimis in Scotia ac Hibernia contigerunt, ſe extendit. *Sigurdi* Orcadum Comitis, cui *Craſſi* cognomen adhæſit, prælia & res in Scotia geſtas, qvibus Cataneſiam, Roſ-

ſiam,

ſiam, Moraviam, Suderlandiam, Daliam, adeoque dimidiam circiter regni Scotici partem, in ſuam redegit poteſtatem, Hæbudasque inſulas ſibi reddidit vectigales, iisque ſororis *Svanlogæ* maritum *Gillium* præfecit, *Buchananus* & alii rerum Scoticarum ſcriptores, qvantum nobis qvidem conſtat, aut ignorant, aut diſſimulant. Horum igitur notitia noſtræ Niali hiſtoriæ, cap. LXXXVI. & LXXXVII. debetur, paucis tamen ex *Orkneyingaſaga* deſumtis. Torfæus ipſe Rerum Orcadenſium Hiſtoriæ Libri I. cap. x. plusqvam dimidium, & cap. XI. integrum fere ex Niala noſtra eſt mutuatus.

Nec minorem rebus Hibernicis, & illis maxime, qvæ ad *Brianis* Hiberniæ regis, qvem *Boroum Waræus, de Boirumbe* reliqvi ſcriptores indigenæ cognominant, cum Oſtmannis Dublinenſibus non procul a Dublino prælium pertinent, lucem haud exiguam affundit Niala. Complures hujus belli circumſtantias, qvas ſcire tamen lectoris intereſt, omittunt ſcriptores Hiberni & Angli, in geſtis Brianis, & hoc maxime prælio, referendis cætera ſatis operoſi, qvorum adeoque memoriam ſola Niali Vita ad poſteros propagavit. Sic *Kormladam*, *Olavi Qvaranis* viduam, & poſt illius mortem ipſi nuptam Briani, ſed ab eo jam grandævo repudiatam, ne nominant qvidem, etſi præcipua hujus ipſiſſima belli fax & tuba fuerit. Hanc *Sigtryggi* ex Olavo Qvarane Dublini rege, cujus ſororem *Gydam* uxorem habuerat Olaus Tryggvinus, Norvegiæ deinceps rex inclytiſſimus, matrem, *Murchardi* fuiſſe filiam, utpote *Malmurrii* Lageniæ regis ſororem, ex *Abb. Ma-Geoghegani Hiſtoire d' Irlande P. II. ch.* VI. concludere licet; de qvo vel ipſi Torfæo, qvi hunc auctorem, ſua ætate necdum forſitan editum, legere neqvivit, nihil ſuboluit. Neutiqvam igitur mirum, ſi Kormlada, ob repudium Briani infenſa, ac vindictæ cupidine flagrans, & Sigtryggum filium & fratrem Malmurrium, qvi contra populares dimicans in pugna Brianica

cæſus

cæſus occubuit, adverſus Brianem accenderit. Sic Sigurdi Orcadum Comitis, in ſæpius memorato prælio occiſi, apud ſcriptores Hibernicos nuspiam facta mentio. Sic in *Broderi*, qvi Brianem regem occidit, natalibus & perſona ſatis cæcutiunt, qvem principem Danum *O'Halloranus* in *General Hiſtory of Ireland*, *Vol. II. B. XI. Chap.* VIII. perperam appellat; aliqvanto autem rectius *Waræo* in *Antiqvitatibus Hibernicis*, *cap.* XIV. & Ma-Geoghegano, loco ſupra citato, præfectus claſſis Danicæ dicitur. Niali vero hiſtoria cap. CLVI. teſte, pirata fuit ſtrenuus, & ſimul cum fratre *Oſpako* celebritatem nominis adeptus. Ex piraticis hiſce fratribus, Brodero & Oſpako, qvorum tamen poſterior in prælio non contra Brianem, ſed Briani militans cecidit, duos regis Danici, incertum cujus, filios ſcriptores exteri videntur fabricati, conf. *Abb. Ma-Geoghegani libr. & cap. cit. pag.* 411. Chriſtianæ prius religioni nomen dederat Broderus, qvin Diaconi qvondam officio, Principi certe, nedum regis filio, haud nimis decoro, inauguratus, ſed ad ethnica poſtmodum ſacra relapſus, qvinetiam magicis artibus perqvam deditus, de exitu prælii deos gentiles conſuluit, idque tulit reſponſum: "qvodſi die Veneris confligeretur, victorem qvidem fore Brianem, ſed victoriam regis vita conſtituram; ſin prius pugnaretur, prælium omnibus Brianis hoſtibus internecinum futurum." Iſthoc oraculi reſponſo permoti Oſtmanni ad præliandum die Veneris, qvi hoc anno Chr. MXIV. in diem Paſſionis Dominicæ, menſis Aprilis 23, incidit, invitum Brianem compulerunt. Pugnatum eſt, juxta Waræum & alios ſcriptores Hibernicos, in loco *Clontarfa* dicto, prope Dublinum, cum ingenti utriusque exercitus ſtrage; crudele vero de Brodero, poſt cædem Brianis comprehenſo, ſumtum ſupplicium, qvod Niala refert cap. CLVIII. reticent Hiberni. Horum qvidem notitiam *Thorſteinus Halli de Sida* filius, & *Rafnus Rufus*, qvi prælio interfuerunt, nec non *Floſius* cum comi-

comitibus Incendiariis, in Islandiam reduces, secum pertulisse censendi. In reliqvis fere, uti de laudibus regis Brianis, de armatura Broderi, qvi regem Brianem interfecit, ferro insecabili, de die & eventu pugnæ, deque Sigtryggi & Dublinensium strage & fuga, scriptoribus indigenis optime convenit cum auctore Vitæ Nialinæ; cui, si prodigia, somnia & miracula relationibus historicis admiscet, non magis vitio vertendum putamus, qvam egregiis rerum Græcarum atque Romanarum, aliisve scriptoribus, qvi hujus farinæ narratis historiam ad satietatem usque conferserunt. Sed qvoniam auctoris Nialæ modo meminimus, de eo ut lectorem qvædam commoneamus, ordo jam postulare videtur.

Habet illud Niala nostra cum plerisque Islandorum historiis commune, ut auctorem suum palam non profiteatur. Vetus qvidem opinio eam *Sæmundo*, cognomine *Frode*, *Multiscio* tribuit, cujus opinionis assertorem anonymum, qvi cod. M. exscripsit, infra notabimus. Huic etiam qvi suum calculum adjecerit, habemus porro *Biörnonem de Skardsaa*, non incelebrem Annalium conditorem. Qvamvis autem cum ARNA MAGNÆO, oculato, siqvis alius, harum rerum censore, in *Vita Sæm. Multiscii*, *Eddæ Sæmundinæ Havn. ed.* præmissa, *pag.* XXVII. fateri cogamur, hanc assertionem antiqvorum testimoniis destitui, famæ tamen veteri, & vel qvatenus eam neminis nec fulcit assensus, nec dissensus improbat, aliqvid dandum esse qvis neget; præsertim si idoneæ non desint rationes, qvæ huic assertioni faciant fidem, eamque, si non certam, utique tamen plausibilem reddant.

Situs *villæ Oddensis*, qvæ Sæmundi fuit sedes, in ipso fere eventuum & rerum gestarum meditullio, talis certe est, ut narratorum pleraque in ejus vicinia acciderint, qvorum adeo memoria facile conservari, & ad Sæmundum per unius circiter seculi decursum incorrupta devolvi

devolvi potuit, qvippe nec nimiæ locorum, nec temporum longinqvitati obnoxia.

Genealogias porro, qvæ in Niala crebræ ſunt, ſiqvis aliqvanto curatius conſideret, harum plures ad Sæmundum Multiſcium deductas, & in Oddenſis familiæ recenſu infra Multiſcium hunc Sæmundum nullam deſcendere reperiet, qvod & ipſe Suhmius obſervavit, vid. *Tabeller til crit. Hiſt. loc. cit. pag.* 372. Qvæ qvidem ſingula eo conſpirant, ut auctorem hiſtoriæ vel Sæmundum, vel alium Sæmundo ævo ſupparem, qvaſi indigitent. At ne hæc gratis aut temere dicta videantur, ipſa dabimus genealogiarum exempla, ex hiſtoria noſtra pleraque depromta. *Ulfi Aurgodii*, cujus ex fratre nepos *Mardus Valgardi filius*, qvi in Niali & filiorum Vita etſi non optimam, magni certe momenti perſonam ſuſtinet, ſtemma ad Sæmundum recta deductum cernitur cap. xxv. Ad *Asgrimi Ellidagrimſonii*, viri in hac perinde ac aliis hiſtoriis ſuo ævo clariſſimi, cujus filiam *Thorhallam* uxorem habuit *Helgius Niali filius*, fratrem, genus ſuum referre Sæmundum, Niala cap. xxvi. teſtatur. *Gudmundus* ille *Potens*, cujus in vindicanda Niali & filiorum cæde ſatis heroicæ fuerunt partes, & cujus in multis Islandorum hiſtoriis memoria perqvam freqvens & inclyta, Oddenſis familiæ & ipſius Sæmundi progenitor dicitur Nialæ cap. cxiv. confer. Landnama ed. Havn. pag. 206. Qvin & *Hallum de Sida*, cujus gener erat *Floſius Incendiarius*, qvique Hallus in Niali hiſtoria optimi viri & civis partes tuetur, inter majores ſuos numerat Sæmundus, utpote cujus ex filia *Ingvilda* fuit pronepos; vid. Landnama ed. Havn. pag. 305. Neqvis autem objiciat, eodem ex fundamento, *Arium*, cognomine *Frode* etiam nobilitatum, Nialæ auctorem poſſe ſtatui; erat enim ſcriptor Schedarum Arius Halli de Sida ex *Thorſteino* filio, ſupra nobis memorato, pronepos, teſte Landnama loc. cit. Verum & vicinia locorum, & genus dicendi, ab Arii Schedis ablu-

abludens, &, qvod ad hanc qvæstionem dirimendam vel solum sufficit, manifestus auctoris Nialæ ab Ario dissensus, cui in recensenda *Snorronis Pontificis* familia palam refragatur, cap. cxv. Sæmundum, qvi Nialæ scriptor habeatur, Ario præferendum esse, cuivis cordato homini facile persvaserit. Nos igitur minime miramur, si Sæmundum, cui cum viris in Niali historia præcipuis tanta sangvinis vincula fuere, ut hoc nomine Niala Oddensi familiæ, atque ipsi adeo Sæmundo, qvasi gentilitia dici mereatur, hæc ipsa necessitudo ad eorum res gestas literis & posterorum memoriæ commendandas pepulerit.

Ante Sæmundi ævum scriptam esse Nialam nemo facile crediderit. Etsi enim literaturam runicam Islandis Sæmundo antiqvioribus neutiqvam abjudicare velimus; runarum tamen usum carminibus antiqvis conservandis, non vero monumentis historicis consignandis inserviisse, plusqvam probabile nos qvidem autumanus; maxime cum inter omnes rerum peritos constet, literarum gothicarum & anglosaxonicarum usum Sæmundum atque Arium in Islandia fere primos adhibuisse; etsi latinas forte prior *Islevus* Episcopus, Scalholtensis, qvam ipse aperuit, scholæ discipulos docuerit. Verum nec Sæmundi ævo admodum inferiorem credi debere auctorem Nialæ, qvæ persvadeant, supra allatis hoc unicum adjicimus. Proximos Sæmundi posteros nosse siqvis discupit, luculentam *Sturlungorum historiam*, eamque secutum Historiæ Eccles. Island. scriptorem *Finnum Johannæum* consulere poterit. His etenim magistris discet Sæmundo in sacerdotio Oddensi successisse *Loftum*, qvi Regis Norvegiæ *Magni Nudipedis* filiam naturalem, nomine *Thoram*, uxorem ducendo & se & posteros adeo nobilitavit, ut regia hac affinitate Oddensi familiæ ingens claritatis incrementum accesserit. Hunc excepit filius *Jonas*, omnium suo tempore Islandorum, qva divitiis & potentia, qva auctoritate facile princeps, regiis natalibus &

ipſe ſuperbus, utpote Regis Norvegici ex filia nepos, cujus encomiasten anonymum Perilluſtr. J. ERICHSEN paulo ante obitum typis vulgandum curavit. Filios hic Jonas habuit minime degeneres, *Sæmundum* nempe *Oddenſem*, proavo cognominem, & *Paulum*, ſeptimum Scalholtenſium Epiſcopum, ac *Thorlaci Sancti* ex ſorore nepotem, viros tantæ & intra & extra patriam dignationis, ut Sæmundo filiæ *Langlivæ* nuptias ultro obtulerit Comes *Haraldus*, Orcadum Dynaſtes. Hi Sæmundi poſteri ſuo ævo tam celebres fuere, ut progenitorem Multiſcium opibus & ſplendore natalium non ſolum æqviparaſſe, verum etiam ſuperaſſe dici poſſint. Tales igitur tantosque viros, tamque prælustres & florentes Oddenſis proſapiæ ſurculos, Nialæ auctor, qvoniam Oddenſium ſtemma hiſtoriæ intexere ſibi propoſuit, ut opinamur, neutiqvam tacuiſſet; ſi Sæmundi Multiſcii ævo longe fuiſſet inferior. Nec *Multiſcii* cognomen Sæmundo, ſi ipſe Nialam ſcripſiſſe putandus, invidioſum fuerit; hoc enim non a Sæmundi manu profectum, ſed a librariis deinceps adjectum fuiſſe, dubitari neqvit. Nialam vero ſive ipſe conſcripſerit Sæmundus, ſive ab alio, ipſo Sæmundo paucis forte luſtris juniore, literis tradita credi debeat, nobis qvidem perinde; etenim infra medium ſeculi XII., ob rationes ſupra allatas, ætas Nialæ deprimenda non videtur. Verum de iſthoc cum qvopiam contentionis ſerram reciprocare utique non eſt noſtrum. Certe nihil tanto viro indignum aut inficiandum egregia hæc de Nialo & filiis hiſtoria continet.

Qvodſi autem ea, qvæ de auctore Nialæ in medium jam protulimus, a veri tramite non nimis aberraverint, credique poſſit hæc *Fliotsblidingorum Hiſtoria*, vel a Sæmundo Multiſcio, vel ejus ſaltim ævo, aut certe non multo inferiore, in literas relata, ad definiendam hiſtoriæ ætatem facilis & prona ſimul via panditur. Cum enim toties laudatus Sæmundus Multiſcius, Celeberr. ARNA MAGNÆO in ſupra cit. *Vita Sæmundi*

mundi pag. VI. teste, anno Chr. MCXXXIII. decesserit, ad initium, vel priorem certe partem seculi duodecimi, natales historiæ nostræ referendos esse vero proximum arbitramur; annum enim certum designare foret temerarium. Illo tempore ab obitu Niali & filiorum, qvem anno MXI. accidisse plerique consentiunt, centum circiter anni effluxerunt. Eventis igitur, qvæ ipsa narrat, integro seculo junior Niala, ad septem fere secula ætatem nunc extendit. Hinc simul colligere datur, Nialam plerisque Islandorum historiis esse antiqviorem. Inde tamen, ne *Sturlæsonio* in Præfatione ad *Heimskringlam* contradicamus, *Arii Schedas* excipiendas ultro concedimus. Hinc porro concludere nobis integrum, Nialam nostram Snorronis Sturlæsonii scripta toto circiter seculo antevertisse. Non igitur mirum, si dictionis castitate atque nitore Snorroni par, vel ipso superior Nialæ auctor, ut supra monuimus, SUHMIO sit visus. His de auctore & ætate scripti hactenus dictis, historiam hujus Nialæ editionis lectori breviter nunc expediemus.

6. Textum historiæ vernaculum Cameræ qvondam Secretarius, *Olaus Olavius* primus edidit Havniæ, anno Chr. MDCCLXXII. membraneos in Bibliotheca Arna-Magnæana codices critica fide & perspicaci cum judicio secutus. Multis post annis Illustrissimus P. F. SUMIUS, cujus de Niala nostra judicium supra attulimus, ut erat in omne genus literas, & eas inprimis, a qvibus historia patria aliqvid lucis exspectare posset, animi maxime propensi & liberalis, exemplaria primo, qvotqvot supererant, ab editore Olavio coëmit. *Joh. Johnsonium* deinde, doctissimum Legati Arna-Magnæani tunc Stipendiarium, jam autem Toparchiæ Isfiordensis in Islandia Præfectum Regium, ut textum Nialæ Islandicum latine redderet, & varietate lectionum, notis, glossario, atque indice gemino, nempe uno rerum, altero personarum & locorum, nec non chronologia in margine adjecta locupletaret, propriis sumtibus conduxit.

 Opus

Opus denique eo usque abſolutum *Collegio Sevirali*, antiqvitatibus patriæ e Bibliotheca Arna-Magnæana in lucem publicam edendis a Rege præfecto, gratis conceſſit, qvod hiſtoriam cum apparatu ſupra memorato typis exprimi Arnæ-Magnæani Legati impendiis deinceps curavit. His jam expoſitis, reliqvum eſt, ut ad Codicum, qvi huic editioni adornandæ ſunt adhibiti, notitiam lectori tradendam deveniamus.

Codices in univerſum membranei VII., Fragmenta itidem membranea IX., & Codices inſuper chartacei X. adfuerunt. Codices membranei V. Fragmenta vero & chartacei omnes, ex penu Arna-Magnæana, qvæ Bibliothecæ Univerſitatis Havnienſis eſt peculium, ſunt commodati. Reliqvi II. codices membranei Bibliothecam Regiam Majorem exornant. His codicibus in variis lectionibus brevitatis ergo ſeqventia Johnſonius dedit nomina. Membranei codices prioribus VII. alphabeti literis majuſculis A. B. C. D. E. F. G. ſunt notati; & ubi duo poſteriores F. & G. inter ſe concordant, communi nomine R. i. e. *Regii* vocantur. Fragmenta literis a. b. c. d. e. f. g. h. i. ſunt inſignita. Chartacei autem codices H. I. K. L. M. N. O. P. Q. S. ſunt dicti; & ſicubi omnes vel plerique conſentiunt, literis chh. vel chh. pl. notantur. Dabimus nunc ſingulos cum ipſius Johnſonii deſcriptione & cenſura.

I. Codices Membranei Bibliothecæ Univerſitatis.

Codex A. Hunc editor Olavius ut plurimum ſecutus eſt, utpote reliqvis locupletiorem & qvovis reſpectu præſtantiorem, etſi a mendis exſtantioribus, ſibi cum aliis membraneis interdum communibus, non prorſus ſit immunis, ex. gr. Pag. Verſ. 214. var. u. & Pag. 408. var. æ. Orthographia & Angloſaxonicis literis majuſculis uſus eſt hic codex, qvod ipſe Olavius annotavit & expreſſit. Qvantum ex orthographia æſtimare licet, ineunte ſeculo XIV. vel prius, ſcriptus videtur. Oculis

eum

eum nunqvam ufurpavit interpres Johnfonius, qvippe qvi nec fub num. 298, qvem indicavit Olavius, nec alio qvopiam reperiri potuit, & vel repetita indagine fibi frustra qvæfitus; cujus caufam Oedipo conjectandam relinqvit. Formam qvoque hujus codicis, tacente Olavio, ignorare cogimur.

Codex B. in fol. No. 133, etiam egregius eft, & ab ornata manu. Qvantum ex orthographia cafta & claffica concludere datum, circa medium feculi XIV. fcriptus Johnfonio videtur. Exteras literarum formas non fectatur; habet tamen aliqvot arabicas numerorum figuras, (ex. gr. pag. verf. 40. var. u. & pag. 202. var. æ), qvæ in membranis, maxime junioribus, infreqventes occurrere folent. Illud qvoque huic Codici eft peculiare & notatu dignum, qvod minutiora narrationem figna diftingvant; videlicet cola, femicola & commata hic paffim vifuntur. Hæc cum membranis antiqvioribus prorfus fint ignota, haud levem fufpicionem movere videntur, de ætate fcriptionis fupra memorata aliqvanto inferiore. Huic codici, uti & fragmento a. verfus debentur, qvi Textus Islandici pag. 60, verfionis autem pag. 116. leguntur, reliqvis omnibus, qvæ ad manum fuerunt, exemplaribus ignoti. Lacunas, in parte præfertim pofteriore, habet hic codex, majores & minores, qvæ fuis funt fingulæ locis annotatæ; de qvibus, qvæ ad Cod. H, porro dabuntur, conferri poffunt.

Codex C. in fol. 132. Olavio *Kálfalækiar-bók* perperam vocatur, qvippeqvod nomen codici proxime præcedenti proprie competit. Notiffimus eft hic codex, utpote qvi complures hiftorias Islandicas fuo volumine complectitur; in Præfatione ad *Vigaglumsfagam* merita cum laude memoratur. Ejusdem, ac codex B, ætatis effe videtur, etfi diverfa manu & orthographia fimplici ac bona defcriptus. Interdum tamen

 lite-

literam *f* pro *m* ſubſtituit, etiam ab initio vocis, ut *fedan* pro *medan;* amat qvoque *e* pro *æ*, ex. gr. *veu* pro *væn*, *pulcra*, ſcribere. Initium Nialsſagæ, qvæ in hoc codice prima eſt, ductibus literarum deformibus, &, ut vocantur, fere curſivis deſcriptum, nec exeunte ſeculo XVII. antiqvius. Eo defectu laborat hic codex, ut carmina non pauca deſiderentur, qvæ de induſtria omiſſa videntur, ut ne memorentur qvidem, velut pag. verſ. 127. var. c. qvod etiam in *Egilsſaga* factum cernitur; eo tamen diſcrimine, ut ſpatium omiſſis carminibus ſit relictum, qvæ etiam alibi viridi tinctura, manu qvidem antiqva, ſed reliqvis recentiore, adſcripta leguntur.

Codex D. in forma Qvarta minore, No. 468. manu perqvam nitida exaratus, literis Angloſaxonicis majoribus & minoribus utitur, inter antiqviſſimas, qvæ ſuperſunt, membranas memorandus, & forte ſeculo XIII. exeunte ſcriptus. Literam *l.* ante *d.* fere nunqvam duplicat, qvod indubium antiqvitatis criterium eſt habendum. Codex contra A. cui de cætero hic codex D. per omnia ſimilis, ſiqva codicis A. exſcriptori *Oddo Johnſonio* fides; ubivis fere geminum *ll* ante *d* adhibet. Codex D. æque locuples eſt, ac codex A. niſi octoſtichon *Thormodi Olaffonii* pag. 117. & *Sigmundi* carmina, in Nialum ac filios fuſa, omiſiſſet, qvæ tamen ultimo codicis folio adſcripta ſunt, manu qvidem diverſa, & manifeſte recentiore. Niſi hoc diſcriminis eſſet inter codices A. & D. qvod tamen ſupra laudati librarii incuriæ neutiqvam imputatum vult interpres, ſuſpicari qvis facile poſſet, Textum Olavii vernaculum codici D. deberi; tanta inter utrumque codicem convenientia ubivis fere dominatur.

Codex E. in Qvarto No. 466. In hoc codice pauca qvædam deficiunt. Propter magnam illius, a cæteris diſcrepantiam, & minus cor-

correctam orthographiam, qvæ in varr. lectionibus ſemper eſt annotata, hunc codicem in Norvegia ante medium ſeculi xv. ſcriptum eſſe exiſtimat Johnſonius. Multa qvoque in hoc codice deſunt carmina.

II. *Codices membranei Bibliothecæ Regiæ.*

Codices F. & G. uterque in forma Qvarta, & triplici uterque manu exaratus, qvarum duæ priores ad ſeculum xiv. referri poſſunt, ultima vero manus Cod. G. multo recentior Johnſonio viſa. Plerumque hi codices inter ſe conſentiunt; habet tamen codex G. qvo ſodali ſit præferendus; partim nitore ſcriptionis, & qvibusdam literis Angloſaxonicis, majoribus pariter ac minoribus; partim integritate, cum codex F. variis, iisque haud exiguis lacunis laboret, qvæ ſuis locis ſunt annotatæ. In utroque codice multa deſiderantur carmina, vel ex profeſſo, ut pag. 127. var. c., vel ita, ut nulla eorum fiat mentio. Teſte celeberrimo ARNA MAGNÆO Codicem G. Epiſcopus *Brynjolfus Svenonius*, cujus dono ad Bibliothecam Regiam tranſiit, *Gráſkinnam* appellavit, cui nomini cauſam haud dubie dedit pellis phocinæ, qvo etiamnunc gaudet, involucrum.

III. *Fragmenta membranea Bibliothecæ Univerſitatis.*

Hæc omnia pertinent ad faſciculum No. 309. inter libros formæ Qvartæ, etſi fragmenta non ejusdem ſint formæ. Ex horum orthographia qvantum videre licet, ad priorem ſeculi xiv. partem pleraque ſunt referenda, ſi fragmentum a. exceperis, qvod ſcriptioni *Codicis Flateyenſis* minutulæ ſimile videtur; nec minus excipienda cenſet Johnſonius Fragmenta b. & f., qvæ ejusdem ætatis eſſe ipſi videntur, ac codicis G. pars poſterior. Horum Fragmentorum alia majora ſunt, alia minora; illa pluribus, hæc paucioribus foliis, & vel unico conſtantia.

ſtantia. Uſum egregium interpreti hæc Fragmenta præſtiterunt, illumque præcipue, ut originem codd. chartaceorum monſtrarint, qvod ex varr. lectionibus obſervatu perqvam facile.

Codicum atque Fragmentorum membraneorum ſpecimina tabulis II. æneis inciſa, lectorum oculis atque aſpectui ſunt exhibita. Cæterum noſtram lubentes facimus doctiſſimi Johnſonii obſervationem, Notitiæ Codicum hic inſertam: iſthæc ſcilicet codicum membraneorum copia oſtendere videtur, qvanti Nialam fecerint majores, cum nullius hiſtoriæ borealis tot membranei codices, utpote olim cari & operoſi, qvot Nialæ, ſive integri, ſive in fragmentis, ſint ſuperſtites.

IV. Codices chartacei Bibliothecæ Univerſitatis.

Codex H. in forma Qvarta, No. 464. qvem *Johannes Halthorius*, Epiſcopi Finni Johannæi, Hiſtoriæ Eccleſ. Island. auctoris, pater, ſecundum Cod. B. membraneum, qvem ex prædio Islandiæ, unde illum acceperat, Arnas Magnæus, ut ſupra monitum, *Kálfalækiarbók* appellavit, qvatenus ille legi tum poterat, *Hytardali* anno MDCXCVII. exſcripſit; reliqva deſumta ſunt ex alio Nialsſagæ exemplari, qvod *Johannes Villingaholtenſis*, celebris ſuo ævo librarius, transſcripſerat, indeque & aliunde decerptas lectiones varias, qvæ qvidem alicujus erant momenti, in margine appoſuit. Anno MDCCVIII. & MDCCIX. teſte Halthorio, tam corrupta & detrita erat membrana B. ut, qvalis anno MDCXCVII. fuerit, recognoſci vix poſſet; inprimis ea, qvæ a fine cap. CLII. ad medium cap. CLVII. anno MDCXCVII. cum exſcriberetur, legi utcunque poterant, deinceps, nempe anno MDCCVIII. omnem lectionem refugiebant. Lectiones

tiones qvasdam varias, ex membrana B. desumtas, in margine codicis H. annotavit exscriptor; alias vero ex chartaceis mutuatus textui inseruit. Anno MDCCXI. hunc cod. H. Arnas Magnæus adeptus est.

Codex I. in forma Qvarta No. 470. Codicem hunc *Ketillus Jörundsonius* non exscripsit qvidem ex membrana B, sed cum ea contulit. Teste filio *Paulo*, in literis ad Arnam Magnæum anno MDCXCIX. datis, descriptus a patre fuit Cod. I. ex cod. membraneo, cujus tunc possessor *Thordus* qvidam *Steinthori filius.* Nactus est hunc librum Arnas Magnæus anno MDCCIV. Orthographiam habet sibi constantem, semperque *i* pro *y* substituit; qvemadmodum omnes aliæ historiæ Islandicæ, a Jörundsonii manu profectæ.

Codex K. in folio No. 134. Scriptus est hic codex a *Johanne Erlendsonio Villingaboltensi*, sed, ut videtur, juvene, secundum codicem, qvem ab *Olavo Gislesonio de Hofe* in Vapnefiordo nactus fuerat Arnas Magnæus. Orthographia hujus codicis nec accurata satis, nec sibi constans; cum interdum, & maxime ab initio & sub finem cum chh. I. L. N. sæpius cum membrana E. & haud raro cum aliis membranis consentiat. In margine passim adscriptæ sunt variæ lectiones ex *Graskinna*, &, qvæ sic vocatur, *Gullskinna*; qvæ vero ex posteriore desumtæ sunt, ad chh. I. L. N. proxime accedunt. Plerumque cod. K. reliqvis chartaceis est locupletior.

Codex L. in folio No. 137. a *Johanne Villingaboltensi* scriptus est. Hunc codicem anno MDCCXI. nactus est Arnas Magnæus a *Vigfuso Hannessonio* sibi donatum. Iis in locis ad cod. K. accedit cod. L. in qvibus a chh. I. & N. discedit.

Codex M. in forma Qvarta No. 465. Illum a *Buſſæo* nactus eſt Arnas Magnæus Havniæ anno MDCCXIV. Cum membrana C. maxime concordat, & ſicubi ab ea diſcedit, chh. I. L. N. imprimis ab initio ſeqvitur. Annotata ſunt in margine chronologica qvædam, qvorum, miſſis reliqvis, qvæ huc maxime faciunt, notamus ſeqventia: Caritas annonæ, cujus Niala cap. XLVII. meminit, ad ann. Chr. 975. Religio Chriſtiana in Islandia legibus recepta ad annum 1000. Incendium Nialinum ad annum 1010. & prælium Brianicum ad annum 1014. referuntur. In ultimo codicis folio occurrunt verſus duo, diverſi metri, qvorum uterque *Sæmundum Multiſcium* Oddenſem Hiſtoriæ Nialinæ auctorem deprædicat.

Codex N. in forma Qvarta No. 469. Mendis refertus eſt hic codex; orthographiam tamen habet chartis K. L. M. aliqvanto correctiorem. Cum chartis I. & L. maxime conſentit.

Codex O. in fol. No. 163. Lit. I. Manu antiqva & concinna, ſed orthographia non ſatis accurata deſcriptus eſt hic codex anno MDCLXVIII. ab *Henrico* qvodam in Kialarneſiæ prædio *Saurbajo*, in gratiam Præfecti Toparchiæ Kioſenſis Regii, *Dadii* (*Davidis*) *Johnſonii*. Tria priora folia manu recentiore ſunt exarata. Chartas I. L. & N. potiſſimum æmulatur.

Codex P. in fol. No. 163. Lit. D. transſcriptus ex codice, qvi anno MDCLXXXIII. fuit antiqvior, & qvem Arnas Magnæus mercatus eſt a *Sigurdo* qvodam *Ferjenſi*. Cum membrana E. fere prorſus conſen-

tit,

tit, & ex illa, cum adhuc effet integra, defcriptus videtur. In margine notata funt feqventia: "incendium Nialinum anno 1011. d. 21. Aug. die Lunæ vefperi contigit."

Codex Q. in forma Qvarta, No. 555. Lit. C. Literis femicurfivis, fed lectu perfpicuis fcriptus ex codice, cujus poffeffor fuerat *Johannes Torfæus* Breidabolftadenfis. Niali hic hiftoriæ fubjecta eft Epitome *Vitæ Gudmundi Epifcopi*; unde concludit Arnas Magnæus, *codicem Refenianum*, qvi hanc habet Epitomen, tempore, pro hic Nialæ codex fuit fcriptus, etiamnunc in Islandia fuiffe.

Codex S. in forma Qvarta, No. 555. Lit. A. Hic qvoque codex literis curfivis & orthographia incorrecta fcriptus eft, manu *Pauli Ketilfonii*; qvod ex ejusdem literis, anno MDCXCIX. ad Arnam Magnæum datis, colligere licet. Codicem hunc, qvi *Bibliothecam Septimianam* qvondam ornaverat, dono *Roftgaardii* adeptus eft Arnas Magnæus. Codex S. codice Q. eft deterior, & cum chh. I. L. N. O. ut plurimum confentit.

Omnes hi chartacei codices multis in locis integras omittunt periodos, alias contrahunt, ordinem vocum invertunt, ineptis utuntur dictionibus, idque habent cum plerisque hiftoriarum Islandicarum exemplaribus chartaceis commune, ut gloffematis indulgeant. Nihilo tamen fecius complures optimæ notæ lectiones hæ chartæ fuppeditarunt, ufumque in hac editione adornanda præftiterunt neutiqvam adfpernandum.

Codices membranei magna, & in carminibus, aliisque obſcurioribus locis maxima cum accuratione inter ſe ſunt collati, lectionumque, etiam erronearum, varietas aſſidue eſt notata. Leviora vero chartarum paroramata ſunt neglecta. Ex ultima hac collatione haud parum in editionem noſtram lucri redundavit, qva loca mendoſa non ſolum ſunt correcta, verum primitivæ etiam caſtitati atque nitori reſtituta.

Qvo facilius lector videat, qvorſum in textu qvævis lectio varia pertineat, paginam textus verſioni appoſitam, nec non verba textus uncinis incluſa, iisque ſubjectam lectionis varietatem inveniet, adeo ut diverſitas obſervatu perqvam ſit facilis.

Præter ſupra memoratos Codices conſultum qvoque eſt membranarum F. & G. exſcriptum chartaceum, qvod in lectt. varr. *Tradux Regiorum* paſſim vocatur. Iſtud Nialæ exemplar *Asgeirus Jonæ*, qvi Torfæo erat ab hiſtoriis Islandicis exſcribendis, partim ex membrana G. partim ex F, ubi legi potuit, transſcripſit; vel alternatim, nunc ex hac, nunc ex illa, lectionem mutuatus eſt, adeo ut hoc pacto utrumque codicem commiſcuerit, more ſcilicet librariis noſtris olim ſolenni; unde factum, ut mutua exemplarium ſimilitudo aut diſſimilitudo ſingulorum facile prodat originem. Manuali huic exſcripto chronologiam Nialsſagæ appoſuerat ipſe Torfæus, ſed, ut interpreti viſum, levi manu & præmaturam, cujus pag. verſ. 78. facta eſt mentio. Huic licet ſuper-

perſtructa ſit Johnſonii chronotaxis, margini verſionis adjecta, eam tamen ubivis ſeqvi non potuit, utpote qvæ justum eventuum & factorum ordinem certis in locis non preſſe ſatis obſervarit; vid. pag. verſionis 322. not. 1. & pag. 368. not. *). Si vero typis mandata hæc chronologia ubivis non ſit omnibus abſoluta numeris, qvod jactare non ſuſtinet interpres, eam tamen a vero propius abeſſe credit, qvam illam Torfæi; qvæ qvidem, ne gigantis humeris inſiſtens ipſo longius proſpicere ſibi videatur, citra omne magni cætera chronologi vituperium aut præjudicium dicta vult atque intellecta.

Qvæ in carmina Nialæ commentatus fuerat Præpoſitus *Gunnarus Pauli*, & reliqvæ ejus in hanc hiſtoriam obſervationes, ad interpretis manus tum demum pervenerunt, ubi ad pag. Verſionis 337. opera typographi proceſſerat; unde tamen annotatiunculam pag. Verſ. 87. Lit. γ. vult excipiendam. Has vero eruditiſſimi *Paulſonii* obſervationes idoneis Gloſſarii locis fideliter inſeruit, qvatenus ab interpretis mente diſceſſerunt, ejusque ſententiam aut confirmarunt aut illuſtrarunt.

Stylum verſionis non bene latinum lectoribus excuſatum cupit interpres, qvem claſſica Textus vernaculi puritate & amoenitate longe inferiorem eſſe ingenue fatetur. Hujus defectus eam vel maxime cauſam adfert, qvod ad interpretationem, qvam ab initio paulo liberiorem dederat, lectionis varietate Olaviana ſolum ſit uſus; ubi vero

poſ

poſt collatos codices plures & aliæ lectiones acceſſerunt, ad has interpretationem componere, iisque accommodare neceſſe habuit; unde dictio haud parum paſſa eſt detrimenti.

Carmina metrice reddere convenientius viſum eſt Johnſonio. Mirabuntur forte elegantioris latinitatis amatores, priſcas borealium poëtarum periphraſes ad verbum expreſſas hic legi; verum eo conſilio id fecit interpres, ut genius poëſeos antiqvæ exteris lectoribus pateret. Iſta ſchemata ſi poëtis borealibus detraxeris, ſique pro paronamaſiis veterum, nuda, qvæ circumſcribunt, nomina poſueris, omnem, vel certe præcipuam, ipſa poëſis exuet gratiam, & vel proſa mediocri magis inſipida reddetur. Verba carminum in ordinem redigendo Dnum Finsonium, Landnamæ interpretem, & alios, ejus exemplum ſecutos, imitatus eſt; qvod vel ipſis Islandis gratum autumat & utile. Partem Gloſſarii a litera I. ad vocem *ſkeid*, *ſpatium*, in *S.* elaboravit *Gudmundus Magnæus*, digniſſimus alter Legati Arna-Magnæani tunc Stipendiarius. Simili fere hoc fecit modo, qvo in anteceſſum uſus fuerat interpres, Johnſonio interim partim affecta diutius valitudine, partim aliis negotiis impedito.

Lexica & Gloſſaria, qvæ ſuo gloſſario conficiendo adhibuit Johnſonius, vel ideo hic commemorare voluit, qvod Islandorum lectorum plerisque ſint ignota; ſunt vero illa ſeqventia. Primum & præ-

præcipuum *Junii Glossarium Anglicanum; Joh. Leonardi Frischii Lexicon Germanicum; Edwardi Lyei Lexicon Anglosaxonicum; Somneri Vocabularium Anglicum.* Laborum *Wachteri* & *Ihrei* infreqventior illi fuit usus, & extra publicas bibliothecas parcius concessus.

Voces, in Indicibus & Glossariis Islandicarum, qvæ lucem publicam hactenus viderunt, historiarum obviæ, in hoc ad Nialam glossario non sunt allatæ, nisi qvatenus novum hic sortiuntur significatum, vel de eruendo earum etymo, secus ac alii, sentiebat interpres.

In indice rerum, qvi præter ritus & instituta veterum, qvatenus ex Niala nostra disci possunt, eventa etiam atque facta singularia, pugnas, cædes, prodigia, somnia & alia, nec non mentionem characterum personalium continet, omnia in unum se collegisse credit interpres, qvæ qvocunque nomine scire lectoris interesset; idque plus utilitatis allaturum existimat, qvam si talia personarum & locorum nominibus admista temere fuissent. Monstrare paucis loca, unde personarum genus & gesta discantur, uberiori fatorum & factorum narrationi, qva in qvibusdam indicibus brevis personarum biographia traditur, magis esse ratus est conducibile; hanc enim viam si ingressus fuisset, in immodicam molem & impensam index excrevisset. Enimvero suas sic rationes interpres instituit, ut lec-

tores

tores gesta personarum nosse cupidos, loca citata evolvendo isthæc haud gravate qvæsituros non dubitet.

Hæc postqvam nostro & interpretis Johnsonii nomine Te, Lector benevole, hactenus monuimus, nostram hanc Nialæ editionem de meliori Tibi porro commendatam volumus.

Scriptum Havniæ, idib. Januar. anno MDCCCIX.

Gold. Thorlacius. Kall. Schlegel. Olavsen.

Thorkelin.

CAP. I.



HIC INCIPIT
VITA NIALIS,
INCENDIO PEREMTI.

CAP. I.
De *Mördo Gigia.*

Vir erat nomine Mördus, cognomentô Gigia (Lyra f. difertus) Sigvati *Rufi* filius, praedio Velle in (pago) Rangarvallis habitans. Pollebat is dignitate atque opibus; inque rebus forenfibus verfatiffimus, tanta (praeditus) erat jurisprudentia, ut nulla, nifi (a) interfuiffet, legitima ducerentur judicia. Unica illi filia, nomine Unna, formâ venufta, (moribus) urbana, bonisque ornata dotibus, & quae virginum Rangarvallenfium facilè princeps habebatur. Diuertit jam ad *valles* Breidafiordenfes narratio. (Ubi) vir erat incipit
nomine (b) *Höfkulldus,* Dalakolli filius: cujus mater nomine Thorgerda, pag. 2. impr.
filia Thorfteinis *Rufi*, filii Olai *Albi*, filii Ingialldi, filii Helgii. Mater (c)

A Ingi-

(a) væri i.] B. Regii. H. J. væri vid. praefens effet.

(b) Hauſkulldr.] D. Hauſkollr, ɔ: calvus. *unde forte illud formatum.*

(c) Ingiallz.] Regii. Helga.

Ingialldi fuerat Thora, Sigurdô *Verminoculo* nata, filio Ragnaris Lodbrok. Thorſteinis autem *Rufi* mater fuit Uda (d) Diupudga (magnanima) Ketilis Flatneſi (Silonis) gnata, filii Biörnis Bunae, (e) filii Grimi, Sogniae ducis. Höſkulldus in Laxardalo praedium Höſkulldſtados, frater verò ejus, cui *Ruto* nomen, Rutzſtados incolebat. Eàdem is, quâ Höſkulldus, (f) matre natus, ſed patre Heriolfo. Vir erat formoſus, ſtaturâ grandis & (g) robuſtus, armorum bene peritus, miti ingeniô, atque praecellenti ſapientia: (h) ſeuerus in inimicos, benè verò conſulens in negotiis grauioribus. Aliquandò Höſkulldus conuiuium amicorum (i) celebravit, in quo & Rutus frater praeſens, illi adſedit proximus. Fuit Höſkulldo filia, nomine Hallgerda, quae (interim) cum aliis in pauimento (k) puellis luſitabat: aſpectu ſanè pulchra, magnae ſtaturae, comâ perinde ac (l) ſericum nitidâ, tamque prolixa, vt ad cingulum vſque pertigerit. Eam Höſkulldus vocans, (m) accede huc ad me, inquit; ſtatimquè ſibi propinquantem, manu ei ſub (n) mentum applicatâ, exoſculatus eſt. Quâ deinde digreſſâ, Rutum interrogat: quae tibi videtur haec puella? pulchrane? Conticuit ad id Rutus; ſed ab Höſkulldo compellatus iterum, reſpon-

(d) Diúpúdga.] Omnes Codd. praeter A. & D. Diúpaudga, profunde diues, v. opibus eminens.

(e) Grímsſ. — laxárdal, omittunt Regg.

(f) ſammœdr.] R. ſammœddr. C & Chart. omnes: ſammœdra.

(g) ſterkr.] B. C. ſtyrkr.

(h) hardrádr v. úv. ſ.] C. D. I. K. L. & H. in margine: hagrádr (heilrádr M.) vid vini ſína, utiliter (ſalubriter) conſulens amicis ſuis. N. hagnadr vina ſinna, commodum amicorum, ſ. commodis amicorum inſeruiens.

(i) poſt hafdi R. inſerunt: inni, domi ſuae.

(k) meyiar.] B. meygiar, id. J. ſmámeyar, virgunculis.

(l) ſem ſilki.] N. ſem humall. miúkt ſem ſilki, lupulus, molli velut ſericum.

(m) fardu híngat.] R. kom þú hígat.

(n) kverkina.] R. haukuna.

reſpondit: (o) Admodum pulchra eſt haec virgo, quod multis malo erit; caeterum neſcio, unde furini in gentem noſtram irrepſerint oculi. Hinc iram concipiebat Höſkulldus, fratrumque familiaritas aliqvamdiù infrequentior fuit. Hallgerdae fratres erant Thorleikus, pater Bollii, Olaus pater Kiartanis, & (p) Bardus.

CAP. II.

Rutus Unnam in matrimonium petit.

Aliquando fratres Höſkulldus & Rutus ad comitia vniverſalia equitarunt, quae tum frequentauerat magna hominum multitudo. Höſkulldus Ruto fatur: Vellem, mi frater, tuae conſuleres conditioni, uxorem tibi petendo. Hic reſpondet: Id mihi jam diu fuit in (q) animo; dubius tamen eram p. 3.
conſilii; nunc autem de (r) tua agam ſententia: verum vbi nos experiemur? Et ille: Multi magnatum nunc in comitiis adſunt, copiaquè deligendi eſt; caeterum ego vnam prae aliis tibi deſtinaui. Mulier nominatur Unna, nata Mördô Gigiâ, (s) viro ſapientiſſimo, qui nunc ſua cum filia in comitiis intereſt, (t) eamque tibi, modo lubeat, videre licet. Proximâ vero die, cum (u) in ſenaculum iretur, mulieres (v) extra tabernaculum Rangaënſium, ſplendidè ornatas conſpexerunt. Tunc Höſkulldus Rutum alloquitur: Ecce

 illic

(o) ærit.] F. hellzti, ſanè quam.

(p) Bárdr.] Reg. Bárdar, Halldors ok Steindors, Bardi &c.

(q) hug.] B. R. ſkapi.

(r) þínv ſkapi.] R. þ. rádi, tuo conſilio.

(s) mannz.] I. K. L. N. høfdíngia, optimate.

(t) mát þú ſiá h. ef þú vill.] I. vil ek neſna fyrir þína hønd, voloque (illi petitionem ejus) proponere tuâ cauſa.

(u) til laugrettu.] N. til løgbergis, ad rupem judicialem.

(v) poſt konvr addit N. margar, multas. || konvr — búnar.] C. konv — búna, mulierem — ornatam.

illic Unna, de qua tibi dixi; ſed vt probatur ea tibi? Benè, inquit hic; verum neſcio, an vſuri conſortio ſimus proſpero. Deinde in ſenaculum acceſſerunt. Hic Mördus Gigia pro more negotia forenſia obiit (de re publicâ verba fecit). Quo (x) poſt ad tabernaculum digreſſô, Höſkulldus & Rutus ſurrexere, (y) Mördique tabernaculum adiêre; quò ingreſſi, eum in parte interiori conſidentem ſalutauêre. Quibus ille aſſurgens, Höſkulldi manum amplexus eſt, atque (hic) apud eum conſedit, Ruto proximè (z) fratrem aſſidente. Multo exinde ſermone conſertô, (a) Höſkulldi oratio tandem eò delabitur, vt eum de pacto ſecum ineundo appellaret. Vult (inquit) Rutus affinis tuus fieri, tuamque ſibi paciſci filiam, neque ego in hoc expenſis parcam. Mördus reſpondet: Scio te virum eſſe magnae auctoritatis, ſed frater tuus mihi (b) ignotus. Ad quae Höſkulldus: (c) is verò mihi praeſtat. Et ille porro: multum hic pro illo (in commune) conferas (d) neceſſe eſt, cum (filia) ex aſſe haeres mea ſit futura. Nec mihi opus eſt diu

---

(x) ſídan. *ex cod.* B.] A. & reliqui omn. ſinnar, ſuum.

(y) ok gengv til.] R. add. Þá mællti Høſkulldr. villtv at vid førvm nú ok bidium konunnar. ſva ſkal vera ſagdi Rútr. ſídan gengu þeir til ꝛc. tunc Höſkulldus ait: vis uti nunc eamus petitum mulierem? ſic faciemus, inquit Rutus. deinde &c.

(z) honum.] N. Høſkulldi.

(a) komv þar nidr rædr H. at ek mæli.] N. kom Høſkulldr uppá rædur og ſagdi. vitanligt ſe ydur at Rútr vill mæla, incidit Höſk. in eum ſermonem, ut diceret: notum ſit tibi Rutum velle te (de pacto ineundo) appellare. || R kom þar nidr rædunni at Mørdr ſpyrr at erendom. þá ſagdi Høſkulldr. Rútr vill mæla til kaupa vid þik. ſkal ek til leggia med honom ſlikt ſem ek má, eò deuenit ſermo, ut Mördus de negotio (illorum) quaereret. tum reſpondit Höſk. Rutus vult compellare &c. conferam equidem illi quantum potero.

(b) ókunnr.] ita B. ceteri verò omnes ókunnigr.

(c) framar.] R. eigi er hann ſídr enn ek, mihi haud ſecundus eſt.

(d) þurfa.] B. H. verda.

diu (e) exspectare, quid nominatim dicam, ait Höskulldus: (f) habeto (g) (fundos) Kamnesum ac Rutzstados ad Thrandargil vsque, (h) nauemque mercatoriam (i) ultrò citròque commeantem. Hic Rutus ad Mördum: Sic habe, vir amplissime, me â fratre (k) majorem in modum esse commendatum charitatis nomine: si verò quam hujus rei rationem habiturus es, (l) constituas velim conditiones. Has jam, respondet Mördus, inueni: filia nempè (m) LX. centenis *) dotabitur, ex triente domi tuae adaugendis: sin haeredes suscipiatis, communia bona aequaliter diuiduntor. Rutus; Has approbo conditiones, inquit, easquè testibus adhibitis confirmemus. Dein surgunt, & junctis inuicem dextris, Mördus filiam suam Ruto spondet, (n) p. 4.
conuiuiô nuptiali XIV. diebus (o) post mediam aestatem apud Mördum celebrando. Post ex comitiis vtrique domum equitârunt. Atquè fratribus ad occidentem *Hallbiörnis* (p) *metas* praetereuntibus, obuiam vehebatur Thio-

 stolfus

(e) bída.] M. umhuxa, de eo cogitare.

(f) hafa.] C. eiga.

(g) Kamnes.] R. Kambs nes allt, totum (fundum) Kambsnesum. C. I. N. Kambnes. H. Kamsnes.

(h) of kaupskip.] B. R. H. I. hann á of kaupskip, possidet etiam.

(i) siglíngum.] C. farvm.

(k) miok hafa fram halldit.] R. meirr h. fr. h. enn efni muno til vera, magis commendatum esse, quam forte pro re.

(l) at þer gerit.] R. heyra, audire.

(m) Lx.] B. H. LXXX. *quod, triente addito, non conuenit cum* XC. *quam summam repetere Mördum a Ruto infra constat* Cap. VIII. *vid. not.* b. *ibid.*

*) *Vtrum hic subaudiatur* ulnis, *an* unciis, *non definiam; posterius tamen malim, quamquam longè majus. ratio nempe ulnarum,* 4 *Obol. Dan. aequantium,* $262\frac{1}{2}$ *imperiales; unciarum verò, quarum sola* 24 *obol. Dan. aequiualet,* 1800 *Impp. efficit. Videsis* Hist. Eccl. Isl. Tom. 1. Pag. 62. seqq.

(n) boð.] R. brúðlavp, nuptiis — celebrandis.

(o) eptir mitt sumar at M.] E. fyrir m. s. á Velli, ante m. ae. in (praedio) Velle.

(p) vorðvm.] B. H. vorðu, metam.

ſtolfus Biörnis *Aurigeri* filius de (q) Reykiadalo, nauem in (r) amnem *Album* appulſam eſſe referens, & in hac Özurem, Ruti patruum, qui quam (s) primum optaret a Ruto conueniri. Quô auditô, hic ad ſtationem nauis Höſkulldum ſecum rogat proficiſci; isque cum fratre vnà iter facit. Vt verò ad nauim eſt ventum, Rutus agnatum benè atquè comiter excepit: Özur autem illos in tabernam ad haurienda pocula vocat: mox detracta equis ephippia; intratur, potatur. Rutus Özuri loquitur: Nunc me tu, agnate mi, domum in occidentem ſequere, proximamque mecum age hiemem. Özur contra: Hoc vero non (t) expedit, cognate, inquit; Eyuindi quippe fratris tui obitum tibi nuntio, qui te in (u) foro Gulenſi haeredem inſtituit, (v) tuique aduerſarii haereditatem, niſi cretum veneris, intercipient. Tum ille: Quid ergo, mi frater, conſilii capiam? namque res eo mihi difficilior videtur, quod (x) nuptias conſtitui meas. Cui Höſkulldus: Fac iter auſtrum verſus, Mördi conueniendi gratia: eum roga (y) pactum vt mutetis, filiaque ſua in tertium annum deſponſata maneat: At ego domum equitabo, merces tuas ad nauim deuecturus. Rutus vero: Volo, inquit, farinam accipias hic & ligna, cum caeteris, quae tibi ex mercimoniis (z) placent. Poſt equos adducendos curat, ipſeque meridiem verſus, Höſkulldus vero in occidentem, equitat. In Rangarvallos ad Mördum perueniens Rutus hoſpitaliter ab eo accipitur, cum-

(q) poſt or addit G. ſyðra, magis auſtrali.

(r) Hvítá.] E. Hvítár ós, oſtium Albi amnis.

(s) fyrſt.] B. R. ſkiótaz. E. ſnaraz, citiſſimè.

(t) hentir.] ita B. ſed E. hentar. A. C. hendir.

(u) Gulaþingi.] E. P. Gularþingi.

(v) óvinir þinir ef þú.] E. óv. ydrir ef þer komit, veſtri — veneritis.

(x) brúdlaup.] B. C. Chh. brúdkaup.

(y) ſkipit máldaga] R ſk. máld. annann, aliud ineatis pactum.

(z) poſt varníngi add. I. mínum, meis.

eumque, (a) re sua enarrata, (æ) consilium ut det, rogitat. Mördus: Quanta isthaec pecunia? inquit. (b) Centum selibras aequare Rutus asserit, si perciperet integram. Ille porro: maximam adeo partem haec meum aequat patrimonium: & sane, si vis, proficiscere. Mutatis inde (c) pactis, ita vt per (d) tres hyemes Vnna pacta exspectaret; Rutus iter ad nauem remetitur, ibique, donec esset instructa, aestatem agebat. Höskulldus vero omnes, quae Ruti erant, merces ad nauim deportauit: cui bona sua Rutus, quae in occidente habebat, dum peregre foret, curanda tradidit. Paullo post quam Höskulldus domum suam redierat, vento adspirante (Rutus cum sociis) mari se commiserunt, & post III. hebdomadum nauigationem (e) Hernis allapsi, in Vicham, orientem versus, velificarunt.

Cap. III.

De Ruto & Gunnhillda Regum genitrice.

Praeerat Noruegiae Haralldus Grafelldus *) Regis Erici Blodaxae filius, Haralldi *Pulchricomi* nepos. Mater ejus, Gunnhillda nomine, filia fuit Özuris p. 5.

(a) efni sitt ok bad hann rad a leggia.] R. hversu farit er. ok b. h. legg. ráð á með honom hversu með skylldi fara, qvomodo res sit comparata, edoctum, sibi consilium dare petiit, qvid de eâ re faceret.

(æ) ráð áleggia.] E. H. I. ráða, consilium (rogitauit), v. totam rem ejus arbitrio permisit.

(b) C. marka.] B. E. R. H. P. CC. C. D. I. M. N. O. Q. R. VII^c (ↄ: 700); K. L. & H. in marg. LXX marka.

(c) máldaugum sínum.] B. R. máldaganum, mutatô pactô.

(d) þriá.] N. þann, eam, sequentem hyemem.

(e) Hernar] R. Hernar á Hørdalandi, in Hördalandia. E. Noreg, Noruegiae.

*) *Ex his, quamquam non liquet, quo anno Rutus peregre sit profectus, concludere saltim licet sequentia post annum Chr. 961. gesta esse, secundum Chronolog. Kristnisagae subjunctam.*

Ôzuris (f) Totii. Hi Kongahellae, in orientali regione, (g) ſedem habuerunt. (h) Quò fama nauis in Vicham appulſum perferente, Gunnhillda, vt primum id (i) reſciit, quid hominum in ea ſit Islandorum, requirit: cumque diceretur ei, virum eſſe Rutum nomine, Ôzuris nepotem: Probe ſcio, inquit, hunc eſſe haereditatem petiturum, quam homo, cui Sotio nomen, adminiſtrandam habet. Mox (k) pediſſequum ſuum, nomine Ôgmundum, vocat, inquiens: Te (l) in Vicham allegabo ad Rutum & Ôzurem conueniendos, quibus nuntiato, me ambobus hibernum apud me hoſpitium polliceri, eisque fautricem futuram dicito, (m) & ſi Rutus mea ſequatur conſilia, rem ejus haereditariam & quae caetera pertinent ad ejus commodum, curaturam, ipſum inſuper in gratia apud Regem poſituram. Ille mox abiens eos conuenit. atque, vbi comperiebant (n) famulum eſſe Gunnhilldae, comiter exceptus, ſuum negotium illis (o) clanculum aperit. Conſiliis inde ſecreto conferendis, Ôzur Ruto loquitur: Videmur mihi, cognate, noſtras jam conſtitutas habere rationes, quippe Gunnhilldae indolem teneo; quae, ſimul-

(f) Tota.[B. C. I. Tóka.

(g) høfdu adſetu auſtr.] R. ſátu þa, tunc temporis ſedebant, commorabantur.

(h) þángat.] R. þannig. ſed omittunt, til Víkurinnar.

(i) frettir.] R. 'ſpyrr. & mox frettir pro ſpurdi. E. bis habet frettir.

(k) ſkóſvein.] R. einn herbergis ſvein ſinn, unum e cubiculariis ſuis.

(l) til Víkrinnar.] R. nordr i Víkina, boream verſus in Vicham.

(m) ok ef Rútr ferr, ꝛc.] R. ef þeir fara m. ꝛc. semál Rutz -- annat ſem hann vardar. — honom í vináttu vid K. ſon minn, ſi ſequantur m. c. — qvicquid aliud ſua intererit, — illi amicitiam Regis, filii mei, conciliaturam.

(n) ſveinn Gunnh.] R. drottníngar madr ok ſveinn, domeſticum & famulum Reginae. || N. ſendi ſveinn G. ſeruum a pedibus.

(o) af hlíódi.] E. i hlíódi, id. || I. af hendi Gunnhilldar, Gunnhilldae nomine.

ſimul ac nos ad eam conferre detrectamus, exterminabit nos, omnesque pecunias noſtras per rapinam occupabit: ſin adeamus, honore nos, qualem pollicita eſt, afficiet. Ógmundus domum reuerſus, vbi Gunnhilldam conuenit, negotium a ſe rite explicatum, illosque venturos, ei renuntiauit. (p) Gunnhilda: neque id praeter ſpem, inquit; Rutus enim vir ſapiens, bonisque dotibus praeditus perhibetur: tu vero aduentum eorum in oppidum ſpeculare, mihique ſignifica. Profecti Kongahellam Rutus (& Ózur): quo peruenientibus obuiam prodiere cognati ſui atque amici, benigne illos complectentes. Rogantibus illis, vtrum rex in oppido adeſſet, adeſſe dicebatur. Poſt obuium habuerunt Ógmundum, qui ſalutem iis a Gunnhillda nuntiauit, ſubjiciens: prius non excepturam eos, quam Regem (q) conueniſſent, p. 6.
idque rumoris (vitandi) gratia, (r) quaſi *) aurum illis (hunc honorem regibus) praeripere poſtulem: attamen, quae mihi viſum fuerit, in rem eorum conſulam: (s) Rutus ad Regem liberius verba faciat, & in ſatellitium adſcribi poſtulet. Ecce veſtes (t) ſplendidas, quas tibi, Rute, (regina) miſit; in his te Regi ſiſtes. Quibus dictis reuerſus eſt. Subſequenti die Rutus: Coram Rege, inquit, compareamus. & Ózur: licet ſane. Itaque XII. una euntes, propinqui omnes amicique; in regiam, Rege ſuper (u) pocula accumbente, veniunt: Rutus primus iit, Regemque ſalutauit. Rex virum, quippe ſplendido

B

(p) Gunnh. — von.] R. Drottníng m. ſlíkra ſvara var mer þadan von, Regina fatur: ae qvidem reſponſa ſperaui. Iid. mox omitt. ſagdr.

(q) þeir hefdi.] N. hún hefdi, ipſa conueniſſet.

(r) at ſva — ek.] B. búd ſva *(forte excidit þikki)* at ek, quod forſitan videar hunc &c. *Ceterum haec Ögmundus in prima perſ. quaſi ipſa regina, profert.* || E. þá þikkir ſem eg, quod ita videar.

*) gylli.] Q. gull.

(s) veri R. — bidi.] E. vert, fac Rute. R. bid, roga.

(t) tignar omittunt R.

(u) drykkiv.] B. drykkiubordum, ad menſam potoriam.

dido cultum habitu, attente contemplatus, nomen ſuum rogat: (v) quod cum edidiſſet; Homo Islandus es? addit: & illo affirmante (pergit): Quae te res impulit ad nos adire? Rutus reſpondet: Una, quod tuam, Domine, majeſtatem viſere cupiebam: altera, quod magnam hac in terra habeo cauſam haereditariam, (x) in qua vt jus adipiſcar, tua ope opus mihi futurum exiſtimo. Ad quae Rex: cuique homini hac in regione jus ſuum tributum iri pollicitus ſum: tibi vero quid amplius eſt negotii, quamobrem nos conueneris? Rutus: Domine, inquit, rogabo te (y) hoſpitium aulicum, tuusque vt homo fiam. Hic conticeſcente Rege, Gunnhillda ſuſcipit: Videtur mihi hic vir ſummum tibi honorem deferre; ſic enim exiſtimo, ſi multi in ſatellitio tales eſſent, optime id conſtitutum fore. Rex porro: Eſtne ſapientia praeditus? Et illa: cum ſapiens eſt, inquit, tum promptus animo. Intelligo (ait Rex) matrem meam velle, vt, quem ambis honoris titulum, aſſequare: ſed dignitatis noſtrae morisque patrii gratia, (z) dimidii menſis interuallo ad me venies, tumque (a) ſatelles meus fies: interim autem mater victum tibi praebeat, tuque poſtmodum apud me compareto. Ad Ögmundum Gunnhillda fatur: Deducito hos domum meam, lautamque ibi coenam para. Hic (æ) ſimul cum illis egreſſus, in aulam lapideam introduxit eos, ſplendiſſimis ornatam tapetibus. Erat & ibi ſolium Gunnhilldae. Tum Ögmundus: Iam, inquit, comprobabitur, quod ego tibi de Gunnhillda retuli: en ſolium

(v) hann nefnir ſik.] E. ſeg ertu &c. dic, an h. I. es?

(x) of man uſque ad eda omitt. E.

(y) hirdviſtar.] C. herviſtar, hoſp. hic, apud te.

(z) hálfsmanadar.] R. vii. nátta, ſeptem noctium (ſeptidui).

(a) hirdmadr.] R. handgenginn madr minn (mox ſolus G.) halldit ther ydr Koſt þ. t. meo miniſterio addictus: (ſed) vos interim proprio ſumtu ſuſtentate.

(æ) med.] B. vid, cum.

ſolium ejus: hoc tu occupabis, hanc tibi ſedem, quanquam adfuerit ipſa, tenere licet. Poſtea dapes iis antepoſuit, nec diu decubuerant, cum interuenit Gunnhillda: (b) Ruto, ad ſalutationis officium ſurgere feſtinanti, Sede inquit, hancque ſellam, (c) quotiescunque meo conuiuio intereris, obtineto. Dein apud eum cônſedit, unàque potauerunt. Sera autem hora: Tu mecum, inquit, in cubiculo ſuperiori hac nocte quieſces, nosque ambo una. Et ille: hoc in tua manu ſit. Poſt ad quietem ibant, & obſerata intus janua, per noctem p. 7.
dormiere. mane vero redibant ad pocula: ſicque per totum dimidii menſis ſpatium in (dicta) contignatione duo ſoli acquieſcebant. Interim Gunnhillda (d) familiae dixit: si cui meum & Ruti commercium aperitis, nullam poenam luetis praeterquam capitalem. Ei Rutus C. vlnas (e) panni vulgaris, & (f) XII. togas promercales muneri dedit, quo de dono Regina perſoluit gratias: ac diſcedentem, poſtquam, exoſculatus illam, viciſſim illi (g) gratias egerat, fauſtis proſecuta eſt ominibus. Atque poſtero die triginta ſtipatus viris in conſpectum Regis adiit, eumque ſalutauit. Rex infit: Nunc tu, Rute, vis credo, promiſſa tibi vt ſoluam: (Rutusque) (h) mox in ſatellitium adoptatus, Quamnam, inquit, ſeſſionem obtinebo? Cui Rex: Hoc pencs matrem meam eſto. Quae mox

(b) Ante Rútr add. R. þá mællti Augmundr. her fer drottning nú til yckar, tunc Ögmundus ait: nunc regina huc ad vos adeſt.

(c) þá er þú.] E. þatu, id.

(d) vid—voru, omitt. N. ſed legit: þer ſkulut øngum ſlytia hagi vora. en ef nockr ſegir þar í frá ſkal hann øngvo f. &c. vos nemini deferte noſtrum vivendi genus: ſiquis autem indicabit illud, nullam &c.

(e) vadmála.] B. E. H. vadar. R. vada. caeteri codd. vadmáls.

(f) xii.] B. I. & H. in marg. xx.

(g) poſt henni add. R. ſína gódgiørnínga, ſuis de beneficiis.

(h) ſídan—ſitia?] R. gerdi Konúngr þá Rút hirdmann ſinn. R. m. hvar viſi þer mer til ſætis? tum Rex Rutum fecit ſatellitem ſuum. R. quærit: quam mihi ſedem deſignas?

mox (i) honeſtiſſimam ei ſedem aſſignauit: illeque cum Rege hanc (k) in magnis honoribus exegit hyemem.

CAP. IV.

(l) De nauali expeditione Ruti.

Subſecuto vere, Sotium in Daniam, auſtrum verſus, cum re haereditaria profectum accipiens, Gunnhilldam adiit, deque abitu ejus fecit certiorem. Tum ea: Duas, inquit, naues longas tibi ſuppeditabo, inſtructas (m) nautis, & in his fortiſſimo viro Ulfo *Illoto*, (n) *hoſpitum* apud nos praefecto: ante diſceſſum tamen Regem ito conuentum. Rutus (reginae) dicto audiens, ut ad Regem venit, ei de Sotii profectione, ſeque (o) perſequi eum ſtatuiſſe, narrat. Rex quaerit: Quid praeſidii mater mea (p) tibi attribuit? Duas naues longas, inquit, harumque ducem Ulfum *Illotum*. Ad quae Rex: Bene id comparatum, jam & ego tibi duas alias donabo: (q) tantis vtique tibi vſus erit copiis. Mox Rutum ad naues proſecutus, proſperum ei ſociisque iter apprecabatur. Dein Rutus (r) claſſe ſua in auſtrum nauigauit.

CAP.

(i) hit ſ. ſæti.] B. R. enn ſæmiligſta ſeſs.

(k) vel metinn, omittunt iid.

(l) um ſigling Hr.] B. frá Rúti ok Gunnhilldi, de Ruto & Gunnhillda.

(m) Ante mønnum, add. E & R. af, ab.

(n) geſta høfdíngia.] B. geſtamann. ſed R. varn omittunt. *Cætera* Specul. Reg. pag. 257. ſeqq. *docet* geſti ſ. hoſpites *inde ſic dictos, quod paſſim, ingratiis multorum, hoſpitari ſolerent: ſtipendiarios ex dimidia fuiſſe, munusque illorum per totum regnum ſpeculari, hoſtes inteſtinos perſequi & occidere: quorum ſublatorum bona mobilia, præter aurum, ceſſiſſe illis praemia. Omnes excubias, niſi praetorianas, habuiſſe. Ad menſam regiam nunquam admiſſos, niſi feſto Chr. Natalitio, & Paſchali. Quodſi pugna ſingulari forent interfecti, caedem eorum pari multa ac ſubditorum & ſatellitum ſimul regiorum, expiatam.*

(o) hallda.] E. ſækia.

(p) tillagit med þer.] E. t. vid þig. || C. R. þer fengit, t. praebuit.

(q) lidz allz.] R. allz vid Sota, -- contra Sotium.

(r) lidi ſínu ſudr.] C. med landi ſudr, ſecundum litora auſtrum verſus. || R. í brótt med lidi ſíno, de portu claſſe ſua.

Cap. V.

Caedes Atlii Arnvidi filii.

p. 8.

Atlius nomen erat viro, Arnuidi Comitis filio ab Gothia (s) Orientali: (t) qui, poſtquam parens tributa, Haconi Adalſteinis *alumno* debita, detinuiſſet, vna cum illo ex Iamtia (u) in Gothiam profugerat. Poſtea claſſem, ex *Lacu* deductam, per fretum Stokkicum (Holmianum) & hinc, meridiem verſus, in Daniam direxit, inque (v) ſinu Codano (dum haec geruntur) excubat: tam a Daniae, quam Sveciae Rege (x) proſcriptus. Rutus (y) fretum Öreſundicum, auſtrum verſus, petiit: quo delatus, frequentes in ſinu naues animaduertit. Tunc Ulfus: Quid, homo Iſlande, conſilii capiendum? Cui Rutus: Pergendum iter eſt, inquit, nihil enim re intentata proficitur: nauis mea & Özuris prima ito, tuam vero, vti tibi lubet, promoue Ulfus regerit: Ego vero aliis hominibus, (z) clypei loco, me raro praemuniui: ſuamque nauim pari paſſu cum Rutiana propulit. (a) ita protenus in fretum contendêre. Tum, qui

(s) æyſtra.] R. veſtra, occidentali.

(t) Ante hann. h. R. addunt: hann var hermadr mikill ok lá úti í legnom. (mox iid. it. B. C. E. add:) hann hafdi viii. (vi. B.) ſkip. Fadir hans hafdi halldit ꝛc. ille inſignis erat bellator (pirata) & in Lacu (Melero) excubabat, claſſe VIII. (VI.) nauium inſtructus. Pater ejus &c.

(u) til Gautlands omittit E.

(v) úti í Eyrarſ.] C. nú jafnan í Eyrarſundi ok heriar bædi i Noreg og Svíþiód. Rutr ꝛc. in freto Öreſundico hoc temporis plerumque excubat, Noruegiamque & Sueciam praedationibus infeſtat.

(x) Poſt Svía Konungs R. add. af ránom ok manndrápom er hann hafdi giørt í hvaratveggia ríkino, de praedationibus & homicidiis utroque in regno factis.

(y) Eyra ſunds.] B. Eya ſunds.

(z) ſkilldi.] B. H. hlífi ſkiølldvm, ut clypeis tutelaribus. || L. hallda ſkilldi f. m. qui me clypeo protegerent, uſus ſum.

(a) hallda ſva fram í ſundit.] E. fóro fram eptir víkinni.

qui in freto constituti, naues in se ferri animaduertentes, rem Atlio indicant. Is respondet: (æ) datur adeo parandae rei occasio. Mox omnibus per singulas naues dispositis; Mea nauis, inquit, constituatur in media classe. Nauibus dein procurrentibus, vt primum copia fuit inter se compellandi, Atlius surgens ita loquitur: Vos temere tenditis, nauesne in freto militares vidistis? quidnam autem Duci vestro nomen? (b) Ruto indicante, idem porro: cujus homo es? quaerit. Haralldi Regis Grafelldi satelles. Hic Atlius: (c) Ego paterque, inquit, diu minus chari fuimus vestris Noruegiae regibus. & Rutus: scilicet cum tuo malo. Atlius contra: Ita congressus noster incidit, vt (d) euentum ejus narrandi tibi non futura sit potestas: mox hastam arripit & in Ruti nauem contorquet, eo, quem ictus tetigit, neci dato. Dein praelium inuicem conseri coeptum. nauis Ruti hostibus diu inexpugnabilis. Ulfus promte progrediens (e) modo caesim, modo punctim pugnabat. Atlii proreta, cui Asolfus nomen, in nauem Ruti irrumpens, IV. hominibus necem intulerat, prius quam hic animaduerteret. Tum vero Rutus aduersus eum se vertit: qui cum congrederentur, Asolfus hasta in scutum ejus impulsa, id transfodit: Rutus vicissim feriens, lethalem ictum homini

---

(æ) þá gefr — skipin.] Reg: þá gefr vel. ok reki menn af ser tiølldin. ok búiz vid sem hvatligast á hverio skipi. skip mitt -- flota. sídan gerdv (greiddo G.) þeir róðr á skiponom. ok þegar 2c. ergo bona datur occasio: nautae igitur tentoria nauibus detrahant, seque quam ocissime praeparent, in sua quisque naui; mea nauis — classe. Mox remigio naues promouent (incitant) & ubi copia &c.

(b) Rútr s. til sín.] R. Rútr heiti ek. sagði hann, Rutus mihi nomen est, inquit.

(c) feðgar.] R. I. K. L. M. N. frænður, ego cognatique mei.

(d) skallt eigi kunna] E. sk. undanláta ok eigi k., cedas necesse sit, neque potestas futura &c.

(e) ymizt hió] B. ymiz er hann hió 2c. alternatim (fecit) ut gladio caederet aut jacularetur. || hio.] R. skaut e. l. nunc sagittis, nunc hastis p.

homini impegit. Quo viſo, Ulfus *Illotus* Ruto ſic ait: Et ſtrénue caedis hodie, Rute, & multum etiam (f) debes Gunnhilldae. Auguror, inquit Rutus, haec te ſubito moriturum loqui. Interim Atlius, Ulfum (aliqua cor- p. 9. poris parte) patentem ad ictum conſpicatus, intorta haſta eum perfodit. Iamque praelio ingraueſcente, in nauim Ruti irruens, violenter graſſatur. (g) in eum Ozur gradum confert & punctim appetit, ſed ipſe reſupinus cadit, ab alio homine percuſſus. Tum Rutus gradum in Atlium vertit: qui, quum Ruti clypeum percutiendo ad imum uſque diſcidiſſet, manu ictum lapidis accepit, ita vt gladius deflueret: quo Rutus apprehenſo, pedem ei amputat, mox infligit vulnus mortiferum. Heic magna potiti praeda, (h) duas nauium optimas ſecum abduxere, parumque diu ibidem morabantur. (i) Sotius (interim) Ruto non obuiam factus, & in Noruegiam renauigans, ad (k) *Latus* Limgardenſe deuenit, ibique exſcenſionem faciens, in Ögmundum Gunnhilldae pediſſequum incidit: qui, homine ſtatim recognito, interrogauit eum, quamdiu eſſet illic moraturus. Per trinoctium, ait Sotius. & Ögmundus: quo porro cogitas? Occidentem verſus (l) in Angliam, reſpondit; in Noruegiam, quoad (m) ibidem (n) Gunnhillda cum imperio fuerit, nunquam rediturus. Ab eo

(f) launa.] R. giallda.

(g) ok nú ſnyr í m. h. Özurr. ꝛc.] R. Rútr ſneri í móti Atla ok -- aptr. í þeſſi ſvipan lagdi madr til Rútz. han ſpratt upp ſkiótt ok ſneri at Atla, Rutus conuertit ſe ad Atlium & -- reſup. cadit. quo momento ab alio homine perc. Rutus, celeriter reſurrexit, ſeque denuo vertit ad Atlium. || C. I. K. L. M. N. ok ſnýr á móti auzuri ꝛt. & gradum confert in Özurem (ſc. Atlius.)

(h) tvau deeſt in I. K. L. M. N.

(i) þeir.] Iid. þvíat þeir ꝛc. nam Sotius &c.

(k) Limgardzſídu.] C. Limagardzſídu. R. Líugarzſído. K. L. Lungardsſídu.

(l) til Englandz.] M. um Englandshaf, per mare Anglicum.

(m) Gunnhilldar.] R. Harallds, Haralldus.

(n) er í Noregi.] I. K. L. M. N. er her í & hic.

eo diſcedens Ögmundus Gunnhilldam adiit; ea quippe haud procul ab eo loco cum Gudraudo filio una in conuiuio intererat: (o) Sotii propoſitum reginae indicauit: quem e medio tollere Gudraudum (p) juſſit mater. Hic mature profectus necopinanti Sotio ſuperuenit, quem in terram educendum (q) ibique ſuſpendendum curat; facultates vero ejus captas matri adfert. quas omnes qui (r) tranſportarent (s) Kongahellam, (regina) delegauit, eoque poſt ipſa rediit. Hoc autumno reuerſus (t) Rutus, (u) incredibilem praedae vim reportans, confeſtim adiit ad Regem: a quo liberaliter exceptus, ei matrique ultro obtulit, vt, quantum (praedae) vellent, acciperent: rex vero trientem inde ſumſit. Gunnhillda certiorem fecit Rutum, ſe recuperaſſe haereditatem, ac Sotium curâſſe interficiendum: de quo ille gratiam reginae retulit, dimidium (v) totius largiendo.

Cap. VI.

(x) Nauigatio Ruti in Islandiam.

Rutus hiemem apud Regem, ſatis honorifice habitus, tranſegit. Cum autem vernaret, aliquanto triſtior exſtitit. Eo comperto, Gunnhillda ſola ſoli locuta eſt: Aegrone animo es? (y) Cui Rutus: Vere hoc (mihi euenit, quod) vulgo prae-

(o) fyrirætlan S.] B. E. R. H. K. L. frá ætlan, de cogitato S.

(p) Poſt Gvdravd add. R. ſon ſinn fara ok t. ſublatum ire G. filium ſuum.

(q) feſta þar upp.] R. hengia þar. E. ok feſta þar upp omitt.

(r) menn.] R. Ch. mann q. transportaret.

(s) til Kongah.] R. auſtr t. K. orientem verſus.

(t) Poſt aptr add. E. til Noregs, in Noruegiam.

(u) of fiár.] R. fe mikit, magnam.

(v) allt omittit E.

(z) útſigling Hr.] B. Frá álavgum Gunnhilldar vid Rút, de imprecatione Gunnhilldae in Rutum.

(y) R. ſegir.] E. R. ſ. hon. ok mun vera ſem &c. Rute, inquit illa; imo puto hic euenire, quod.

praedicatur: *Infelix est, quem* (z) *infelix terra genuit.* G. Num in Islandiam cupis? R. Cupio sane. G. Ecquam illic vxorem habes? R. Haudquaquam. G. Id tamen pro certo habeo. Finito postea (a) colloquio, Rutus ad Regem accessit, eumque salutauit. Rex fatur: Quid nunc vis, Rute? Rogare, Domine, (respondet) vt (æ) veniam mihi des in Islandiam reuertendi. Rex iterum: An major illic erit honor tuus? Minime, ait Rutus, sed *quod in fatis est, cuique exsequendum est.* Ad quae Gunnhillda: Hic cum robustiore funis ductandus (fortiori conflictandum) est, inquit, quare (b) permittes, vt, quo ipsi maxime conducit, eat. Ea tempestate regionem vexauit (c) annona grauior: tamen ei (d) Gunnhillda farinam, quantum (e) voluit, dabat. Dein Rutus & (f) cum eo Özur in Islandiam parant ire: cumque prorsus instructi essent, Regem & Gunnhilldam Rutus it conuentum. Quem ea seductum in secretum ita est allocuta: Ecce hic armillam auream, quam tibi donabo: eamque brachio ejus adhibet. Rutus vero: Abs te cumpluria, inquit, eximia dona accepi. Regina manibus amplexa collum ejus, atque deosculata, prorupit haec in verba: Si tanta mihi

p. 10.

(z) aulandi.] B. C. D. E. R. I. M. á ólandi (vlandi.) *quod in versione expressi. si vero admittatur* *) aulandi, *quod* incuriose ac temere vagantem & agentem *denotat, sensus erit*: qui ad vagationes natus est. *at hoc in Rutum minus quadrat.* || H. K. L. N. á ólund. H· in marg. á ólyndi, cum aegritudine animi. *hinc*: miser est, qui miser animi natus est. *) aulandi *idem puto quod* á úlandi; *nam saepius in Membranis conjunguntur, quae diuisim legenda sunt.*

(a) málinu.] B. C. E. R. Chh. talino.

(æ) at þer — fara.] Chh. tantum, at fara, proficisci (rogo), *eleganter, & ut Virg. Eclog.* II. v. 43. — *a me illos abducere Thestylis orat.*

(b) leyfi þer — betz.] R. gefi þer honom gott orlof at han fari sem h. likar betz, bonam ei veniam dabis, quo — placet, eundi.

(c) ært.] K. L. M. N. ert.

(d) Gunnhilldr.] R. Konúngr, rex.

(e) villdi hafa.] E. þurfti, opus habebat.

(f) med.] B. vid.

mihi in te, quantam reor, poteſtas eſt, hoc tibi fatum conſtituo, vt cum vxore, quam tibi in Islandia deſtinaſti, (g) nullam poſſis lubidinem exſequi: cum (h) aliis tamen foeminis tuam tibi liceat voluntatem patrare: hic neuter noſtrum bene conſuluit: tu mihi (i) rem illam non credidiſti. Rutus, haec exipiens riſu, digreditur: poſt ad Regem adit, eique gratias perſoluit (k): Rex Rutum benigne alloquens, fauſtum iter ei apprecatur. Conſcendit mox nauim, ſecundaque vſus tempeſtate in ſinu Borgenſi portum tenuit. Naue ad terram deſtinata, domum in occidentem equo vehitur, Ozure nauim exonerandam curante. Höſkulldſtados perueniens Rutus, ab Höſkulldo liberaliter excipitur, eumque ſuis de itineribus edocet. Poſtea (l) trans amnes orientales nuntios ad Mördum Gigiam mandant, vti nuptias exornaret: ipſi vero fratres ad nauim commeant. Tum & Höſkulldus Rutum de re ſua pecuniaria docuit, quae, dum abſuiſſet, multum (m) accreuerat. Hic Rutus: (n) Merces, inquit, quam par eſſet, forte parcior erit, farinam vero tibi, quanta per hanc hiemem familiae tuae vſus fuerit, ſufficiam. Poſtquam, naui ſubducta & (in nauſtibulum) condita, merces cunctas in Valles occidentales, deuexiſſent: Rutus ad (o) ſex vſque

(g) øngri.] B. alldri, nunquam. || E. engan likams mannd dreygia. R. aungan likams loſta fremia. N. aungvnm munum framk. id. *Sed yota* munadr, *maſc. gen.* *quod rarum.*

(h) Poſt vid addit E. allar, omnibus.

(i) málſins.] R. fullz, non ſatis cr.

(k) Poſt þakkar honum R. add. hverſu høfdingliga han hafdi alla hluti til hans giørt. Koníngr (bad Rút vel fara ok) kalladi Rút vera hinn rauſkuaſta mann ok vel kunna ad vera med tignom mønnom, pro ſingulari ejus liberalitate, in ſe omni modo collata. Rex (Ruto proſperum iter apprecatus) eum fortiſſimum virum praedicauit, adprimeque gnarum cum illuſtribus viris conuerſandi.

(l) um ár.] R. á Rángárvøllu, in Rangarvallos. E. um ár omitt.

(m) ágrædz.] R. á aflaz ſidan Rútr fór í brott, adaucta fuit, ex quo abierat.

(n) mvnn v. lavnin en vert væri.] R. mun ombun v. brodir (mi frater) en ſkylldi.

(o) vi.] B. I. fiøgurra, quatuor. E. átta, octo.

uſque hebdomadas (ante hyemis initia) domi commoratus, iter in Orientem, cum fratre atque Ozure vna, parauit, hique (p) LX. comitibus ſtipati, in Rangarvallos vſque, equites perveneрunt. Aderat frequens conuiuarum nume- p. 11. rus: ſedilia viri, foeminae vero tabulatum occuparunt: ſponſa paullo triſtior apparebat: compotatur, honeſteque agitur conuiuium. Dotem filiae annumerauit Mördus, qua illi (vir & comites) in occidentem comitati, vna, donec domum veniſſent, perrexerunt. Heic Rutus vxori plenam (q) intra limen poteſtatem dedit; in qua gerenda ſeſe cunctis probauerat. Societas autem conjugum friguſculo non caruit, idque ſic ad ver uſque durabat. Cumque vernaret, (r) iter Rúio in tractum Veſtfiordenſem erat faciendum, ad exigenda (s) mercium (creditarum) nomina: verum antequam iret, ſic eum vxor compellauit: (t) An prius es rediturus, quam ad comitia ibitur. Rutus: Quid tua? inquit. Et illa: Volo ad comitia proficiſci, patremque meum conuenire. Fiat, ait vir, & ego tecum adibo comitia. Uxor: Placet id etiam. Poſt domo ad *ſinus occiduos* profectus, omnem (foenore) collocauit pecuniam, ſeque mox domum retulit. Redux ab occidente, iter ad comitia vniverſ: parat, omnibusque vicinis adſcitis comitibus, Höſkulldo etiam fratre profecturo, ſic affatus vxorem eſt: Si tantundem tu ad comitia ire cupis, quantum oſtentaſti, jam accingere & mecum eo proficiſcere. Confeſtim illa ſe parat; moxque una cum illis ad Comitia iter facit. Unna tabernaculum patris adit: quam is comiter accepit, animique haud mediocri laborantem aegritudine ſentiens, ita eſt ad-

 locu-

(p) Lx.] B. iv. tígi, quadraginta. || E. nær, pro vid, ferme.

(q) fyrir innan ſtokk.] E. f. innan ſtogs.

(r) favr — fyrir varníng ſinn.] I. K. L. M. N. ſe at heimta í (á) Veſtfiordum, pecuniam exigendam R. habuit in regione Veſtfiördenſi.

(s) varníng.] B. varnad.

(t) hvart ætlar — þíngs.] I. K. L. N. ſkalltu lengi í burtu vera? quamdiu abfuturus es?

locutus: Vidi te hilariori fronte, ſed quid animum tuum verſat? Ea in lacrymas ſoluta nullum dedit reſponſum. Tunc Mördus: Quo tu, inquit ei, veniſti ad comitiatum, ſi arcana tua mihi committere non vis? annon ſatis tibi placet in occidente (viuere)? Filia regerit: (u) omnes facultates in hoc impenderem meas, ut eo veniſſem nunquam. Mördus, ſe rem breui cogniturum, ait, quique Höſkulldum ac Rutum accirent, miſit. Ibant hi protinus, &, vbi venerunt ad Mördum, aſurrexit hic, eosque comiter excipiens, jubet conſidere. Sermone diu atque concorditer habito, ab (v) Höſkulldo Mördus quaerit: Qui filiae meae veſter ille occidens tam male diſplicet? Cui Rutus: Indicet, inquit, ſiquid habet, cuius me inſimulet. Verum is nullius rei conuictus, a vicinis ſuis atque domeſticis, quomodo habeat vxorem, (x) diſquiri facit. Hi bonum Ruto teſtimonium perhibuere, ſubjicientes, ſolam pro libito, quaecunque vellet, domi poſſe. Hinc Mordus: Tu domum reuertitor, inquit (filiae), tuique ſorti acquieſces: viro enim, quam tibi, omnia teſtimonia ſunt fauorabiliora.

p. 12. Poſt Rutus cum vxore diſcedens a comitiis, domum petiit Aeſtate bona quidem eorum conſuetudo fuit; ſed ineunte (y) vere, priſtinam in difficultatem relapſa, quo plus excurrebat temporis, eo magis in pejus inclinauit. Tunc ad *ſinus Occidentales* profectione inſtituenda, ſignificauit Rutus, ad comitia vniuerſ. ſe non profecturum: quod Unna conjuge in medio relinquente; iter in tractum Veſtfiordenſem ingreſſus eſt.

CAP.

(u) alla eigv.] E. alegu, *contracte.*

(v) Havſkulldar.] R. Rútz, Rutum.

(x) eptir ſpyria.] C. ſækia, quaeri a. *raro ſenſu.*

(y) varadi.] E. R. H. vetradi, hyeme.

CAP. VII.

Diuortium Unnae cum Ruto.

Exierat jam ad comitia tempus, cum Unna, Sigmundum Özuris filium compellans, quaerit, ſi ad comitia ſecum vellet equitare? quo ſe non profecturum (z) dicente, ſi Ruto agnato ſuo diſpliceret; Eo te appellaui, inquit, quia (a) te (æ) maxime omnium ſum demerita. Ille reſpondet: Ea ſub conditione hoc tibi dabo, vt mecum in Occidentem reuertare, nec ulla Ruto mihiue ſubdola conſilia mediteris. Hoc ſpoſpondit mulier: & mox ad comitia profecti ſunt. In his Mördus pater aderat, filiamque prolixe complexus, in ſuo tabernaculo, dum haberentur comitia, diuerſari juſſit: quod & ea fecit. Hic Mördus: Quid, inquit, de ſocio tuo Ruto mihi narras? Illa (c) carmen pronuntiauit.

(d) Hunc nae laude fero virum ferocem,
Qui ſuetus jaculis acuminandis,

Ob

(z) kvedz.] kalladiz R. *plerumque.*

(a) at Þer hellz.] R. á Þer hellzt valld, in te — poteſtatem habeo.

(æ) hellz.] B. bezt, (de te) optime ſum promerita.

(b) vndirmál.] B. I. undanbragd, fraudulenta diuerticula.

(c) quad víſu.] R. omiſſo carmine: ſegir. gott eina má ek frá honom ſegia Þat er honom er ſiálfrádt, reſpondit: nihil aliud quam bonum de illo praedicare poſſum, quantum in ſua poteſtate ſitum eſt.

(d) *Propter tranſpoſitionem vocabulorum ac multitudinem lectionum diuerſarum, quamquam non in omnibus, in plerisque tamen carminibus, non ab re fuerit, verba carminum in ordinem proſaicum redigere, huic variantes lectiones, his denique, ubi opus, adnotatiunculas ſubjungere. Itaque talis in hoc carmine verborum ordo:*

Víſt ſegi ek gott frá Þeſſvm geyſlvm 1) geirhveſſanda. Þat er ſilfra ſundrhreyti 2) er fvndit 3) ſiálfrádligt. verd ek vid ſpotti (at) ſegia α) mart eda Þegia. Þvíat β) álmr eggÞings er ordinn fyrir giørningvm. ſatt er γ) at 4) ek ſeg.

1) B. E. geirhverſanda. 2) I. K. L. N. ef, *pro* hef, *quod corruptum ex.* hefi,

Verb.

Ob res, quas facere eſſe differenti
Argentum ſatis integrum repertum eſt.
Cogor, vir quia tactus eſt, peritus
Ferri ad jurgia, faſcinatione,
(Verum praedico) ſit licet pudori,
Dictis pandere multa, vel ſilere.

Ad quae Mördus, tacito dolore attactus: (e) Iam ea res, inquit, mea gnata, mentem tuam premit, vt praeter me neminem velis conſcium, mihi potiſſimum
p. 13. confiſa, puto, (f) de re tua expedienda. Tum ſecedunt collocutum, vnde nemo ſermonem exciperet; tumque Mördus ad filiam: Nunc mihi rem omnem aperi, quae (g) inter vos intercedit, nec ſine magnitudinem rei horrorem tibi incutere. Illa: Sic fiat, neceſſum puto, inquit, (h) & carmen profert.

Sane

Verb. auxil. hinc: ek fundit, comperi. 3) E. ſkaprádligt, in ipſius arbitrio ſitum. *parum ſuauiter, quod ad metrum.* 4) B. ſeeg (*non* ſeg ek, *quod tamen rectius putarim*) & N. ſie *legunt. unde ſenſus:* vere ego contumeliam prouideo ſ. caueo. || ſegg *pro* ſeg H. I. K. L. M.

α) mart ɔ: *plura quam vellem & pudor meus permittit. Et mire quidem ac verecunde dicit* mart, *cum tamen vnam rem intelligat.* β) álmr, ulmus; *hic*, expertor. *nam* reinir ſ. reynir, ſorbum, & virum experientem; vidr, lignum, & *etiam (quia ſcribi poteſt* vinnr, a vinn operor*)* facientem quid *ſignificat.* þíng, conuentus, it. locus judicialis *(ubi litigatur.)* γ) at *pro* þat, quod, *per Aphaereſin; quemadmodum* er tibi, vos, *pro* þer, & it vos, *pro* þit: *vel, ſi mauis,* at *pro Relat.* ſem v. er, quod, *quomodo paſſim inuenitur poſitum.*

(e) þat.] R. huat, quae res —? cujus.

(f) R. til órráda.] B. til orda, hoc arcanum committi poſſe.

(g) er — ykkar.] B. C. I. K. L. M. N. yckr ber á milli, quae diſſidii veſtri cauſa eſt.

(h) Regii, omiſſis carminibus, ita: ek villda ſegia ſkilit vid Nút. ok má ek þer ſegia (þat) hueria ſauk ek má hellz geſa honom. han má ekki hiúſkaparfar eiga vid mik ſva at ek mega nióta hans. en hán er at annari náttúro ſinni ſem hinir vanſkuztu menn. hverſu má þat vera — giørr. því ſegir hon at þegar han

kemr

(i) Sanè, vir decus annulûm [aureorum]
Vibrans, quam tumidum eſt Ruti venenis
Corpus, quum ſibi linteô cubili
Indulgere animoſus ille amorum..
Quaerit delicias; & ipſa quaero
Hoc cum teligero voluptuoſum
Conſuetudinis inuenire noſtrae
Fructum: *res ita*, peltifer ſenex, *eſt*.

Et

---

kemr vid mik. þá verdr ſá limr hans ſem karlmenn gera børn med ſva mikill. at þat er engi ván at han megi nokkora þá hluti eiga vid mik. ſem til líkams loſta heyra. høfom vid ok bedi um alla hluti ſva til hagat at vid ſkylldim niótaz mega. ok þó verdr þat ekki. en at øllom lutom androm þá er han med fullri náttúro. Mørdr mællti ꝛc. vellem cum Ruto diuortium facere, & habeo quidem tibi dicere, quam rem potiſſimum ei dare crimini poſſim: nullam (nempe) conſuetudinem maritalem habere mecum poteſt, vt mihi fructum ex conſortio illius capere liceat: caeteris autem naturae dotibus eſt, quemadmodum fortiſſimi viri. Qui id — planius. quia, inquit illa, cum attingit me, illud ejus membrum, quo viri liberos procreant, tam grande exiſtit, nulla vt ſpes reliqua ſit, eum quidquam rei habere mecum poſſe, quae ad lubidinem pertinet corporalem. nos etiam ambo conjuges omnia ad id accommodauimus, vti fructum capere poſſemus mutui complexus; neque tamen contingit. in omnibus vero aliis rebus integra praeditus eſt natura.

(i) Ordo verborum in carmine hic eſt: Hrínga hriſtir, víſt hefir Hrútr 1) eitrs þrútinn líkama, þá er 2) lundygr leitar (at) drygia hinbeds munud. Leita ek þá med *) yti 3) undlinna (at) 4) finna yndi vanda okkars, 5) alldradr ſkialldar bodi.

1) eitrs omittit C. ſed N. legit ítr, praeſtans, *quod ad Vocatiuum retuleris*. 2) E. línbeds lautar lundr hygr munud dreygia, (quum) in lecti deuexitate vir intendit libidinem ſuam patrare. hyg pro hygg, cogito. lundr, lucus, *dimidia viri appellatio*. || K. lundyggur, ſuſpecti animi. 3) B. unnlinna, id. 4) Chh. finnum, vt inueniamus. 5) E. alldrædr, D. alldredr. || C. alld vedr. I. K. L. M. alldvedr, ſenex Mörde. *nam* Mørdr arietem *ſignificat* & vedr aries *eſt*.

*) ytir, qui quid vlterius molitur, *ab* út extrorſum. undlinni, vulnificus ſerpens ɔ: telum.

Et mox alterum addidit.

(k) Aſt illud ſcio, diſſipator ignis
Dextrae, quod manuum niuis gelatae
Confector ſit idoneus peraeque vt
Alî quilibet arcuum periti.
Vellem conjugiale foedus, vndâ
[Salſa] nantis equi ſcio magiſtro
Huic (tu verba vide meosque mores,
Infector jaculi) renuntiare.

Qui ſic fieri poteſt? ait Mördus; age dic planius. Filia reſpondet: Corpus viri, quando me attingit, adeo magnum eſt, vt lubidine mecum vti nullus poſſit, tametſi nos vterque id omni ſtudio agimus, vti mutua fruamur conſuetudine; atqui non contingit: ſed tamen prius quam diſjungimur, ſemet integra humanitate (virilitate) praeditum oſtendit. Mördus: Bene feciſti, inquit, mihi quod rem enarraſti: ego conſilium impertiar, tibi ſane profuturum, ſi recte ſcias vti, neque inde vſpiam diſcedas. Iam ergo primum a comitiis domum

---

(k) Ordo verborum in hoc carmine talis: þó veit ek hitt, handſvrs 1) hreyſtir, at α) iøkvls ſpannar meidr er iafnt ſem adrir nytir boga ytendr. Ek villda ſegia ſkilit vid þenna 2) avlldv jókennanda. β) riódr 3) vndleggs, 4) litt þú 5) ord ok 6) idir.

1) N. hreyti. 2) E. aullu. 3) C. I. K. L. M. N. indleiks, *quod pro* yndleiks, ludi jucundi, *accipio*. 4) B. E. littu. Caeteri: lít þú, *utrumque rectius quam* litt þú. 5) ord *excidit in* E. 6) C. M. ydir. I. K. L. eydir, imminutio.

α) iøkull ſpannar, glacies ſpithamae ɔ: argenti: meidr, *tam* arborem *denotat*, *quam* eum, qui laedit & contundit. *ceterum* ſpønn *pro* hønd, *per Metonymiam Effecti*.
β) undleggr, vulnificus ramus ɔ: ferrum, *quod pugnator*, *ſicut arbor brachia*, *promittit*. *Quod ſi lectio diuerſa* eydir indleiks *admittatur*, riódr *Adjectiue capiendum eſt*: faciem rubicunde! attende mea verba & ludi jucundi detrimentum.

domum equitabis, viroque tuo, qui tunc iterum redux te comiter excipiet, blandam te atque obtemperantem exhibeto, neque, quando ita rem arbitrabitur p. 14. bonum in locum perductam, vllas auersi animi notas (l) ostendito. At instante vere, te in morbum (m) cadere simulabis, teque lecto continebis. Rutus (n) nullas de genere morbi conjecturas faciet, puto, ac nullius te rei arguet; imo te commendabit omnibus quam diligentissime curandam. Post in Vestfiordos iter faciet Sigmundo comite, suamque pecuniam omnem indidem deuecturus; multum aestatis aberit. Comitiis vero frequentandis, omnibus, qui eo ituri sunt, profectis de (o) *vallibus*; tu (p) cubitu exsurge, (q) sociosque itineris compella: prorsus autem parata, cubile tuum aggreditor, & tecum una profectionis tuae futuri socii: ante (r) thalamum vestrum testibus conuocatis, affirma tete (s) diuortium legitimum cum viro facere, ex jure comitiali ciuilique lege strictissimae interpretationis: similem testium compellationem pro foribus aedium primariis facias. Dein abequitans, per viam montanam Laxardali vehitor, & inde in Hölltavördensem; nam Rutafiördum versus quaereris: ita, donec veneris ad me, pergito. Tum ego causae prouidebo, (t) nec inde in manus viri venies vnquam. De comitiis itaque domum petiit: & Rutus, domum quoque redux, benigne comprehendit uxorem: eâque (u) sermonem

D ejus

(l) á þer syna.] B. R. á þik (þer E. I.) gera.

(m) kasta.] R. slá.

(n) øngvm.] R. mørgum getom (E.) umleida um, multas de — faciet, sed nullius.

(o) davlunum.] B. dalnum, *singul.* E. R. Dølum, Dalis.

(p) rekkiu] E. reykiu.

(q) quedia — med þer.] R. queda menn med þer ok rída á minn fund, comites appella, iterque ad me facies.

(r) hvílv búanda.] R. rekkiu stokki bónda.

(s) skilia.] B. skilt.

(t) ok skallt þú alldregi sídan koma honom.] R. sva at þú komir alldri þeim, ita ut nunquam (in manus) illorum venias.

(u) máli hans.] H. K. L. móti honom, virum b. excipiente.

ejus benè ſuſcipiente, atque ſubblandiente (v), mutua per ſequentem annum concordia ſucceſſit. Vere autem facto, morbum nacta, lecto recumbebat. Rutus in Veſtfiordos proficiſcitur, antea petens (a domeſticis) vt ſedula aegrotae gereretur cura. Tempore comitiorum interim appetente, (Unna) iter domo apparat, & cuncta, ſicut ſupra memoratum, exſecuta; equo ad comitia peruehitur. Contribules mulierem requirentes non inuenêre. Filiam Mördus benevole exceptam percontatur, quî ſuo vſa conſilio eſſet? Vnde ſe illa quopiam abſceſſiſſe negauit. Poſt (y) *juris dicundi rupem* adit, declaratque ſe cum Ruto facere diuortium. Quae res pro re inaudita vulgo habebatur. (z) Sic Unna cum patre domum redux, nunquam poſt venit in Occidentem.

Cap. VIII.

Mördus de dote appellat Rutum.

Rutus domum reueniens, vxorem demigraſſe obſtupuit: ſedato tamen animo vertentem annum domi manſit, (a) conſulto de cauſa ſua nemine. Proxima
p. 15. poſt aeſtate ad comitia vniuerſ. ſimul cum fratre Höſkulldo, multoque comitatu proficiſcitur. Eo cum veniſſet, an Mördus Gigia in comitiis interſit, requirit, eumque cognoſcit ibidem adeſſe. Et omnes quidem exſpectarunt, eos de cauſa ſua collocuturos; at id non euenit. Quodam die cum fratres aliique in foro praeſentes ad *juris dicundi rupem* irent: Mördus, teſtibus appellatis, reper-

(v) Poſt blíd add. R. ok eptirmál, ad voluntatem loquente.

(x) tók hon ſótt.] G. quaz hon ſiúk, ſe morbo laborare oſtendens.

(y) løgbergis.] H. løgrettu, ſenaculum.

(z) Haec ad finem Cap. neſciunt K. L.

(a) redz.] H. I. K. L. M. N. rædir, cum nemine d. c. ſ. colloquens.

repetitionem dotis filiae contra Rutum edidit, (b) XC. centenas (vncias) ait ſoluendas ſibi atque exhibendas, multamque (pro detenta dote) ſeſquilibrae dixit: Cauſam in eo *quadrantis* judicio, in quod juſto jure deducenda erat, judicandam, legitime denuntiauit, cunctis ad juris dicundi rupem (c) exaudientibus. Haec autem cum peroraſſet, Rutus reſpondet: Hanc tu cauſam, quae ad filiam tuam attinet, auaritiâ magis atque certandi libidine ductus, quam beneuolentia vel virtute, agis: Ceterum ego his aliquid referam; pecunia (d) enim, quam poſſideo, in manu tua nondum eſt. Teſtor igitur omnes ad juris dicundi rupem praeſentes, quod ego te ad certamen ſingulare prouoco, totius dotis (ſi tu vincaris) periculo: & ego viciſſim tantundem pecuniae depono: vtramque hanc ſummam, qui noſtrum victoriam ab altero reportauerit, obtineto: ſi vero confligere mecum renuis, omnem commiſiſſe condictionem cenſeare. Hic Mördus conticeſcens, amicos de pugna conſulebat, cui Iörundus (e) *Pontifex* hoc reſponſum dedit: Non eſt tibi opus noſtrum ſuper hac re (f) conſilium adhibere: haud enim te fallit, & vitam te & pecuniam, ſi cum Ruto dimicabis, eſſe (g) perditurum: optima ejus cauſſa eſt, ipſe magnus eſt vir & virorum ſtrenuiſſimus. Tunc Mördo ſe cum Ruto pugnaturum palam diffitente; clamor ingens conuitiumque ad juris dicundi rupem ſunt ſublata, Mordoque res maximo (h) dedecori vertit, Atque ita de comitiis domos diſces-

---

(b) XC.] C. K. L. M. N. Lxx. E. H. tívtígi, ɔ: 100. I. LXXX. *ſupra ſcribens* XII. tigi, ɔ: 120. *quod facit cum* B. *qui ſupra legit* LXXX. *centenas in dotem datas; hic vero idem Cod. mancus eſt. Caeterum hic notandum, trientem, qui accedere doti debuit, dimidio ipſius ſortis aequiualuiſſe.*

(c) heyranda hliódi.] C. h. hlidi, id.

(d) þvíat.] R. at, cum.

(e) godi.] B. hinn gódi, Bonus.

(f) rád at eiga.] E. rádgaz R. rádaz, nos conſulere.

(g) láta.] E. miſſa, amiſſurum.

(h) ſvívirdu] B. C. R. ſvívirding E. H. úvirding.

discessum. Fratres Höskulldus & Rutus occidentem versus in Reykiadalum equitantes, Lundum diuertêre, quam Thiostolfus Biörnis *Aurigeri* filius sedem tunc habebat. Ea dies valde pluuiosa fuerat, & permaduerant viatores. Facti sunt (i) ignes coquinarii, consedit medius inter Höskulldum & Rutum herus, pueris duobus, alimentariis Thiostolfi, in pauimento, vnaque cum his puellâ quadam, ludentibus. Hi perquam (k) loquaces, quippe insipientes, erant, quorum vnus: Ego, inquit, tibi Mördus ero: vxoremque denuntiabo amittendam, id (l) crimini tibi vertens, quod (m) eam non inieris. Alter suscipit: At ego tibi Rutus: omne te jus repetendae dotis amisisse *) pronuntiabo, nisi mecum sustines decertare. Quae cum aliquoties repetiissent, solutis
p. 16. magnum in risum (n) domesticis, Höskulldus ira succensus, alterum, qui se Mördum appellauit, baculo pulsat, qui in faciem pueri veniens cutem leuiter vulnerauit: tum Höskulldus puero dixit: Apage te foras, (o) neque vlla nos affice contumeliâ. Rutus vero: Accede huc ad me: puerumque dicto audientem annulô aureo, sua de manu detracto, muneratur, adjiciens: concede tu hinc, nec in posterum affecta quemquam laedere. Digrediens puer: Tuam, inquit, liberalita-

(i) málelldar.] B. E. R. Långelldar, secundum longitudinem domus, *quos calefactorios vocarim. & haec sane lectio illi praeferenda; nam saepissime* lángelldar *vocantur ignes, quibus ad calefactionem veteres vtebantur, vix unquam* málelldar, *qui a stato, quo fieri solebant, tempore sic dicti sunt. De utrisque agit* Eyrbyggia-saga *in* Cap. de spectris Frodaënsibus. || Fragm. membr. b. elldar legit.

(k) málgir.] B. magrir, macri, *omisso* þvíat.

(l) foráttu.] E. R. saka. || foráttu omitt. Fragm. b. Mox: at þú fáir ekki sordit, quod omnino impotens es.

(m) sordit.] R. knasat, *cui conuenit Dan. vulgatum* kneppe, id. || H. K. L. sofit vel med henni, non solide cum ea cubueris. O. legit hana, id.

*) tel.] Fragm. b. rek, dejicio te de omni juri repetendae dotis.

(n) Post hlátr mikill addunt R. of spott, idque cum ludificatione.

(o) öngan.] B. C. E. R. ekki, *neutro genere.*

litatem (vt exemplarem) ſemper praedicabo. Ea res bonam Ruto famam peperit. Deinde ad occidentem domum perrexerunt; Atque (ita) confecta (p) lis eſt Rutum inter & Mördum.

Cap. IX.

Hallgerda Thorvalldo deſpondetur.

Hic ab Hallgerda Höſkulldi filia redordiendum. Quae, cum adoleſceret, formâ erat multo venuſtiſſima, ſtatura grandi, eoque *Langbrok* (procera virago) denominata: (q) caeſaries ei pulcherrima, tantaeque magnitudinis, vt ipſam conuelare poſſet: (r) prodigus vero atque ferus animus. Paedagogo *) vtebatur, nomine Thioſtolfo, (s) genere Hebudenſi: (t) qui robuſtus homo armorumque bene gnarus, multos mortales necauerat, nullius vero caedem aere expiauerat, neque idem Hallgerdae ingenium in melius formauiſſe dicitur. Vir quidam nominabatur Thorvalldus, (u) Oſviſi filius, qui in *litore* Medalfelliano ſub (monticulo) Felle habitabat: (v) potens opibus & inſularum (x) earum, quae Biarneyar audiunt, in *Sinu Vaſto* jacentium poſſeſſor: vnde illi piſcium aridorum & farinae copia. Idem erat (z) bene robuſtus;

(p) þrætum] B. & I. ſupraſcr: þrátti || E. K. H. þætti, narratio de mutuis Ruti & Mördi negotiis clauditur.

(q) var fagrhár.] E. v. fagrhærd. R. Chh. hafdi fagurt hár.

(r) avrlynd.] E. lundill, prauus — anim.

(s) Sodræyſkr at ætt. R. Sudr. at kyni. N. ſudurneſkur, in pago (Islandiae) qui vulgo *Linguae auſtrales*, natus.

(t) hann var — ok.] R. mikill vexti ok ramr ad aſli, ſtatura magno, & firmis viribus.

(u) Oſvífrsſ.] E. R. Oſvífsſon.

(v) vel audigr.] B. H. I. vellaudigr, affluens diuitiis.

(x) þær.] M. þriár, trium.

(y) Biarneyiar.] F. Biarnar eyiar.

(z) vel ſtyrkr] B. E. R. knárr, ſtrenuus.

*) *vel* ſocio educationis.

buſtus, & vrbanus, ſed nonnihil ingenio praeceps. Quodam tempore Thorvalldus & pater conferebant inuicem, vnde ſibi vxorem eſſet petiturus; & vbi compertum ex illo, quod paucas ſe (a) dignas cenſeret, tunc Oſvifus: Ambis, inquit, Hallgerdam Langbrok filiam Höſkulldi? Illam ambio, reſpondit. Oſvifus contra: At illud conjugium tibi non adeo commodum puto, (nam) ea mulier ferocis animi eſt; tu vero duri atque obſtinati. Et filius: Hoc tamen experiri volo, (æ) neque mihi diſſuaderi poterit. Oſvifus porro: Ipſe potiſſimum periclitaris, inquit. Dein vxoris petendae gratia profecti, Höſkulldſtados venerunt, ibique liberaliter inuitati. Höſkulldo negotium ſig-
p. 17. nificarunt ſuum, & vxorem petere coeperunt. Is reſpondit: Nota eſt mihi (b) ſors veſtra, ſed nullos vobis dolos ſtructurus, filiam fateor eſſe duri animi: (c) formam vero ejus ac morum elegantiam cernere vobis licet ipſis. Ad quae Thorvalldus: Da copiam conditionis (d): nullus enim faciam, per indolem vt ſtet faeminae, quominus eam coëmam. Mox de conditionibus agitur: nec Höſkulldus rem ad filiam referebat, quod eam nuptum dare deſideraret. de omnibus matrimonii pactis cum vtrinque conueniſſet, (e) Thorvalldus ſibi Hallgerdam (f) deſpondit, reque ita confecta domum rediit.

CAP.

(a) fullkoſta.] R. jafnrædi.

(æ) ok mun mik — letia omitt. R. & mox pro þú átt ok meſt í hættu, legunt, þú ábyrgiz meſtu til.

(b) hag ykkarn.] K. L. N. fe yckar, res pecuniaria ſ. familiaris. || poſt ykkarn add. R. ok þat er gott (vel F.) er, & quibus bonis praediti eſtis.

(c) um yfirlit.] R. áſiónu, faciem. omiſſ. ok kurteiſi.

(d) Poſt koſtinn add. R. ef þer er hugr á, ſi tibi lubet. *mox:* ekki man ek þetta láta ꝛc. non faciam, vti per hanc rem.

(e) Sidan feſti Þ. Hallgerdi.] R. retti Hauſkulldr fram hondina. en Þorvalldr tók í ok faſtnadi ſer Hallg. Höſk. manum porrexit, eique ſuam junxit Thorv. & Hallg. ſibi ſtipulatus eſt.

(f) feſti.] E. keypti, coëmit.

Cap. X.

De nuptiis Hallgerdae.

Höſkulldo ſponſalia ſignificante Hallgerdae: Ego vero nunc experior, inquit ea, quod diu ſuſpicabar, te non tanta beneuolentiâ complexum eſſe me, quantam ſemper oſtentaſti, quum tibi viſa ſim indigna, quae (g) hac de re appellarer, neque etiam mihi conjugium hoc tam illuſtre videtur, quam promiſeras. adeo comperiebatur omnino, videri faeminam ſibi (h) vitio elocatam. Höſkulldus regerit: At ego tuam (i) inſolentiam non tanti facio, vt conuentis meis obſtet: mea poteſtas, non tua, ſi diſſidemus, valebit. Filia contra: Magna eſt animi tui & propinquorum elatio; quare haud mirum, ſi ego aliquantulum patriſſem. (k) His dictis abiit, & Thioſtolfum paedagogum ſuum conueniens, (l) quod decretum fuerat, expoſuit, dolorem animi praeferens. Thioſtolfus infit: Fac bono ſis animo: rurſus collocaberis, ac tum quidem rogabere ſententiam: de tuo enim arbitrio (m) vbique faciam, niſi (n) quando res eſt cum patre tuo ac Ruto. nec tum plura illi. Conuiuium Höſkulldus apparabat: ad quod inuitatum abiens, Rutzſtados venit, Rutumque in colloquium euocat. hic egreditur; vtque ſermonem inchoauerant, Höſkulldus omnia pacta nuptialia fratri narrat, eumque inuitat ad nuptias. Vellem

---

(g) vid mik — mál.] E. ſpyria mik eptir, de hoc rogarer.

(h) vargefin.] E. vangift. L. vangefin.

(i) ofmetnad — hann.] R. metnad þinn ok heyptyrdi at þat ſt. ſuperbiam & ſtomachoſa verba &c. *mox*: ok ætla ek ef ockur ſkilr á. at ráda en ecki þer, & mihi ſane, ſi diſſ. poteſtatem vindico, non vero tibi.

(k) ok gekk á brott ſídan.] R. ſídan tauludo þau ekki fleira um, nec plura de hac re collocuti ſunt.

(l) hvat ætlat — mællti, omittunt R.

(m) allzſtadar.] R. allt, omnia.

(n) þar er — Rútr.] R. þat ſem kemr til favdr þíns eda Rutz, quae ad patrem tuum & Rutum pertinent.

Vellem (inquit) ne diſpliceret tibi, quod, vbi pactum inibatur, non miſerim ad te. Cui Rutus: Satius haberem, nuſquam in hoc negotio adeſſe me, quia neutri (o) conjugum haec res proſpere eueniet: verumtamen, id ſi honori ducis tibi, ad conuiuium veniam. Et Höſkulldus: Duco enimuero, ait: ſeque poſtea domum refert. Oſvifo & Thorvalldo pro ſe quoque ad nuptias inuitantibus, haud pauciores C. vocabantur. Svanus nominabatur homo, in Biarnarfiordo (p) a ſeptentrione *ſinus* Steingrimiani ſito habitans: artis
p. 18. magicae peritus: Hallgerdae auunculus; homo inhumanus atque importunus. Hunc Hallgerda, miſſo Thioſtolfo, ad nuptias ſuas rogat: (q) proficiſcitur, amicitia cito inter hunc & illum coaleſcente. Conuiuis jam nuptias frequentantibus, ſponſa in tabulato ſedit, magnam prae ſe ferens hilaritatem. Quam cum Thioſtolfus crebro conueniret, ſermonem modo cum Svano conſerens, colloquium eorum magnam mouit admirationem. Conuiuiô honeſte celebrato, Höſkulldus dotem Hallgerdae (r) quam (s) expeditiſſime numerauit: quo facto Rutum percontatur, numqua expromat (t) munera? Hic reſpondit: Tibi ſemper vacabit pecuniam pro Hallgerda effundere, quare hic ſiſtas cenſeo.

CAP.

(o) man í — henni.] K. L. yckar mun í þ. k. g. edur þeim, veſtrum (tibi filiaeve) neque illis (ſponſo & patri) &c.

(p) Poſt Biarnarfirdi addunt C. E. R. H. I. K. L. M. N. á þeim bæ er heitir á Svanshóli, in villa, quae Svansholl dicitur. || þat er nordr — miøk omittit G.

(q) hann fór.] R. h. bráz vid ok fór þegar, ſubito ſe commouit ad proficiſcendum.

(r) med h. m. greidſk.] R. vel ok ſkauruliga.

(s) greidſkap] C. H. I. K. L. M. N. O. Q. S. ſkilgreida.

(t) giafir.] Iid. afgiafir, mun, dimiſſoria. I. S. ofgiafir, auctaria.

Cap. XI.
Thorvalldi caedes.

A conuiuio Thorvalldus & cum ipſo vxor, necnon Thioſtolfus, domum equitabant, & hic eam quidem a latere jugiter ſequebatur, etiamque ſubmiſſe confabulabantur: cum Oſvifus ad filium verſus: In tua, inquit, conditione acquieſcis? vt vero colloquium ceſſit veſtrum? Bene, reſpondit; omnem erga me (u) ſuauitatem exhibuit, cujus rei documentum tibi viſu facile, quod ad vnumquodque verbum (a me editum) arridet. Oſvifus contra: At ego riſum ejus non aeque ſincerum, ac tu, exiſtimo: rem tamen, quae ſit, probabit euentus. Sic equitando domum vſque perrexerunt. Veſpere autem noua nupta viro ſuo adſedit, ab interiori latere proximum ſibi collocans Thioſtolfum. Parum Thioſtolfus ac Thorvalldus negotii habebant inuicem, parum item jurgii, idque per hyemem perſeuerabat. Hallgerda erat quaeſtuoſa & vehementer larga: nihil vero alieni non efflagitauit e vicinia, omniumque fortunis (v) promiſcue vtebatur. Ut autem vernauit, (x) penuriâ cibariorum facta, tum farina tum piſcibus aridis deficientibus, Thorvalldum conueniens Hallgerda: Non omnino tibi ſedendum fuerit, inquit, cum domus & farinâ & obſöniis egeat. Thorvalldus ait: Haud (y) parciorem ſolito penum comparabam, quae tum in aeſtatem vſque ſuppetebat. Hallgerda regerit: Nulla moror ego, ſi tu (z) paterque tuus per inediam rem feceritis. Hic incenſus ira, os percutit vxori, ſic vt emicaret ſanguis: moxque digreſſus, ſequi ſe dome-

(u) Poſt vid mik addunt H. K. L. í dag, hodie.

(v) ſukki.] R. ſticki, *quod quid ſignificet, id vero neſcire me fateor.* || O. ſvaki.

(x) búſkortr.] R. búſkarpt.

(y) minna.] R. minni ſkreid, minus piſcium aridorum.

(z) fadir þinn.] R. E. I. K. L. M. N. faudur þinn, patri tuo & tibi cibum detrahendo rem feceris.

domesticos jubet: hi celocem, propere deductam, numero (a) seni conscenderunt, & ad Biarneyas remigio vecti, piscium ibi farinaeque copiam (æ) accepere. Relatum est Hallgerdam interim sedisse foris (b), tristiore quidem animo: quam propius accedens Thiostolfus facie videt sauciatam; rogat: Quî tu adeo
p. 19. male habita es? Vir meus, ait illa, Thorvalldus in causa est: tu vero mihi defuisti tum, (c) siquid te curae attingat de me. Nesciui equidem, inquit Thiostolfus, verumtamen hoc vlciscar. Et mox ad oram degressus, nauim (d) sex remorum deducit, (e) ingentem, quae fuit ei, securim obducti ferrô manubrii manu gestans: nauigium conscendit & ad Biarneyas remis propellit. Quo cum peruenisset, omnes piscatum remigauerant, praeter Thorvalldum & comites. hic onus celoci imponebat, suis apportantibus; cum Thiostolfus adest, & in celocem insiliens cum illo vna componere coepit onera. Hoc tu opus, infit, cum (f) ignaue tum incommode obis. Thorvalldus: Te melius (g) facturum censes? ait. Nihil faciemus, (regerit Th.) quin ego, quam tu,

---

(a) vi] C. E. R. Chh. viii.

(æ) tóku.] R. tók hann, ille pisc. — accepit.

(b) Post úti add. R. sám nóttum sídar, paucis inde noctibus.

(c) ef þer þætti nockut vndir vm mik.] R. er mer þótti nocquat undir, cum res agebatur mea.

(d) sexærv.] H. I. sexærdu. M. sexerdu. K. L. N. sexeirdu (sexeyrdu).

(e) hafdi i h. &c. — þar vorv.] R. gekk heim til skála ok tók ofan auxi er han átti. ok vafit skapt. mikil fyrir munna (munn F.] han hríndr nú út skipino. ok hleypr á ut. ok rær út til eyiar á Breidafirdi. ok lauk eigi ferd sinni fyrr enn han kom i Biarneyiar. þar voro &c. domumque redit ad dormitorium, securim, quae fuit ei, depromit, ferrato manubrio, acieque eximiae magnitudinis instructam: mox nauim propellit in aquam, raptim conscendit, remigio insulam (*rectius* insulas, *nam innumerae sunt.*) in *Sino Vasto* petit, neque intermittit cursum, donec delatus in Biarneyas esset: vbi omnes &c.

(f) lítilyrkr ok óhagvirkr.] R. lidlítill ok óhagr.

(g) gera m.] R. hlada m. dispositurum.

tu, majori defignem id dexteritate: & fane, quam habes, vxor male collocata eft, & veftrum quidem confortium breue fit oportet. Thorvalldus (h) cultrum pifcatorium, (i) qui praefto erat, apprehendit, ac Thioftolfum eo petit: hic fecuri, quam humero gefferat, viciffim ferit, brachio Thorvalldi tantum ictum accipiente, id vt oblideretur, culterque deflueret: intentata mox iterum fecuri, caput Thorvalldi adeo caedit, vt ille protinus mortem acciperet.

Cap. XII.
De Thioftolfo.

Thorvalldi famulis cum oneribus jam tum eo defcendentibus, Thioftolfus, ea ftatim inita ratione, vt tabulas celocis (k) vtraque manu caederet, hisque per duo interfcalmia dehifcentibus, in fuum nauigium tranfilit. Mari autem liuido in celocem irrumpente, toto cum onere fidit ea, fimulque Thorvalldi cadauer fubmerfum eft: ideo famulis, quomodo fuiffet affectus, videre haud licuit, nifi quod fciebant modo mortuum effe. Ad finus interiora Thioftolfus remigio tendens imprecantibus fibi, vt in malam rem abiret, neu faluus vnquam foret, nil refpondit, fed in portum vfque remis incumbebat. Subducto nauigio, domum ambulat, fecurim, multo tinctam cruore, fublimem praeferens. Hallgerda foris conftituta: Securis tua, inquit, cruentata eft: quid patrauifti? Id effeci, (l) altera vt vice nuptum dari poffis. Mörtuum ergo Thorvalldum loquere? Sic eft, ait ille: quare tu mihi quomodocunque recte confule. Ita fiat, inquit mulier; te boream verfus in Biarnarfiördum ad villam Svanshol aman- p. 20.

 dabo,

(h) agnfax.] C. E. R. Chh. handfax, cultr. manuarium. B arufax, c. focarium.

(i) eitt er var hiá honom, omitt. R.

(k) tveim hondvm — tva rúm.] C. Chh. tveim finnvm í bord ſkútvnni. ok gengv í fvndr tvav, rúmin, duabus vicibus &c.

(l) gefin verda í odrv finni.] R. gipt v. audrum mani, alteri vt viro nubere p.

dabo, teque cognatus meus Svanus ambabus receptabit vlnis, qui per ſe tantus vir, vti te apud illum opprimere poſſit nemo. Equum igitur, qui (m) mulieris fuit, inſtratum (n) conſcendit, boream verſus in Biarnarfiordum Svansholem equitat; eumque Svanus accipit ambabus vlnis (o). Tales, inquit idem, viros eſſe cenſeo, qui non horrent omnia perpetrare: & equidem recipio tibi, fore, vt ſi qui hic te quaerant, maximum inde reportent opprobrium. Iam (p) de Hallgerda dicendum eſt, eam comitem ſibi adſciuiſſe cognatum ſuum Liotum *Nigrum*, equosque ſuos vt ſterneret, juſſiſſe: nam ſe domum patris profecturam. Quo iter eorum adornante, ſe ad ſcrinia ſua contulit, hisque reſeratis omnes domeſticos ad ſe conuocat, & cuique munuſculum aliquod donat: hi vero (q) cuncti abitum ejus complorabant. Inde (r) domum patris profecta, benigne ab eo recipitur; hic enim nondum acceperat nuntium. (s) Rutus vero Hallgerdam rogat: Quidni Thorvalldus vna tecum venit? Reſpondet: Defunctus eſt. Thioſtolfi operâ ſine dubio, ſubjecit Höſkulldus, & filia affirmante: Minime, inquit, (t) vanum erit, quod Rutus mihi praedixit, magno malo futurum iſtuc matrimonium: at nihil proderit ſe dudum facti reprehendere. Hic ſermo de comitibus Thorvalldi repetendus:

(m) hon.] R. Chh. hann, ipſi, *ſc. Thioſtolfo*

(n) ſteig.] E. R. ſte.

(o) Poſt høndvm addit R. ok ſpurdi hvat han ſegdi tídinda. en Þióſtolfr ſagdi honom víg Þorvalldz med þeim atburdom. ſem ordit høfdo, rogauitque quid noui adferret. Thioſtolfus autem caedem Thorualldi ei narrauit, & quibus euenisſet ea circumſtantiis.

(p) til máls ad taka — at hon.] E. frá því at ſegia at Hallg. qv.

(q) allir.] R. í móti, viciſſim.

(r) rídr — tók hann.] R. reid hon þar til er hon kom á Hauſkulldzſtadi. ok tók fadir hennar vel, iter perrexit Höſkulldſtados vſque, beneque a patre.

(s) Rútr.] R. Hauſkulldr.

(t) í tauma g.] l. í dravma g. ſomnium. || R. í grun g. mihi ſuſpectum eſt.

dus: ii (u) nauigium sibi petierunt in continentem transmissuri, eoque statim sibi commodato, ad linguam continentis Reykianes remigauêre, conuentoque (v) Osvifo rei nuntium attulêre. Hic fatur: Malus existit (x) mali consilii fructus, & nunc post factum, (y) vt processerint omnia, perspicio: Thiostolfum nempe Hallgerda misit in Biarnarfiordum, ipsa vero ad patrem suum se recepit: nos igitur collecta manu hominem ibi (in septentrione) petamus. Ita fit, copiam corrogatum eunt, qua facile comparata in Steingrimsfiordum cursum instituunt; hinc in Liotardalum & Selardalum ac deinde (a) in Biarnarfiordum pergunt. Interim Svanus vehementer oscitans sic infit: Nunc imminent genii Osvifi (& cōmitum): et Thiostolfo, qui continuo surrexit (æ), Egredere tu mecum, inquit, parua res erit opus. Exeunt mox ambo: Svanus pellem caprinam assumit, &, (b) caput obuoluens eâ, sic ait: Fiat caligo, fiant portenta (praestigiae) magnaquê miracula omnibus tui persecutoribus. Iamjam ad Osvifum & suos reuertendum: qui cum ascenderent cliuum, magna iis caligo objecta est. Osvifus infit: Hujus auctor est Svanus, & bene habebit p. 21.

(u) bádo s. sk. inn t. landz.] B. E. R. bido til þess er skip komo at landi. þeir søgdo dauda (víg) Þorvalldz. (soli R.) ok bádo at þeim mundi led skip (skips) til meginlandz, praestolati, donicum naues ad terram (insulam) rediissent, mortem (caedem) Thorvalldi indicarunt, petentes uti sibi nauigium, quo in continentem trajicerent, commodaretur.

(v) Osvíf.] B. I. K. L. Osvífur.

(x) illz rádz.] K. L. illrádz. || R. ill rád, mala consilia male vertunt. || C. E. illar ráds.

(y) hversu farit hefir.] E. en ekki fyrir, at nihil ante.

(z) Selárdals.] C. Seliadals. M. Seliardals.

(a) Post sva til inserunt R. Bassastada ok þadan um halsinn til B. Bassastados, indeque trans collem in B.

(æ) Post spr. Þióst. upp. add. R, ok tók auxina sína, & arripuit securim suam.

(b) vafdi um.] R. veifdi yfir, ventilans super capite suo.

res, ſi plus mali non fuerit adjunctum. Haud multo poſt tantae oculis tenebrae ſunt offuſae, vt nihil prorſus viderint, delapſique equis, hos amitterent: ipſi, pars in (c) paludes, alii in ſiluam deerrantes (d) paeniſſime laederentur, armaque ſimul perderent. Hic Oſvifus: Si equos reperirem & arma, retro me verterem: quibus ab eo dictis, aliquantulum viſus redditur, vt equos & arma reperiant. Tum ad (e) tentandam porro perſecutionem incitare multi: quo facto eadem illis portenta eueniunt, idque tribus vicibus. Tunc Oſvifus: Sit licet profectio parum (exitu) pulchra, nunc tamen cenſeo reuertendum: (f) mutabimus nunc propoſitum noſtrum, mihique potiſſimum eſt in animo conuentum ire Höſkulldum (g), & ſatisfactionem de filii damno poſtulare, nam inde ſpes eſt compenſationis, vbi facultates ſuppetunt. Hinc in *valles* Breidafiordenſes proficiſcuntur, nec memoratu quid dignum, ante quam Höſkulldſtados ventum eſt. Tunc ibi Rutus aderat. Oſvifus Höſkulldum ac Rutum euocat: egreſſi ambo ſalutarunt eum, & inito mox colloquio Höſkulldus Oſvifum, vnde veniat, percontatur. Se Thioſtolſum iſſe quaeſitum, nec inueniſſe reſpondet: eum vero Höſkulldus (h) boream verſus Svansholem, vti crederet, demigraſſe dixit, neque omnium eſt, addit, illum inde petere. Oſvifus: Huc ea gratiâ venio, inquit, (i) quod ſatisfactionem de (perdito) filio abs te petere volo. Cui Höſkulldus: Neque ipſe filium tuum occidi, ne-

---

(c) fen.] R. tiarnir, lacunas.

(d) hellt vid meidíngar.] C. lá vid (var hætt v. R.) meidíngom.

(e) vid ſkylldi leita vm atreidna.] R. enn ſk. tilleita at fara áfram. tent. itineris continuationem.

(f) Nú — í annat ſinn.] B. E. R. — í annann ſtad.

(g) Poſt Hauſkulld inſerit R. faudor Hallgerdar, patrem Hallgerdae.

(h) ſagdi — nordr á.] R. quad han nidr mundo kominn á, deliteſcere jam (Svanshole).

(i) beida ſonar bóta.] R. heimta ſ. bætur, vt exigam pro caede filii multam.

que auctor fui occidendi: atqui (k) necessitate adactus es hanc alicubi petere, cui ignoscendum fateor. Rutus ait: *Contiguus est*, mi frater, *nasus oculis*: quare (l) sinistros sermones supprimere necessum est, filii damnum ei resarciendo, filiaeque (m) tuae causam ita (n) speciosiorem reddere: haec enim est sola (o) ratio, (p) qua hoc (probrum) euanescat, siquidem expedit minus id sermonibus jactari. Vis tu, inquit Höskulldus, arbiter esse causae? Et Rutus: Volo, neque tibi quidquam arbitrio parcam meo: nam, si verum sit pronuntiandum, filia tua necem viro machinata est. (q) Inde Rutus, postquam paulisper tacuerat, surgens Osvifo loquitur: Da tu mihi dextram, & stipulanti sponde cessare causam. Surgit Osvifus, &, (r) Non est aequa transactio, inquit, si frater (s) tuus dijudicat: verumtamen adeo bene intercessisti, (t) vt causam judicio

---

(k) varkunn til at leita á nokkvr.] R. nokkur vorkunn til áleita nokkur, aliqua nec. ad. e. h. a. p. *Quae repetitio vocis* nokkur *aperte monstrat, tam hic & pag. Impr.* 267. *lin* 3. *quam similibus locis* nokkur *pro* nokkurstadar, alicubi, *positum esse; quod &* Cod. C. *insuper euincit, integrum legendo* nokkurstadar.

(l) naudsyn — illv ordi.] R. skyllt — illyrdi, sinistri s. supprimi debent.

(m) þinni.] pleriqv. sinni, suae.

(n) rikka.] C. reisa, expeditam r. R. betra, meliorem redd.

(o) Post einn add. I. vegr, via. *quam ipsam vocem in hac locutione* er sá einn til, *semper subaudiendam puto.*

(p) er þetta falli nidr.] R. at ordtak þ. f. n. sem skiótaz, vt hic rumor quam citissime euan.

(q) Rútr — stvnd.] R. þá setti Hausku̇lld dreyrrauþan ok taladi ekki nokkura hríd, cum Höskulldus magno rubore suffusus, aliquamdiu nihil locutus erat. *Hunc adeo, non Rutum, sequentia dixisse Osvifo* Regg. *volunt, quod & probo; sic enim apparet Osvifum ad Hoskulldum dixisse*: bródir þinn, *sed non ad Rutum, quod tamen primo intuitu videtur.*

(r) Eigi er þat.] R. er þat, An est —?

(s) þinn.] B. E. hans, suus *sc. Höskulldi, nempe,* tu Rute. *quod magis probo quam* þinn, *nisi forte Osvifus ad Hoskulldum conuersus ita dixerit, & rursus ad Rutum:* en þó hefir þú ꝛc.

(t) at ek tr. — málin.] R. Rútr. at ek tr. þ. v. til málsins, Rute, vt hanc rem tibi tuto committam. málin.] B. E. málit, *singular.*

judicio tuo concredere tuto auſim. Rurſum inde ſurgens Höſkulldi manum p. 22. prehendit, deque re ita inter eos conuenit, vt Rutus dijudicaret, judicatumque pronuntiaret ante Oſvifi diſceſſum. Facto deinde judicio Rutus: Thorvalldi caedem, inquit, (u) CC. argenti (vnciis) aeſtimo, (id quod tunc idonea caeſi hominis expiatio ducebatur,) quae multa, frater, ſine mora, & plena manu expendenda eſt: idque Höſkulldus fecit. Tum Rutus ad Oſvifum: Tunicam pretioſam, quam huc peregre attuli, donabo tibi: quo de dono hic illi gratias egit: talique rei euentui acquieſcens domum ſe retulit. (v) Quo cum Rutus & Höſkulldus ad diuidenda veniſſent bona, hoc etiam cum Oſvifo iis conuenit, domumque facultates (Hallgerdae) auexerunt. Nec de Oſvifo plura. Hallgerda rogitauit, vt domum patris (x) liceret ſibi remigrare, idque Höſkulldus ei dedit. Neque non diu in ore vulgi caedes Thorvalldi verſabatur. Res (vero) Hallgerdae creuit & admodum luculenta exſtitit.

CAP.

(u) CC.] Ita & B. D. E. R. ſed C. Vii[c]. Chh. 700. *legunt*. I. *tamen* 100. *quod magis probo*; *nam* 700. *mendoſam puto lectionem*, *eique occaſionem dediſſe notam numeralem in Codd.* B. *&* D. *quae fere ut num. Arab.* 7. *picta eſt: hanc autem* 2, *non* 7, *denotare inprimis ex pag. Impr.* 104. *didici*, *ubi iidem Codd. cum caeteris de numero aggreſſorum*, *nempe bis XII. accurate conſentiunt*, *deindeque eandem figuram in* 24. *praeferunt. Porro neque cod.* C. *mibi fidem facit*, *nam bona ejus pars a capite recentius ſcripta: neque veriſimile tantam multam id temporis pro caeſo dictam*, *quum longo poſt tempore* 600 *argenti unciae*, *ut multa exemplo carens*, *irrogatae ſint. vid. pag. Impr.* 189.

(v) þeir R. — fiárſkiptis.] R. litlo ſídar komo þeir Høſk. ok R. ok ſkiptu því fe ſem þar ſtóð ſaman, paullo poſt H. & R. profecti (ad Oſv.) rem familiarem (Thorv. & Hallg.) quae ibi conſtituta erat, diuidebant.

(x) at hon færi.] E. at Þióſtólfr færi, Thioſtolfo liceret reuenire. *haud abſurde*, *nam infra videbitur Thioſtolfum Höſkulldſtadis egiſſe.*

CAP. XIII.

Procatio Glumi (y).

Iam de tribus fratribus mentio facienda, quorum vnus Thorarinn, alius Ragius, tertius Glumus nomine, filii (z) Olafi *Claudi*, viri honoratiſſimi & opibus bene pollentes. Thorarinn, cui id erat cognomen, vt *Ragífrater* vocaretur, poſt Rafnem (a) Heingſonium Legiferi munus fungebatur; homo ſumma prudentia inſtructus. Domicilium Varmalæki habuit, re familiari cum Glumo communi vtens. Nauali mercaturae Glumus operam diu dederat: fuitque ſtatura grandi, firmo corpore, ac forma ſpectabili. Ragius vero frater celebris erat homicida. (b) Praedia auſtralis prouinciae Engeyam & Laugarneſum fratres iidem poſſidebant. (c) In quodam fratrum colloquio Thorarinn a Glumo quaerit, an pro more peregre ſit iturus? Is reſpondit: Iſtud nunc potius decreui mercatoriis deſiſtere itineribus. Quid ergo in animo tibi eſt? vxorem tibi petere? Haec mihi mens, ait Glumus, ſi bene mihi proſpicere poſſem. Tum mulieres in Borgarfiordo innuptas recenſet Thorarinn, num quam harum affectaret, rogat, & ego tecum (addit) auſpex proficiſcar. Reſpondet: Nullam harum ambio. Dic ergo ſodes! ait Thorarinn, quam in matrimonium ames. Glumus porro: Si noſſe placet, mulier nominatur Hallgerda, Höſkulldi gnata, *vallium* Occidentalium incolae. Non igitur euenit, quod ajunt (inquit alter) te *alieno damno ſapere*: nam illa cum viro nupta p. 23.

 fuit,

(y) Bónord Glums.] B. frá því er Glumr feck Hallgerdar. de ſponſalibus Glumi cum Hallgerda.

(z) Olafs Hallta.] R. Oleifs Hiallta-ſonar.

(a) Heingsſon.] E. Wingsſon. al. omn. Hængsſon.

(b) ſudr E. og. L.] C. bú annat ſudr í Engey ok Laugarneſi, alteram villam in auſtrali pr. in Engeya & L.

(c) Þeir br. tauludu ꝛc.] H. K. L. þat var eitthvert ſinn ad Þor. ſpurdi Gl. bródr ſinn ꝛc. accidit aliquando, vt Thor. a Gl. fratre ſuo quaereret.

fuit, & huic meditata necem est. Glumus contra: (d) Potest, vt tale illi fatum iterum non usu veniat, & certum habeo, mihi necem haud esse molituram. Tu vero si (e) quid honoris mihi vis praestare, i mecum ad conciliandas mihi has nuptias. Hic Thorarinn: Non licebit obsistere, nam, quod fata ferunt, eueniat necesse credo. Hac de re Glumus fratrem pluries (f) compellauit, & licet is diu detrectaret, tamen eo demum res perducta, vt adsciscerent sibi (g) comites, ac (h) X. numero in *valles* occidentales iter facerent. Höskulldstados veniunt, & ab Höskulldo comiter excepti, illic pernoctant. Is autem primo mane Rutum arcessiuit; qui eo veniens cum in aream adequitabat, Höskulldus foris constitutus, fratri, quid adsit hospitum, indicat. Rutus: Quid illi petent? Et Höskulldus: Nihil (i) dum negotii coram me protulêre. Rutus porro: Tamen tecum res erit, inquit: filiam tuam Hallgerdam in conjugium petent: sed quomodo respondebis? Höskulldus: Quid tibi videtur? Comiter respondebis, ait Rutus; & (k) virtutes tamen ac vitia foeminae significabis. Huic fratrum colloquio hospites interueniunt, quos Höskulldus benigne complectitur, Rutus vtrumque & Thorarinem

(d) Má at h. h. e. slik ꝛc.] E. eigi mun hana henda sl. non eueniet, puto, illi &c. || I. in marg. búd eigi hendi hana ꝛc. Forsitan non euen. || R. þad má vera at eigi hendi annann bónda hennar slika úgipto, Fieri potest, vt alteri marito illius tantum non accidat malum.

(e) mer n: s. v. — hennar.] R. nocquat gera at mino skapi þá bid kononnar, quid ad meam voluntatem facere vis, pete mulierem.

(f) kom Gl:] E. er Gl. petere instat.

(g) mönnum.] R. lidi, comitatum.

(h) X.] E. R. XX. B. C. H. K. L. M. N. LXX.

(i) enn eyrindi omittit E.

(k) þó kost — konunni.] R. allt sem giörst. kost ok löst, quam exactissime v. & v. *Mox iid.* Nú er þar til máls ad taka er þeir gánga út gestirnir. Hauskulldr ok Rútr gengo i mót þeim ok fagnadi R. vel Þor. ok badum þeim brædrum. gengo ꝛc. Iam vero dicendum est hospites exiisse foras. quibus obuiam se ferunt H. & R. Rutusque Th. &c.

rarinem & fratrem salutat. Quumque omnes vna colloquium ingressi, Thorarinn orsus ita est: Huc venio cum Glumo fratre meo ejus negotii gratia, vt filiam tuam, Höskullde, vxorem fratri meo petam: scilicet eum esse ad humanitatem bene informatum. Cui Höskulldus: Vos ambos, inquit, scio esse viros magni nominis: at vicissim fatebor tibi, matrimonium filiae, meopte consilio olim institutum, in magnum nobis malum euasisse. Thorarinn contra: Non faciemus vt per hoc stet, quominus eam coëmamus: (l) *neque*

enim

(l) *Ex circumstantiis colligi potest hoc fere velle obscurissimam illam locutionem, vti creditur, prouerbialem:* eigi skal einn eidr alla verda. *Obscurissimam inquam; nihil enim tale ex natura verborum concluditur: quae quidem licet singula per se & nota satis & usitata, tamen eorundem constructio tam perplexa & insolita, nullus vt inde commodus, ipsis vocibus conformis, erui possit sensus. Perplexa, quod Adjectiuum* alla, *& forte etiam verbum* verda, *non potest non ellipticum esse. quid autem in illo subaudiatur, haud certo concludere licet, vtrum* menn, votta *(testibus) an* eida? *Si illud, ad verbum erit: Non oportet vnum (idem) jusjurandum omnibus accidere (euenire). sed quo id valet? Sin hoc: Non oportet unum jusj. fieri (comprehendere) omnia iurajuranda: vel, quae est sententia Doctiss. G. Magnaei: Non est ab uno jurejurando ad omnia concludendum: q. d. ab unius promissi, jurejurando firmati, violatione ad omnium promissorum, jurejurando firmatorum, violationem non licet argumentari. Insolita, inquam; nam verbum subst.* verda *hic Accusatiuo jungitur, quod alias Datiuo. Suspicatur autem Doctiss. I. Olauius Hypnon. verbum* verda *idem esse quod* varda, *teneri, obligatum esse; & sensum verbo tenus: Non vnum (idem) juramentum omnibus est injungendum. At hoc sensu verbum* vardar *nunquam cum Accusatiuo componitur, sed tantummodo tum, cum pertinere quid ad quem significat. Quomodocunque igitur ceperis, facile visu est, nomen* eidr, *& forsan etiam* verda, *obsoletum aliquem habere intellectum: qui, si non vulgo tempore Thorarinis legiferi, certe homini sapienti notus, & fortassis, vti ipse juris consultus erat, &* eidr *vox juridica, ita in re judiciali usitatus. sed qui ille significatus fuerit, aliis relinquo determinandum. Quod ad diuersas lectiones, cum textu A. consentiunt tantum* B. D. & H. *ceteri codd. paullulum discrepant ab his. nimirum* K. L.

enim *neceſſe*, *idem vt omnium fiat fatum*, & hoc (conjugium) forſan bene vertet, licet illud male; caeterum Thioſtolfus id maxime turbauit. Tum Rutus: Dederim vobis conſilium, inquit, ſi, quod in anteceſſum conditioni Hallgerdae accidit, connubium impedire non patimini, idque conciliatur; (m) ne Thioſtolfo illam in auſtralem ſequi prouinciam liceat, neue illic trinoctio amplius commoretur, niſi (n) permiſerit Glumus: ſed impune a Glumo perimatur, ſi manſerit diutius (o), at (p) copiam dare (manſionis) integrum ſit Glumo, id vero non mei eſt conſilii: Neque jam, quomodo antea, ſic peragenda res eſt, vti clam Hallgerdam ſit; ſed de omnibus his conditi-
P. 24. onibus (q) jam fiat certior & Glumum viſat, (r) ipſiusque arbitrio relinquatur,

---

L. M. N. *legunt:* eigi ſkal einn eiðr allra verda (vera Q.) non Debet vnum (idem) omnium fieri (eſſe) jusjurandum. E. P. eigi ſk. einn eidr yfir alla gánga, non debet vnum jusj. ad omnes extendi. || C. eigi ſk. einn eidr alla veida, non eſt neceſſe, vt idem jusj. omnes decipiat. *Vbi* eidr *denotare videtur fidem juratò datam; quemadmodum in hoc (in Edda Saem. vbi ſermo eſt de pacto conjugali)* Þer ſkal ek alla eida vinna. || I. S. eigi ſk. einn eydir allra verda, non eſt neceſſe, vt idem fiat omnium interitus. || Regg. eigi ſk. einn yfir alla verda. *vbi ſubaudiri poſſet* Hlutr, *ſors*, *v.* Daudi, *mors*, *& ſic idem ſenſus atque in Verſione. Non autem licebit* eidr *pro* Heidr *honor*, *praemium*, *capere? certe ſenſus nec incongruus emergit*, *nempe: Non idem omnibus dabitur praemium. Ceterum qui* eidr *ab* eydi, *conſumo*, *finio*, *deriuant*, *illi commode ac nullo negotio phraſin illam explicare poſſe videntur*, *ſc. quod* eidr *non aliud denotet*, *quam finem.*

(m) ekki.] R. alldri, nunquam vt.

(n) lofi.] R. vili, voluerit.

(o) Poſt lengr inſerunt R. ok ſkal Þeſſi ſkildagi á vera med ydr, & hoc pactum inter vos eſto.

(p) lofa Þat. — ſe leynd.] R. gefa Þióſtólfi Þeſſa ſauk upp. ok er Þat Þó eigi at míno ſkapi giørt. ok ſkal nú eigi fara ſ. f. at Hallgerdi ſe eigi ſagt, hujus cauſae *(longioris manſionis)* Thioſtolfo gratiam facere; id tamen non ex mea voluntate fit &c.

(q) Poſt Kaupmála addunt R. ſem á er, quae ſunt conſtitutae.

(r) ok ráda — eda eigi omitt. R. *mox* ſkal eigi mega pro megi Hon eigi.

quatur, ei nubere velit, nec ne: quo, ſi quid ſecus (s) euenerit, (t) culpam in alios vertere nequeat, ſitque haec res omnis doli immunis. Ad quae Thorarinn: Nunc, vt ſemper alias, ſaluberrimum credo (u) tuis vti conſiliis. Arceſſitur ergo Hallgerda, & binis comitata mulieribus venit ad illos, mantellum caeſii coloris (v) textile ſuperinduta, ſub eo cycladem (x) coccineam, argenteo cincta balteo, (y) cui capillos, per pectus vtrinque demiſſos, ſubnexuerat. (z) Rutum inter & patrem media conſidet, omnes (praeſentes) comiter appellat, ſciteque ac diſerte loquens, quid noui percontatur. Poſtquam ea finem loquendi fecerat, Glumus infit: De conuentione (a) cum patre tuo ineunda ego fraterque meus Thorarinn eum compellauimus, vti te, Hallgerda, vxorem ego adipiſcar, ſi tua eſt voluntas quemadmodum illorum: quare tu, numquid animo tuo conueniat hoc (æ) modo ſis virago, indicabis: verum ſi (b) quid praeter animi tui ſententiam conuentio nobiſcum eſt, haud amplius tangemus. Hallgerda: Scio vos fratres eſſe viros praecellentes, atque adeo nunc, quam antea, me multo praeſtantiori datum iri: tamen ſcire

 lubet,

(s) Poſt verdi Regg. add. henni, ipſi, *ſc. Hallgerdae.*

(t) andrum kenna.] E. kunna adra vm, alios de ea re accuſare.

(u) þín r. ſ. hofd.] R. þú rádir, tuo vt arbitrio fiat.

(v) vefiar.] R. gudvefiar, ex diuino ſ. pretioſiſſimo textili.

(x) Ante ſkarlazt R. inſerunt raudom, rubri coloris. Sed K. L. poſt kyrtli add. blám og raudum yfir, liuidi coloris, & ſuper hac rubram.

(y) Haec vſque ad punctum deſunt in Regiis.

(z) í milli — ſíns.] R. tantum, hiá þeim, apud eos.

(a) vár f þíns.] E. R. vid faudur þinn, cum patre tuo collocuti ſumus.

(æ) ef þu ert ſkørúngr.] R. er þú ert køllut ſkaurúngr mikill, vt quae inſignis virago dicaris.

(b) nockvt vm hug.] B. E. engi hugr á, nulla es voluntate ad ineunda nobis cum pacta.

lubet, quid pronuntiâritis, aut quantum (c) processeritis in paciscendo. caeterum tu mihi is videre, vt, modo concordauerimus inter nos, te (d) recte sim amplexura. Ei Glumus ipse (e) pacta sponsalitia enarrauit a vero nullibi deflectens; Höskulldum tamen ac Rutum percontatus, an (f) recte praedicaret? quod & Höskulldus affirmabat. Tum Hallgerda fatur: Tam probe in hoc negotio vos erga me, mi pater ac tu Rute, gessistis, vt e vestro agere consilio velim, & conuentionem hanc, vti (g) pepegistis, ratam habere. Tum Rutus: Consultum igitur habeo, vti ego & Höskulldus testes adhibeamus, Hallgerda vero semet ipsa spondeat, si legifer id justum duxerit. Justum est, ait Thorarinn. Deinde bona Hallgerdae sunt aestimata, cumque his, quanta erant, tanta Glumus (h) communicare debuit, quo communio bonorum aequis foret partibus. Post Glumus Hallgerdam sibi vxorem pactus, cum fratre domum austrum versus rediit: Locus autem (i) conuiuio nuptiali apud Höskulldum constitutus. Sic omnia silebant, dum (k) ad nuptias ventum esset.

CAP. XIV.
De nuptiis Glumi.

Frequentem (l) fratres ac delectum adhibentes comitatum in *valles* occidentales equitarunt, & Höskulldstados, vbi jam ingens aderat multitudo con-

(c) fram omittit. E.

(d) man.] R. má, possim r. amplecti.

(e) kaupmála.] R. scildaga, (omnes) conditiones.

(f) hann hermdi rett.] E. rett væri, verum esset.

(g) stofnat.] R. scipat.

(h) leggia.] R. hafa, habere.

(i) boð.] R. brúðlaup, agendis nuptiis.

(k) menn r. t. boðs.] R. brúðlaup skyldi vera (scekia) nuptiae essent agendae (frequentandae.)

(l) Post fiolmennty miok inserunt R. til veizlunnar, ad conuiuium.

conuiuarum, peruenerunt. Vnum Höſkulldus & Rufus ſedile, (m) alterum ſponſus (cum ſuis) occupant: ſponſa (n) in tabulato ſedit, decoram prae ſe ferens ſpeciem. Thioſtolfus cum elata ſecuri (o) obambulabat, quod omnes videre ſe diſſimulabant. (p) honeſte peragebantur nuptiae. Finito autem conuiuio, Hallgerda illos (q) in auſtralem tractum ſequitur. Cum vero perueniſſent Varmalækum, Thorarinn eam percontatus eſt, (r) remne capeſſere domeſticam vellet: velle negauit: eaque hieme ſibi adeo temperabat, vt nulla diſplicuerit. Vere autem dum de re ſua pecuniaria fratres conferrent, Thorarinn, Cedam, inquit, vobis habitationem in Varmalæko, vtpote vobis commodiſſimam; ipſe Laugarneſum demigrabo; at communis vtrique noſtrum Engeya maneat. Hoc (s) approbante Glumo, demigrauit auſtrum verſus; remanentes vero (conjuges) iſtic habitauêre. Conduxit operas Hallgerda, extititque in dando larga, in quaerendo diligens. Aeſtate vero puellam enixa eſt, quae quo nomine vocaretur, Glumus vxori dixit: auiae meae paternae (inquit) Thorgerdae ſcilicet nomine vocabitur; haec enim paterno genere per majorum ſeriem a Sigurdo Fafnericida deſcenderat. Itaque puellae aquâ tinctae luſtrali hoc inditum nomen eſt. Ea cum parentibus adoleſcens, matris ſpeciem referebat. Glumum inter & Hallgerdam (t) bene ſatis conuenit aliquamdiu. Rumor a ſeptemtrione & Biarnarfiördo allatus, Svanum proximo vere p. 25.

(m) en brúdgvmi annann exclud. R.

(n) á palli.] E. á midiann pall, medium inſedit tabularum.

(o) Poſt øxi: reidda E. addit, um allt brullaupit, toto nuptiarum tempore. || R. inſer. ok lét it dólgligſta, ſe quam maxime infenſum exhibens.

(p) Haec omittunt E. & R.

(q) ſudr.] R. ſydr.

(r) búi] R. búnadi.

(s) villdi.] R. kaus.

(t) komu vel áſamt.] R. ſaumduz vel vid, concorditer congruebant (Glumus & H.)

vere piſcatum excurriſſe, grauique in eum tempeſtate ab euro conſurgente, ad (u) Veidilauſam jactatum cum ſuis periiſſe: piſcatores autem, qui erant Kallbaki, Svanum in montem Kallbakshorn intrantem conſpexiſſe crediderunt, ibique prolixe receptum: alii inficias ibant, nugas eſſe contendentes: hoc vero exploratum cunctis, hominem repertum eſſe nuſquam, neque viuum, neque mortuum. Quo audito Hallgerda damnum auunculi magnopere doluit. Glumus fundorum (v) mutationem Thorarini pollicitatus eſt: (x) qui quidem renuebat, verum (y) (ait) ſi tibi ſuperuixero, mihi Varmalækum deſtinaui. de quo Hallgerda certior a Glumo facta, reſpondit; id de nobis Thorarinn promeritus eſt.

Cap. XV.
De Thioſtolfo.

Thioſtolfus quemdam Höſkulldi famulorum verberauerat, eoque ab illo domo ejectus, equo ſuo armisque ſumtis, ei ſic fatur: Nunc abibo, nunquam (huc) rediturus. (z) Omnes, inquit Höſkulldus, ea re gaudebunt. Thioſtolfus
p. 26. equo vehens, Varmalækum vſque contendebat: vbi liberaliter ab Hallgerda, nec a Glumo inhumaniter exceptus; ſignificauit illi, ſe a patre ejus domo expulſum, ſeque vti reſpiceret, orabat. Mulier ſic reſpondit, vt negaret ſe (a) ſuper manſione quidquam antea poſſe promittere, quam Glumum conueniſſet. Tum

(u) Veidilauſu.] R. Veidileyſu, id. i. e. *locum piſcaturae expertem* l. *inhabilem.*

(v) ſkipta.] E. ſkipa.

(x) hann — vilia neſcit E.

(y) Poſt en addunt R. ſegdu Hallgerdi, dic Hallgerdae (quod — deſtinem.)

(z) allir — Hauſk.] R. en allir fagnudo því, eaque re gaudebant omnes.

(a) honom øngu mega.] R. eigi vita hverio hon megi, ſcire, quid — poſſet.

Tum ille: Pulchre inter vos conuenit? Et ea: Pulchre, inquit, amores noſtri procedunt. Mox Glumum conuenit, & brachiis collo ejus circumdatis, Num indulgebis mihi, inquit, quod abs te petam. Indulgebo, ait vir, dum tibi ſit decori; quid autem petere intendis? Cui vxor: Thioſtolfus de occidente (æ) exterminatus eſt: quare manſionem hic illi peruelim concedas; attamen, ſi ſit tibi moleſtum (b), nulla contendam. Glumus: Nunc cum tu te bené geris, inquit, hoc tibi dabo: at dico tibi, ſi homo mali quid inceptat, ſimul expulſum hinc iri. Tum ad Thioſtolfum regreſſa, haec expoſuit. qui reſpondit: Nunc etiam tu vti (c) ſperabam, benignam te praebes. Dein commoratus illic ſeſe aliquantisper continebat: ſed eo res rediit, vt omnia illic turbare videretur, neque cuiquam parceret, niſi ſoli Hallgerdae; quae tamen (d) vbi res erat cum aliis, nunquam illi verbis patrocinabatur. Thorarinn Glumi frater, quod (Thioſtolfum) ſecum eſſe ſineret, (e) eum reprehendit, (f) rem ſe male daturam ajens, quin, ſi homo ibi permanſiſſet, etiam nunc vti antea caſuram: ad quod Glumus bene quidem reſpondit, at ſuum tamen proprium conſilium ſequebatur.

G CAP.

(æ) Poſt veſtan inſerit E. frá faudr minum, domo patris mei.

(b) Poſt lítit vm addunt R. at han ſe hér, eum hic eſſe.

(c) ván var.] Chh. vant v. ſoles.

(d) þá er.] R. um þat er, in iis negotiis, quae cum aliis habebat.

(e) taldi á vid hann er.] R. ávítadi hann miøk um þat er, magnopere. &c.

(f) quad illa — væri þar.] R. illa myn þer gefaz. ſagdi han. ok mun han fara vid þik ſem vid annann fyrr ef han verdr þar ſtaddr, male tibi res vertet, inquit, illeque aduerſus te perinde ac illum priorem faciet, ſi illic (domi tuae) manſerit.

CAP. XVI.

De Glumo oues quaeſitum ituro.

(g) Quadam autumnali tempeſtate multis ouium vulgo deſideratis, quum & Glumo haud pauci deeſſent verueces, ille Thioſtolfo dixit: Abi tu cum domeſticis meis in montana, & videte, ſiquid ouium offendatis. Pecorum quaeſtionibus haud ſum (h) accommodatus, ait Thioſtolfus, caeterum id (i) vnice obſtat, quod veſtigiis ſeruorum tuorum inſiſtere nolo: i tu ipſe, tumque ego te ſequar. Hac de re pluribus inuicem commutatis verbis; Hallgerdam, coelo bene temperato, apricantem, Glumus his verbis aggreditur: Tantum nunc irarum mihi cum Thioſtolfo interceſſit, vt conuicturi ſimus exiguum temporis. & cum omnia (k) vltro citroque jactata vxori narrauiſſet, quod tum ea Thioſtolfum defenſauit, graui concitato inuicem jurgio; manu illam
p. 27. (l) pulſat, inquiens: Non rixabor tecum amplius; eoque facto digreſſus eſt. Illa, quae virum magnopere diligeret, (m) nullo pacto teneri potuit, quin alta voce in fletum erumperet. Hic ad eam Thioſtolfus accedens: Acerbe habita es, inquit, quod non fiat pluries oportet. (At illa:) Ne tu hanc rem vindica, neue, quomodocunque me inter & virum agitur, vel minimum te interpone. Ille malignum arridens gradum auertebat.

CAP. XVII.

Caedes Glumi.

Glumo ſibi (n) comites appellante, Thioſtolfus accingebatur & cum eo iuit. Per Reykiadalum meridionalem & hinc propter Baugagil aſcendentes, (o) auſtrum

---

(g) H. I. K. L. N. omittunt ſinn vm.

(h) hentar.] R. kunnar, peritus.

(i) ærit eitt.] R. yfrit eitt.

(k) vidrædzt.] B. ſaman átt. R. vid átz, inuicem acta.

(l) drap.] R. ſló.

(m) ok mátti — ſik, omittunt R.

(n) menn til ferdar.] R. m. t. fiallgaungo, com. ad perluſtranda montana.

(o) ſydr.] R. upp til, ſurſum verſus.

auſtrum verſus, monticulum Tverfell petierunt (p), quibusdam in montes (q) Sulufiöll dimiſſis, qui omnes numerum pecorum (r) incredibilem inueſtigarunt. quidam vero Skoradalum luſtratum ibant. Et ad vltimum ſoli Glumus & Thioſtolfus ad meridiem a Thverfelle degredientes, (s) oues ibi feros (pauidos) offenderunt, hosque retro ad montem inſecuti ſunt. at ouibus homines in jugum euadentibus, alter alterum (t) increpare, Thioſtolfus Glumo dicere: ad nihil eum valere, niſi ad molendum ſuper inguina Hallgerdae. Is contra: *Malus abeſt comitatus, niſi adhibitus domo:* ego a te contumeliis afficiar, qui ſis ſeruus fugituus! Et Thioſtolfus: Dices, faxo, inquit, me non eſſe ſeruum; non enim latum pedem tibi cedam. Tum ira aeſtuans Glumus eum (u) ſecuri manuaria petit: propere ſuam ſecurim Thioſtolfus objicit, hujusque *) manubrium excepto ictu (v) ſuperne ſciſſum duos digitos: mox iterum ſua ſecuri caedit, quae humero incidens ſcoptulam & jugulum diſſecuit, ſanguine introrſum ex vulnere penetrante: Glumus altera manu Thioſtolfum tanta vi corripit, vt hic praeceps ageretur: ſed retinere haud ſuffecit, quia mors ipſum inuadebat. Thioſtolfus cadauer (x) obruit lapidibus, erepto illi ſimul annulo aureo: viamque, donec Varmalækum veniret, perrexit. Hallgerdae, quae tunc foris conſtituta ſecurim ſang-

---

(p) Poſt Þverfells, addunt R. ok ſkipta þar ſidi, ibique comitatum diuidunt.

(q) Súlvfialla.] R. Súlna. i. e. Columas.

(r) of.] R. fiøllda, copioſum.

(s) ſavdi ſkiarna.] B. E. R. ſ. ſkiarra, id. I. K. L. ſ. í Kiarná, *obſcur.* C. ſauda ſkiørnu, ouium pauidarum gregem.

(t) ámælti þá.] R. ok kendi, culpae inſimulare.

(u) handøxi.] R. ſaxi, ſica.

*) í ſetann.] Q. á øxlina, axilla.

(v) ofan non agnoſcunt R.

(x) med grióti.] R. ok bar á griót ok torf, aggeſtis lapidibus ceſpitibusque.

ſanguine tinctam notauit (y), Neſcio, inquit, vt placeat tibi, quod Glumi p. 27. caedem tibi nuntio. Ea: Tu (z) forſan auctor? Et ille: Sum vero, ait. Hic in riſum ſoluta: Non (a) tu nihil vales in (edendis) facinoribus, inquit. Ille vero: Quomodo nunc mihi conſulis? Reſpondet: Te ad Rutum confer patruum meum, ille tibi prouideat. Thioſtolfus contra: Dubito, an hoc ſalubre ſit conſilium, verumtamen, quod tu hac in re conſulis, ſequar. Equo dein adhibito, (æ) in occidentem nocturno itinere venit Rutzſtados: equo poſt aedes religato, aggreſſus ad fores haud mediocri ictu pepulit: quo facto ad (b) latus aedium receſſit ſeptemtrionale. Rutus forte (c) vigilauerat: is continuo ſurgens thoracem induit, pedibus inducit (d) calceos, apprehenſo gladio (e) laeuam juxta ac brachium palliolo inuoluit. (f) Eo exeunte, domeſtici expergefiebant. Ad poſticas aedes magnum ſtatura vidit hominem, ac Thioſtolfo recognito, quid nouarum rerum ſciſcitatur. Ille, Glumi caedem tibi

(y) poſt blóðvg v. oxin Regg. inſerunt: han kaſtadi til hennar gullhrínginom. hon mællti. hvat ſegir þú tídinda. eda hui er aux þín blódug, annulum (Glumi) aureum adjiciendo tradidit. illa quaerit: quid tu noui adfers? quid autem ſecuris cruenta eſt tua?

(z) því vallda.] R. þeſs valldr vera. B. því ráda, id.

(a) ertú eingi.] I. K. L. e. einn, ſolus es, i. e. majus facinus praeſtas, quam ab uno te ſperari poteſt.

(æ) veſtr á — á bak.] R. á brott ok lykr eigi ferd ſinni fyrr enn han kom á Rútzſt. um nótt. ok rídr á bak h. domo abequitat, haud intermiſſo itinere, donec R. veniſſet noctu; & (primo) poſticas ad aedes inuehitur.

(b) nordr vm húſin.] E. á bak húſum, poſticam aedium partem.

(c) vakat.] R, vaknat, experrectus erat.

(d) ſkóm.] R. háſom ſkóm, cothurnos.

(e) vafdi m. — handl.] R. hafdi mottul ok vafdi um handl. pallio, quod habebat, br. inv. *Simile exemplum habet* Petron. edit. Lat. Gall. a Col. 1694. Tom I. p. 342.

(f) menn vokn. — hann ſá.] R. han geck út ok nordr vm vegginn. ok ſá &c. egreſſus foras praeter parietem (aedium) borealem prodiit & ad &c.

tibi narro, inquit. Rutus: Qui patrauit eam? Cui Thioſtolfus: Egomet (g) illum cecidi. Ille porro: Quid huc profectus es? Me tibi Hallgerda miſit, regerit. Hoc ergo nequaquam eſt ab ipſa, inquit Rutus, gladiumque ſtringit. Quo viſo Thioſtolfus, ſe ob tarditatem praeueniri nolens, Rutum ſtatim ferro impetit: hic (h) ſubita corporis declinatione euitato ictu, latus ſecuris (i) laeua manu tanto ferit opere, vt ea de manu hominis deflueret: (k) dextra vero caedit (l) femur ejus adeo, vt hoc exigua parte (corpori) adhaereret; ſimul impetu in eum facto, retrudit eum violenter, & percuſſo capite lethaliter vulnerat. Supinus corruerat Thioſtolfus, cum famuli exeuntes (m) veſtigia rei animaduertunt. Cadauer ejus auferendum & condendum Rutus curabat. Inde Höſkulldum iit conuentum, eique caedem Glumi atque Thioſtolfi narrat: qui (n) de caede illius perdoluit, de hujus vero gratias fratri egit. (o) Poſt paullo Thorarinn *Ragifrater*, fratrem Glumum eſſe interfectum, accepto, cum (p) XI. comitibus in (q) occidentem Höſkulldſtados profectus eſt, & ab Höſkulldo (r) ambabus vlnis exceptus illic pernoctabat. Tum Höſkulldus ad Rutum, vti eo veniret, miſit: isque propere iuit (venit). Atque poſtridie, cum de Glumi (s) caede multa colloque-

(g) vá hann] R. velld því, ejus auctor ſum.

(h) bráſt ſk. u. h.] R. ſvipadiz ꝛc.

(i) vinſtri deeſt in R.

(k) hægri hendi.] R. annari hendi ſverdino, altera manu gladio.

(l) Ante á fót Reg. add. ok kom, ictusque venit in. || E. inſer. utan, exteriorem femoris partem.

(m) vegs ummerki.] B. verks ofmerki, veſt. facti. I. vígs merki, veſt. caedis. R. þeir verkit, hoc factum. N þetta, hanc rem. || E. ok ſá v. umm. neſcit.

(n) þótti ſk. i. l. Gl.] R. þ. ſk. mikill at um Glúm, magnopere.

(o) Litlu ſ. ſp. Þ. R.] R. Nú er þar til máls at taka at Þ. R. ſpyrr, jam dicere incipiendum, Thorarinem Ragifratrem inaudiſſe &c.

(p) xij.] E. vij. ɔ: ſex.

(q) veſtr á Hauſkulldzſt.] R. veſtr í dali ok kom á Havſk. in *Valles* occidentales profectus Höſkuldſt. venit.

(r) bádum höndum.] R. vel, amice.

(s) víg.] R. látit, obitu.

loquerentur, Thorarinn (Hőſkulldo) ait: Numquid tu mihi de fratre ſatisfacere vis? magnam ſcilicet jacturam feci. Höſkulldus reſpondet: Nec fratrem tuum ſuſtuli ego, nec filia mea percuſſorem in eum ſubornauit: Rutus vero, vt prmum cognouerat, Thioſtolfum interfecit. Hic Thorarinn
p. 29. conticeſcere, de ſucceſſu negotii deſperans. Rutus excipit: Faciamus bene vt vortat iter hominis, magnum ſane damnum fecit; & illud quidem ſecundos pariet ſermones: mactabimus eum donis, illeque per omnem hinc aetatem noſter ſit amicus. atque ita factum, vt fratres illum muneribus ornarent. Poſt ille auſtrum verſus reuertebatur. Vere domicilium cum Hallgerda commutauit Thorarinn, &, illa auſtrum verſus Laugarneſum commigrante, (t) ipſe Varmalækum rediit: neque de illo plura.

Cap. XVIII.
Obitus Mördi.

Hic de Mördo Gigia ſermo repetendus, quod is morbum nactus exſpirauerit, multis deceſſu ejus indolentibus. Unna vero filia relictam (u) ex aſſe adiit hereditatem. Ea tunc iterum coelebs; adeo prodiga fuit & in curandis bonis improuida, vt (v) exhauſto ſenſim pecuniarum quod moueri poterat, praeter fundos & pecora nihil poſſideret.

Cap. XIX.
Hic de Gunnare incipit.

Vir erat nomine *Gunnarr*, agnatus Unnae: cujus mater Rannveiga nominabatur, Sigfuſo nata, filio Sigvati *Rufi*, qui (Sigfus) ad pontonem Sandholanum occiſus

(t) fór til Varmalækiar.] E. tók við Varmalæk, Varm. recepit.

(u) ſé allt.] E. arf allann.

(v) tók — lauſaſe.] R. tóko — lauſafein, ſ. exhauſtis bonis mobilibus.

occiſus fuerat. Patri Gunnaris nomen fuit Hamundus; is filius Gunnaris, (x) filii Baugi, a quo (Gunnare) nomen mutuatum eſt (praedium) Gunnarshollt. Mater Hamundo fuerat Hrafnhillda nomine, Storolfo (y) Heingi filio nata. Frater Storolfi erat Rafn legifer, filius autem Ormus *Robuſtus*. Gunnarr Hamundi filius Hlidarendum in (pago) Fliotshlida inhabitabat. Vir ſtatura grandis, manu fortis, & pugnator peritiſſimus, aeque laeuâ vt dextera (gladio) caedens, itemque, dum placuiſſet, jaculans: tanta celeritate vibrauit gladium, vti tres ſimul ſublimes viderentur: arcu omnium optime jaculabatur, cuncta deſtinata certo ictu feriens: ſtaturae ſuae menſuram ſubſiliendo (z) cum omni armatura aequauit, nec (a) minorem retrouerſus quam prorſus ſaltum fecit: idem natandi arte phocae aemulus: nec genus fuit exercitii, quo quis poſſet cum illo (æ) contendere: adeo (b) nemo (ſuae aetatis) par ejus fuiſſe dicitur. Ad haec formae dignitas: facies lucida, naſus rectus & ab anteriori parte clementer aſſurgens, oculi caerulei atque vegeti, (c) roſeae genae, caeſaries plurima, & (d) colore nitido concinna. Singulari fuit morum venu- p. 30.
ſtate: acer ad omnia: (e) liberalis & moderatus: in amicis conſeruandis diligens, in deligendis elegans: denique diuitiis pollens. Frater illi nomine Kolſkeggus: vir egregius; ſtatura magna, firmis viribus, animoque ad omnia imper-

(x) Bavgsſonar.] R. Baugs, (cognomento) Baugi ɔ: Annuli.

(y) Heingsſonar.] E. Hægingsſ.

(z) Ante med øll. herkl. addit E. í lopt upp, furſum verſus.

(a) ſkemra.] R. ſeinna, tardiorem.

(æ) keppa.] R. reyna.

(b) hefir ſv v. ſ. — jafningi.] R. ſva er ſannliga ſagt at hans jafníngi hafdi engi fæddr verit á Islandi, pro certo relatum eſt, neminem ei parem in Islandia natum fuiſſe.

(c) rodi.] R. I. K. L. M. N. riódr.

(d) vel litt.] Reg. gult, flaua. || of vel. l.] E. midmiórr of herdi breidr, medium corpus tenue, lati humeri.

(e) femilldr.] R rádhollr of gódgiarnmilldr, ſalubriter conſulens & benignus, liberalis &c.

imperterrito. Alter illi frater nomine Hiörtus, tunc temporis (f) in pueritia, Ormus Skogarnef (dorſum nemoris prominens) frater quoque erat Gunnaris, ſed ex furtiuis nuptiis ortus, quem haec non attingit narratio. (g) Arngunna nominabatur ſoror Gunnaris, quae vxor fuit Hroaris Pontificis Tungaei, filii Unii *Non-baptizati*, filii Gardaris, qui Iſlandiam inuenit. Filius Arngunnae Hamundus *Claudus* erat, qui Hamundarſtadis habitabat.

CAP. XX.

De *Niale* ac liberis ejus.

Niall nomen erat viro, qui filius erat Thorgeiris (h) Gollneris Thorolfo nati. Mater (i) Nialis fuit Aſgerda, filia (k) Aris Ducis (cognomento) *Taciturni*: quae in Islandiam commigrans territorium (l) ab (m) occidente fluminis Markici, inter Öllduſtein (Saxum equae) & Selialandsmulum, occupauerat. Ejus (Aſg) filius erat Thorer Holltenſis, Thorleifi Kraki, a quo ortum ducunt Skogverii; item Thorgrimi *Magni* & (n) Skorar-Geiris pater. Niall Bergthorshvale, praedio Landeyenſi, habitabat, alteram villam Thorolfsfelli habens

(f) i bernſkv.] B. R. Chh. í barnæſku. E. á barns æſku.

(g) Arngvdr.] H. K. L. Arnþrúdr, *hic & infra legunt.*

(h) Gollnis *ex Cod.* B. *recepi, nam ita* Landnama *legit*, *& ipſe* A. *impr.* pag. 204. E. Gaullnis. A. Gollings. C. Gellings. R. Gaullinsſonar Ofeigsſonar. K. L. Giellesſonar. N. Gollingsſonar.

(i) Niáls.] R. Þorgeirs, *ſecundum* Landnam. *utrumque forte verum.*

(k) Ars] K. L. As. H. in marg. Aſs. E. Aſkels. R. Aſkels Hrapsſonar hins. Landnama, *Aſkst.*

(l) fyrir v. M. fliót, neſciunt R.

(m) veſtan.] B. C. E. auſtan, oriente, *quod quidem rectius.*

(n) Ante Skorargeirs R. add. Þorgeirs. *recte; illud enim agnomen eſt, ſine dubio inde tractum, quod in fiſſuram v. forulos rupis maritimae* [*Isl.* ſkorur] *per funem degreſſus* VII. *homines occiderat, vid. pag.* impr. 252.

habens. Vir erat praediues opum, (o) formaque pulcher, sed imberbis: iuris adeo consultus, vt ei par inueniretur nemo: ad hoc sapiens, diuinusque: tam salubriter consulens ac beneuolus, vti omnia, quae suasisset aliis, bene succederent: mansuetus idem ac (p) liberalis ingenio (q), cuique ipsum consulenti nodum expediuerat. Uxor illi fuit *Bergthora* nomine, filia Skarphedinis; (r) virago insignis, ingeniique liberali homine dignissimi, sed paullo (s) seuerioris. Seni his fuere liberi, tres filiae, filiique totidem, quos omnes haec narratio infra tanget.

Cap. XXI.

p. 31.

De Unna & Gunnare.

Hic de Unna sermo repetendus est. Ea, postquam omnia quae moueri poterant sua consumsisset, iter Hlidarendum ingreditur: cognatam suam Gunnarr liberaliter excepit, illaque apud eum pernox mansit. (t) Postero die, cum sub dio considentes colloquium facerent, eo mulier sermonem deduxit, vt, quanta rei pecuniariae angustia premeretur, illi significaret. Ille, Male factum, inquit. & ea: Quid ergo mihi remedii praestabis? Respondet: Tu pecunia mea,

(o) vænn at áliti.] R. vænn madr ysirlitz. en sá hlutr var á (at) rádi hans at honom v. e. sk. — id vero vitium inerat in natura sua, quod esset &c.

(p) drenglyndr.] I. K. L. M. N. drengiligr.

(q) Post drengl. addunt E. R. lángsynn ok lángminnigr (lángvinníngr E.) (futura) longe prouidens, & (factorum in se) diu memor (lentus in exsequendis negotiis).

(r) kvennskørúngr.] I. K. L. M. N. kvennkostr, mulier praestantissima.

(s) skaphørd.] R. haurd, durioris.

(t) vm daginn ept.] R. E. um (of) morgininn, mane.

mea, quam habeo hac illac occupatam, quantum (u) opus habes, vtere. Illa: At ego tuas decoquere nolo facultates. Gunnarr: Quid ergo vis (faciam)? Volo dotem meam tu ab Ruto repetas, ait mulier. Ille vero: Vereor, vt id ſuccedat, inquit, cum pater tuus (v) repetendo impar fuerit, qui tamen homo erat juris peritiſſimus, ego vero ſum imperitus. Mulier reſpondit: Rem eam Rutus obſtinatius quam juſtius perſequebatur, & quod pater meus erat ſenex, ſatius vulgò videbatur, ne contendere inſtarent. caetera nemo eſt (x) mihi cognatorum, qui hanc in cauſam, ſi tu non ſuſtines, deſcendat. Ille contra: Audeo ſane pecuniam iſtam exigere, ſed rationem inſtaurandae litis non teneo. (y) I tu Bergthorshvalem, reſpondit, Nialem conueni: ille conſilia facere poterit, tibi quoque magna conjunctus amicitiâ. Et ille: Spero fore, vt mihi, quemadmodum omnibus aliis, ſalubre conſulat. Is eorum colloquii fuit exitus, vt Gunnarr actionem ſuſciperet, mulierique in rei domeſticae vſum, quantum eguit, praeberet. Poſt domum reuerſa eſt. Mox Gunnarr conuentum Nialem equitat, a quo benigne exceptus, quam primum in colloquium veniſſent, ita infit: Venio abs te bona conſilia petitum. Niall reſpondet: His multi meorum amicorum digni ſunt (z): tibi tamen plurimum ſtudii nauare decreui. Ille porro: (a) Notum tibi faciam, quod ab Unna condictionem in Rutum ſuſceperim. Cui Niall: Res magnae difficultatis, euen-

---

(u) þarft.] I. K. L. N. villt, voles.

(v) feck eigi heimt.] R. gat eigi ſótt ſeit, — pecuniam. E. gat ecki at giørt, nihil in ea re effecerit.

(x) minn fr. — mál ef.] E. R. i minni ætt er fylgi ef, e mea familia, qui (mihi) operam conferat, ſi. || at gángi ꝛc.] Fr. b. at taki vid málinu, qui ſuſcipiat cauſam.

(y) fardu — ad Bergþorsh.] R. fardu — nidri ad Bergþ. deſcende Bergth.

(z) Poſt makligir inſerunt R. E. at ek leggia til þat ſem heillt er (heillt rád til) quibus, quod ſalubre eſt, conſulam (ſalubre conſilium dem.)

(a) kunnigt.] E. heyrinkunnigt.

euentusque valde ambigui: at nihilo fecius, quod bene fuccedere puto, tibi confulam, (æ) idque, dumne tu quopiam (a praefcripto) digrediaris, proderit: fi vero (b) aliter feceris, vitae periculum adis. Gunnarr: Nufpiam, inquit, digrediar ego. Tum Niall parumper tacuit, moxque hunc in modum loquitur: Ratio mihi meditata eft, quae quidem valebit.

CAP. XXII. p. 32.

Confultatio Nialis.

Igitur duobus cum comitibus domo proficifcere, lacernâ fummo amiculo indutus, fub hac (c) tunica ex panno promercali fufca, & eâ, quae tibi pretiofior veftis, intima vtere, manuque paruam praefer fecurim. Binos quisque veftrum equos adhibete, alterum habitiorem, alterum ftrigofiorem: tuque hinc *fabrilia* (mercimonia) vehito. Craftina ftatim luce iter ingrediminor, & poftquam trans amnem *Album* ad occidentem ventum eft, fac promineat (d) demiffus ob os pileus. Tum, qui fit mirus ille homo, rogabitur: comites tui *Hedinem venalitium* illum celebrem effe praedicanto, hominem (e) Eyafiördenfem, cum fabrilibus obeuntem: nam ille homo iracundus & loquax, fe folum omnia fcire credit, (f) faepe numero refignat pacta, in homines inuolat, ficubi ad ipfius lubidinem non fiunt (g) omnia. Tu in Borgarfiördum occiden-

(æ) þat.] E. R. þer, tibi.

(b) giorir eigi fva.] E. bregdr af, difcedis a praecepto.

(c) favlvvadar kyrtil.] R. vaurovadar kurtil.

(d) hattinn miok. þá man.] R. hatt þinn. miøk mvn, pil. tuus. Curiofe (rogabitur)

(e) eyfirdskr.] R. auftfirdskr, e prouincia orientali.

(f) optliga.] E. R. miøk.

(g) Póft giørt addunt R. ok mællt, & dicuntur.

cidentem verſus equita, fabrilia paſſim venditabis, & vbi contraxeris, ſaepius reuocabis: quô rumor increbreſcet, Hedinem *venalitium* eſſe hominem commercio difficillimum, minimeque falſo diffamatum (h). Tu in Nordardalum equo vectus, mox in Rutafiordum, tum (i) in Laxardalum, donec Höſkulldſtados veneris, pergito. Hic nocturna manſione vtere, extimum locum occupans (k) dejecto capite. Höſkulldus prohibebit, ne cui ſit res cum Hedine *venalitio*, dicens eum eſſe hominem parum comem. Tu poſtridie mane decedens inde, ad citimam Rutzſtadis villulam deuenies: ibi proponito fabrilia, &, viliſſimis quibusque depromtis, rupturas pulſu mallei complanare ſatages (vitioſa impudenter commendato). Colonus intuens, vitia obſeruabit: cui tu, merce ſtatim extorta, male loquitor: at ille dicet, non inopinato fieri, vt erga ſe minus bene tu, qui in omnes alios male, te praebeas. tunc tu inuola in eum, ſis licet inſuetus, & viribus tamen ſatis tempera, ne, qui ſis, appareat (l). Mox (m) Rutzſtados mittetur, qui Ruto nuntiet, ſejungi vos opus eſſe. Ille confeſtim (n) veniens, temet ad ſe inuitabit, neque id reſpues: ſalutabis Rutum; is benigne ſuſcipiet. Dabitur tibi locus in ſcamno inferiori, e regione ſedis Ruti primariae. Rogabit, num ſis a regione boreali? Oſten-

(h) Poſt ſogit fr. h. add. Fragm. b. þat er íllt er, de malis rebus. || þú ſk. rida t. N. — kemr á H.] R. tantum: þú ſkallt ríða á Hauſkulldzſtadi, Höſk. equitabis.

(i) til Laxárdals.] E. Laxárdalsheiði, per teſca Laxardalica.

(k) ok drepa n. hofdi, omittunt E. I. K. L. M. N.

(l) Poſt kendr, addunt E. R. ok eigi ſe grunat, neue ſuſpicio moueatur.

(m) ſendr m. — ſegia Rúti.] R. ſent eptir Rúti ok ſagt honom, arceſſetur Rutus, eique (res) indicabitur.

(n) fara ꝛc. — þiggia.] R. E. ſenda eptir þer (ydr) ok ſkalltu þá farg þegar (þángat) te (vos) accitum mittet, tuque ibis ſtatim (ad eum.)

Oſtendes, te genere Eyafiördenſem. Ille porro, an (o) virorum celebrium copia illic ſit? quaeret. dices, iis eſſe affatim (p) nequitiae. Tibine Reykiardalenſes innotuerunt? inquiet. tu vero; omnis (q) Islandia mihi innotuit. Perget: Sunt in Reykiardalo magni nominis praeliatores? Tu contra: Fures (r) ibi & flagitioſi homines. Hic Rutus arridebit, habebitque id delectamento. De incolis (s) prouinciae orientalis (t) loquemini: hos tu etiam (u) aliquo p. 33.
ſtringe vituperio. (v) Sermone veſtro in Rangarvallos delato, negabis illic eſſe praeſtantem virum, ex quo Mördus Gigia obierit: (x) tumque (y) carmen quoddam pronuntiabis, quo Rutus delectetur; nam tibi venam eſſe poëticam (z) ſcio. Ille ſciſcitabitur, quid potiſſimum adferas, quare iſti par non poſſit prouenire. Reſpondebis: tam ſapientem, tamque celebrem fuiſſe (a) cauſidicum, vt (æ) nihil vnquam in dignitate ſua tutanda offenderit. Porro ille: Numquid tibi cognitum, quomodo res ſit geſta inter nos? Cognitum eſt mihi, regeres, quod te vxore priuauerit, neque tu prohibueris. Hic Rutus reſpondebit: Illene tibi videtur offendiſſe, quod (b) pecuniam (dotalitiam)

(o) ágætir menn.] E. R. Chh. ágætis menn.

(p) klækiſkap.] E. klædisſkap, *quod, ſi non eſt mendum*, luxum veſtium *denotare poſſet.* || *Hic incipit lacuna Cod. B.*

(q) Jsland.] E. land, regio.

(r) Poſt þiofar inſerunt R. miklir, inſignes.

(s) Auſtfirdínga fiordúngi.] R. Auſtfiørdom, Oſtfiördorum.

(t) tala.] E. hafa vidmæli, colloquium habebitis.

(u) ſá nockut.] E. R. leggia aullom nock. omnes &c. Fragm. b. finna aullum.

(v) tal ykkat m. k. á R.] E. R. þar mun koma (um) tal yckart. at þit munut koma á Rangárv. ok tala þar um menn, ferm. v. eo deducto, vt deueniatis in R. deque incolis ejus pagi colloquamini.

(x) queð þá *uſque ad* ſkálld neſciunt R.

(y) víſu nokkura.] E. M. víſur nockurar, *plural.*

(z) Poſt ſkálld addit E. gott, benignam.

(a) málafylgiumadr.] R. lagamadr ok málafylgis, juris conſultum & cauſid.

(æ) alldri y. á. v. høfd. h.] E. engi fanzt hans maki, ei par ſit inuentus nemo.

(b) fenu.] G. málanom, dotem. Id. omittit en bið þ. t. málit.

litiam) non recuperauit, quamquam ipſe inſtituiſſet actionem. Tu: Hic tibi reſponſum facile dabo, inquies: tu hominem ad (c) certamen ſingulare prouocâſti, ſed, cum erat ſenex, amici ſui, ne pugnaret tecum, ſuaſerunt, eoque pacto litem ſuppreſſerunt. Rutus: Ego quidem prouocaui, ajet, neque id legitimum imperitis hominibus non videbatur: tametſi actionem in aliis comitiis redintegrare licuit, modo ille animis valuiſſet. hoc ego, ai tu, ſcio. Tum te percontabitur: Num quid juris tenes? Tenere videbar in prouincia mea boreali, dicito: ſed me tamen doceas oportet, vt actio debeat reſtaurari. Rutus rogabit, quam dicas actionem? Eam, inquies, quae (d) nihil mea intereſt: nempe quomodo inſtaurari debeat Unnae (e) dotis repetitio. Ea de cauſa, ajet Rutus, coram ſum citandus, ſiue in legitimo domicilio meo. Dicam quaeſo nunc pronuntia, inque tu, atque poſt ego. Tum ſolenni formula citabit Rutus: tu vero diligenter aduerte, quibus (f) vocibus vtatur. Mox te recitare jubebit: recitabis dicam, ſed vitioſe, ita vt verba tantum alterna congruant. Hic ſubridebit Rutus, nihil te ſuſpectum habens: tamen adjiciens, pauca omnino ad normam accedere. tu vero in comites tuos conjicito culpam, quod (*) te obturbauerint: eumque mox, vti te verbis praeceat, rogabis, permittatque tibi, vt poſt repetas. Qua re permiſſa, ſemet ipſe vocabit in jus: tuque poſtmodum citabis eum, rectam efferens formulam: tumque de Ruto quaeres, an legitima ſit citatio? ille reſpondens, (g) eam poſſe refelli negabit. Tum tu adeo (h) clara voce, vt comites tui exaudiant, proclamabis haec:

(c) til einvígis.] E. á hólm, in arenam. R. á hólm ok til einvígis. *vid. Cap.* XXIV.

(d) ſkiptir ongv.] M. vardar ecki um.

(e) fiárheimtuna.] R. mál, cauſa.

(f) ord.] E. R. atquædi.

(*) glapit þik.] Fragm. b. afglapat fyrir þer.

(g) þat.] R. hann, ſe p. refellere.

(h) hátt.] E. R. lágt, demiſſe (ita tamen vt &c.)

haec: Ego (te) de cauſa, quam Unna Mördi filia (mihi) ſtipulata manu tradidit, in jus voco. Vos autem, familiâ noctu conſopita, (i) ſurgite, frena veſtra ephippiaque ſumite, ſilentio egrediminor, haec in paſcuum ad pinguiores equos deportate, his vehiminor, caeteros autem relinquite. Ex pecorum do- p. 34.
meſticorum paſcuis aſcendite, ibique per tres noctes manetote; nam tamdiu fere vos quaeſitum ibitur. Poſt ad meridiem verſus domum pete, de nocte ſemper equitans, ſed interdiu (k) requieſcens. Nos autem hac aeſtate adibimus comitia, in judicio tibi adfuturi. Gunnarr, actis Niali gratiis (l), primo ſeſe domum conuertit.

Cap. XXIII.

De Hedine *Venalitio*.

Binis poſt noctibus Gunnarr duobus comitatus viris iter domo ingreſſus eſt. Perrexerant in viam montanam vſque Blaſkogenſem, (m) quum equites quidam iis occurrêre, (n) percontantes, qui magnus ille homo ſit, (o) parum adeo facie conſpicuus. Comites Hedinem *venalitium* indicant. Illi ſperandum negant (p) pejorem quemquam tali praecurſore ſibi poſt occurrere poſſe. vnde mox homines inuaſurum Hedinn ſimulauit: ſed tamen ſuam vtrique viam proceſſerunt. Gunnarr (q exacte) ſequutus (r) praeſcriptam ſibi normam, & Höſkulld-

(i) uppſtanda ex Codd. E & R. *recepi.* mox E. omitt. taka h. y. ok ſødulreidi.

(k) liggia.] E. ſøfa, dormiens.

(l) Poſt þackadi h. add. E. R. rádagerdina, de facto ſibi conſilio.

(m) þá ridv — þeim.] E. R. ok funndo þar menn er foro í mót þ. cum offenderunt quosdam obuiam ſibi euntes.

(n) ok ſpurdv.] iid. þeir mennirnir ſp. illi ipſi homines (quaeſiuere).

(o) er ſva litt var ſyndr omitt. R.

(p) hins verra.] E. ſer þar ills, malum hominem.

(q) med øllv.] R. Fr. b. med øllo rádi.

(r) ſem fyrir h. v. lagt.] E. ſ. honom var rád til gefit, datum ſibi conſilium.

Höſkulldſtadis nocturno hoſpitio vſus, inde (s) per *vallem* deſcendens ad confinem Rutzſtadis villulam deuenit: vbi mercimoniis veno poſitis (t) Hedinn ruſticum inuadebat. Qua re ad Rutum perlata, Hedinem ille miſit arceſſitum: ſtatim ad ſe venientem hoſpitaliter accepit, ſeſſionemque ſibimet aduerſam illi adſignauit. Verba faciebant (u) praeſagio Nialis admodum congrua: (v) ſermone vero in Rangarvallos delabente, ac Ruto de incolis ejusdem tractus percontato, hoc ille cecinit carmen:

(x) Dignos virorum ſanè nullos nomine
Dictare gens eſt clanculum

Audita

(s) eytir dalnum.] I. eytir bæum, ſecundum villas.

(t) Ante Hedinn inſerunt E. & R. ok ſelldi *) þriá ſmídisgripi. bóndi fann breſtina (at á var ſmídino. *haec neſc.* E.) ok kalladi fals (i), tria ex fabrilibus vendidit. colono, fiſſuris notatis, quae fabrilibus inerant, ſe falſum praedicante, Hed. *) Fragm. b. legit ſumt, quaedam, *& ita deficit.*

(u) ætladi.] E. R. gat til, conjecturae.

(v) *His & carminibus omiſſis* Regg. *ſtatim:* Rútr ſagdi honom hverſv upp ꝛc.

(x) *Ordo verborum carminis hic eſt:* Síſt ad ſønnv erv menn eytir á 1) Rángárvøllvm. ſlíkt talar 2) aull þiód í hliódi. þat er oyt heyrt. 3) Mørdr, α) ek frá 4) Sígiv 5) gerdv 6) markvnnar gunnhrídar. β) úngr ſeima 7) ſlavngvir var ſlíkr at 8) ſpeckt ok ríki.

1) H. I. K. L. N. Rángárvøllu, *Accuſ. pro Ablat.* 2) E. aulld. 3) E. P. Mørd — Sígn. 4) M. O. Síga. 5) M. gerdi rell. Chh. giørdi. 6) D. I. & H. in marg. markvnnann pernotum (reddidiſſe). H. K. L. má kunna, *mend.* 7) O. ſveigir ſlaungu, funditor. 8) E. meckt, potentia.

α) *Quoniam* Mørdr *hic caſu Nominatiuo, ſed cognomen* Sigia *Accuſatiuo poſitum, non eadem perſona eſſe poteſt itaque, cum* Mørdr *&* Rútr *idem ſignificent, nempe* arietem, *hunc illius nomine a poëta caſu Vocatiuo appellatum puto, &, ne ab Textu ſine cauſa recederem, ita explicaui. Cui hoc non placet, adſumere poſſit ad Nominatiu.* Mørdr *duas ſtrophas ultimas (Parentheſi,* frá ek — markunnar, *incluſis) &* úngr *pro* adoleſcens *capere, hoc modo:* ſlíkr ſeima ſlavngvir at ſpect ok ríki var Mørdr úngr, *tantus vir ſapientia & opulentia fuit Mördus jam ab adoleſcentia. ſed hoc mihi minus arridet;*

neque

Audita cunꝺa ſaepius, ſuperſtites
Campis in eſſe Rangicis.
Mî, Rute, cognitum dediſſe Gigiam
Enyus procellas inclytas.
Tanta neque vllus fuerat auri funditor
Sapientia & potentia.

Hic Rutus: (y) Tu Hedinn poëta es, inquit: ſed audiſtine, quod me inter & Mordum contigit? Mox Ḣedinn alterum carmen addidit:

(z) Audiſſe meque, circuli, quod lucida p. 35.
Reꝺrice fili conſilîs,

I Soli

neque enim ſic poëta Mördum tam vehementer laudat. Ceterum Codd. E. P. Mord Gígu *Accuſatiuo, & Ch. M. O.* Mørdr Gíga *Nominatiuo legentes, unam tantum perſonam agnoſcunt, omneque dubium tollunt. ita vt, qui id maluerit, reponere poſſit* Mordum *pro* Rute. β) úngr *pro* ongr ſ. øngr *potius metri cauſſa, (ne ſc. plena foret conſonantia pro ſemiplena) quam bona Orthographiâ ſcriptum. Hic* Ch. O. *legit* cinginn. P. cinge, nemo. *quod vtrumque vſitatius.*

(y) ſkálld — Hedinn, & Hedinn — víſu omittit. E.

(z) *ordo vocum in hoc carmine talis eſt ſecundum impreſſ.* Ek vœnti 1) ok hafa heyrt at hríngs álmr rœnti þik 2) husti α) biartrar þráds iardar med β) vndir 3) gerdar rádum. Halldendr ſkialldar redo hodda 4) hlœdi at 5) hann berdiz ei vid þik. ádr 6) ravd ſeima ſneidir ſverd.

1) D. hafa ek, me. || E. O. P. Q. S. hefi eg (audiui). 2) E. O. biartri (M) hriſti, candida Dea. Q. biartr hriſtir, lucidus quaſſator. 3) E. gerdir. 4) E. O. hlœdo, id. *ſed faemin. gener. ſicut cognomen* Hrœda. 5) omn. Chh. eigi (ekki) berdiſt, *idque reꝺius quam* ei. 6) H. I. K. N. Q. S. baud, obtulit, porrexit gladium ɔ: pugnauit.

α) *Quid* hvſti *ſignificet, equidem ignoro: ſed tamen, quum mendoſam judicare leꝺionem non audeam contra tam multorum Codd. fidem, conjicere licebit, hanc vocem eandem eſſe ac* hóſti, (u *pro* o, *quomodo ſupra in* ungr), *quae* jugulum *denotat: & hunc pro collo, vt partem pro toto, poſitum eſſe. unde ſenſus emergit:* collum candida. Iørd, *Diuae Eddicae nomen, quo omnes foemi-*

Soli peritus, fraudulentae machinae,
Confido te priuauerit.
[Pro dote] ſuaſerant coactori illi opum,
Tecum, tenentes ſcutula,
(At ſanguine olim ſector auri tinxerat
Enſes), vti ne cerneret.

Tum Rutus ei rationem intendendae actionis promit, prior formulam recitat: ille vero poſt repetit, (a) idque vitioſo citandi modo. Unde Rutus ſubridebat, nullam adductus in ſuſpicionem. ſed ab Hedine, vt formulam iteraret, rogatus, id fecit. Hic igitur formulam denuo profert, idque legitimam, ſuos anteſtatus comi-

---

faeminae recte appellantur: ergo þráds iørd, mulier. *Sed ita verbum* rænti *cum Genitiuo conſtructum, quod plane ab uſu communi recedit. Haec conjectura quamquam ſenſum parit haud inconuenientem, eam tamen, quod incertus veri eſſem, in vertendo carmine non ſequebar: ſed verba in ordinem aliter atque ſupra redegi, lectionesque diuerſas ex* Codd. E. O. *&* M. *quae multo faciliores ſunt explicatu, magisque communi vocum conſtructioni congruunt, recepi; hunc in modum:* hríngs iardar álmr rænti þik biartri hriſti þráds. *Per* hrings iørd ſ. ſolum circuli, *clypeum intelligo; nam* baugiørd *in Edda Snorr. abſolute pro* clypeo *ponitur:* baugr *autem &* hríngr *ſunt ſynonyma. Sed & alio modo* hríngs iørd *ſcutum denotat, ſc. quod clypeus in Edda appellatur* vopnaland ɔ: *ſolum in quo ferrum ſiſtitur: jam vero* hríngr *gladii nomen eſt (idque ſine dubio proprium): vnde* ſolum circuli *hoc etiam modo ſcutum ſignificat. eadem id ratione* løgdis æid *dictum in Heimskringla Tom.* I. *pag.* 99. *Itaque* hríngs iardar álmr, *clypei expertor ſ. vir.* Hriſt, *diuae Eddicae nomen:* þráds hriſt, *filorum dea* ſ. *mulier: & quidem* hriſti *Ablat. pro* hriſt *per Paragogen.* β) vndir-giørd, *quemadmodum* undirmál, *pro dolo clanculum ſtructo ſ. aſtutia capio.*

(a) ok ſtefndi rángt ꝛc. — M. dóttur.] R. E. ſtefndi í annat ſinn ok ſtefndi handſelldri ſauk U. M. dóttur. (*mox ſolus* E.) ok heyrdu þat ſaurunautar hans er vattarnir voro, altera vice (Rutum) vocauit in jus, de cauſa, quam ſibi &c. idque audiebant comites ipſius, quos pro teſtibus adhibebat.

comites, quod (Ruto) dicam intenderet, quam ſibi mandaſſet Unna Mördi gnata. (æ) Veſpere aliorum ritu hominum ad quietem iuit. ſed, vt Rutus ſomno jam ſuccubuerat, (b) veſtes induti (hoſpites), armisque adhibitis egreſſi, (c) properant ad equos: atque ſuperato amne, per partem vallis, qua jacet (praedium) Hiardarhollt, montana verſus pergunt, quouſque vallis deſinit: & in jugis hanc inter & (d) Haukadalum ſubſtiterunt, abditum locum, vbi nequirent reperiri, niſi quis (ex inſperato) in eos incidiſſet, nacti. Hac ipſa nocte Höſkulldus (in villa ſua) Höſkuldſtadis e ſomno excitus, omnes domeſticos ſuſcitauit: Vobis, inquit, ſomnium meum enarrabo: Exiſtimaui cernere me vrſum aedibus exeuntem, tantae magnitudinis, vt (e) perſuaſum habuerim parem illius non inueniri: haeſerunt ei duo (f) pulli, beneuolentes animali: vrſus recta petiit Rutzſtados, iſtaque tecta intrauit: quo viſo ſum expergefactus. Vos igitur, quid in homine illo ingenti notaueritis, percontari volo. Quidam domeſticorum retulit: Vidi fimbriam auream, coccinumque ſub manica (penulae) exſtantia; dextera geſſit annulum aureum. Tum Höſkulldus: Neminis hoc (animal) genius eſt, niſi Gunnaris ab Hlidarendo, remque nunc ſero perſpicere mihi videor. Proinde Rutzſtados equitabimus. (g) Ita faciunt, Rutus

(æ) hann for til ſvefns — vm kvelldit omittunt R.

(b) klædi ſin — ok forv.] R. favng ſín ok høfdo, ſarcinas ſuas collectas portauerunt ad &c.

(c) ok fórv til h. ſ.] E. P. ſødlar þeirra høfdv vardveittir verit i ſmidiu (einni ſkemmu). tóku þeir þá ok høfdv til h. ſ. ephippia ſua, quae repoſita fuerant in fabrica ferraria (vaſario quodam), accipiunt & portant ad equ.

(d) Havkadals.] E. R. Haukadalsſkards.

(e) viſſa ek at — dyrs maki.] R. hefi ek eigi ſet þeſsa dyrs iafníngia, hujus animantis parem non viderim.

(f) húnar.] R. hundar, canes.

(g) þeir gerdv ſva. Rútr.] R. þeir gengo út allir ok (E. ſequ. l. þeir) foro á Rutzſtadi ok drápo á dyr. en madr gekk út ok lauk upp hurdinni. þeir gengo þegar inn. Rutr ꝛc. omnes foras egreſſi, Rutzſtados tetendêre, foresque pulſauêre. quidam autem domeſticorum egreſſus januam recluſit, hoſpitesque ſtatim intrauêre.

Rutus lecto recubans, quinam adſint, quaerit. Hoſkulldus (ſeſe) indicat; viciſſim, quid ibi ſit hoſpitum, ſciſcitans. Hic eſt, inquit ille, Hedinn *Venalitius*. Höſk. Immo alius humeros latior (pollentior); nam fuiſſe Gunnarem ab Hlidarendo ſuſpicor. Rut. Hic itaque diſcrimen calliditatis euenit. Höſk. Quid eſt peccatum? R. Docui hominem, quomodo (h) lis Unnae dotalitia reſtauretur, ac mihimet ipſe formulam intendi, quam ille ſtatim expreſſit;
p. 36. qua & parandae litis ratione vtetur, legitima ſane. Höſk. Perquam diſpar hic exſtitit prudentia: neque ſolus Gunnarr auctor doli fuerit; Nialem ſuggeſſiſſe conſilia oportet; huic enim conſilio par eſt nemo. Mox itur Hedinem quaeſitum, jam dudum abſentem. Dein coacta manu homines per triduum (i) requirebant, neque nacti ſunt. De montanis auſtrum verſus Gunnarr ad Haukadalum deſcendit: tum ab (k) oriente Skardi (l) boream verſus in teſca Holltavördenſia, & (m) hinc domum vſque pertendebat (n).

Cap. XXIV.

Lis forenſis inter Gunnarem & Rutum.

Ad comitia vniuerſalia Gunnarr ibat: ibant eo quoque Rutus & Höſkulldus cum numeroſo comitatu. Cauſam in foro Gunnarr coepit agere, (o) coloniſque teſtimonium denuntiauit. Eum Rutus cum ſuis vi aggredi conſtituerant,

(h) mál:t.] E. R. fiárheimtuna (ſ. heimtur) repetitio dotis.

(i) Poſt þriá daga add. iid. ok þriár nætur, & trinoctium.

(k) avſtan.] R. veſtan, occidente.

(l) nordr.] E. R. ſva til, deinceps.

(m) til þeſs er hann k. h.] R. letto ecki fyrr en h. k. h. nunquam intermiſſo itinere, d. v. p.

(n) Poſt kom heim addunt E. & R. han fann Niál ok ſagdi honom at vel hafdi dugat rádit (haufdo d. rádin), conuenit Nialem, eique conſilium (conſilia) bene ſucceſſiſſe narrauit.

(o) quaddi búa til máls.] R. qv. b. t. dóms, colonos in judicium conuocauit.

erant, at diffidebant. Acceſſit mox in (p) judicium Breidafiördenſe: Rutum euocat, vt ſuo jurijurando, enarrationi litis, omnibusque (q) actionis inſtrumentis attenderet: quo dicto juramentum praeſtat, cauſam perorat: tum teſtes citationis, (r) tum actionis a ſe ſuſceptae producit, & rem eo vſque agit, donec ad defendendum cauſam vocaret aduerſarium. (Interim) Niall ab judicio aberat. Rutus, appellatis teſtibus, actionem eſſe ineptam excipit, quod tria teſtimonia illa, quae in jure fuiſſent adhibenda, illum deficerent; vnum pro thoro, alterum pro foribus primariis, tertium ad *rupem judicialem* (ab Unna) poſtulata. (s) Aderat jam Niall in judicium, ſeque cauſam & actionem reſtituere poſſe, ſi delitigare vellent, profitetur. Ad quae Gunnarr: Hoc nolo, inquit; ſed Ruto, qualem is conſanguineo meo Mördo tulit, (t) conditionem referam. fratres autem Rutus & Höſkulldus num tam prope adſunt, vt vocem iis meam excipere liceat? Cui Rutus: Licet auſcultare; quid autem vis? Gunnarr: (u) Conteſtor omnes auditores, qui ſunt in re praeſenti, quod ego (v) te, Rute, in arenam prouoco: in ea, quae hic eſt in Öxara (amne Securis) inſula hodie dimicabimus. quod niſi tu mecum pugnare velis, (x) totam hodie dotem numera: quibus dictis *) carmen ſubdidit:

I 3 Eneniat

(p) Breidfirdínga dómi.] R. Veſtfirdínga d. *idem quidem judicium fuit.*

(q) ſakar ok ſókuargagna.] R. tantum, ſakargagna.

(r) þá ſakartøkvvætti omitt. E. R.

(s) var þá kominn ꝛc.] R. køm þá, tum adeſt — judicium.

(t) koſt addunt E. R. I. N. lut H. K. L. *quarum alterutra vox ſub* ſlíkan *in textu impr. ſubaudienda.*

(u) þeir ſe heyrandi vattar.] E. R. þeir ero h. v. teſtes ſunt mihi &c,

(v) þer R. til hólmgøngv] iid. á þik til einvígis, ad certamen ſingulare. *De diſcrimine inter* hólmgánga *&* einvíg *luculentus in Kormaksſaga* Cap. 7. *exſtat locus, illam nempe multis legibus & limitibus circumſcriptam fuiſſe, hoc vero nullis, adeoque minus periculoſum. vid.* Arn. Iſl. Rætterg. Cap. 7. § 73.

(x) út ſeit allt.] E. upp allt ꝛc.

*) *Carmen omittunt* R.

p. 37. (y) Eueniat ſane haec, Rute, res; ego ad omnia promtus
Hacce die ſum alacerque animi: tu
Me poſcente vt eas in arenam, qui galearum
Et clypeûm das murmura, mecum.
Hoc ego conteſtor, qui praebent vocibus aures,
Hedinis validè forê clauſos.
Nunc niſi, partor opum, numeratò ſoluere malis
Dotem Nymphae pepla ferentis.

Mox

(y) *Verba hujus carminis ita in ordinem videntur redigenda*: 1) Þat ſkal 2) œ, α) Hrútr, (at) ſkora (þer) 3) hialldrvdr ſkiallda 4) ok hiálma 5) á hólm vid mik. at 6) hvarv hef ek gódan ód í dag. Þeir Hedins β) gáttar herdendr 7) er heyra, ſe nú váttar. nema 8) avd 9) avlr vilir greida út mvnd refils grundar.

1) E. K. þer ſkal ek hratt at ꝛc. ego te promtè prouocabo. || P. þer ſk. ek hratt med hiøri heſia ód í d. g. gánga á h. ok h. ego tibi (tecum) hodie promte excitabo galearum odam (ſtrepitum bellicum) gladio, & deſcendam in arenam. *per Hyſterologiam.* 2) O. ei, id. 3) H. I. L. N. Q. S. hialldrud, *Dativo caſu.* K. hialldr rudr. E. hiallrs rudr. || O. hialldvardr, defenſor murmurum (galearum & clypeorum). 4) ok *excidit in* E. 5) á *neſcit* C. 6) S. hvøru. Q. hvøriu. 7) er *omittit* C. 8) E. K. auds n. — vilit gr. avdmund ꝛc. *obſcuro ſenſu.* || P. eydir, *conſumtor.* 9) H. L. aulver. O. álmr. || P. auds, opum.

α) *Huc etiam admitti poſſet* at hvarv; *vel hoc ſenſu: Alterutrum eueniet, vt aut deſcendas ad pugnam, aut ſoluas dotem. vel: Hoc omnino eueniet, quomodocunque res ceſſerit, vt pugnes mecum, niſi ſoluas. ſi illud,* at hvarv *idem ſit oportet, quod* at ødru hvarv: *ſin hoc, idem quod* at hvaru ſem verdr. *Mihi vero potius viſum,* hvaru *ſenſu vulgari capere pro quauis l. quouis, ſubaudito* máli, *re, negotio, (quod certe hic ſubauditur), quam iſta fingere.* β) Hedinn, *rex exercitus ductor, de quo Edda Sn.* gátt, *janua, quae hic pro* hurd, *fores, & hae iterum Synecdochice pro tota domo; quae regum belligerantium* ſkialldborg *(munimentum clypeis conſtructum ſ. corona clypeata) audiebat. ideo* Hedins gátt, *ſcutum. quemadmodum in carmine Edd. de Hedino illo & Högnio, ſcuta vocantur* hurdir Hiarranda. Hedins gáttar herdendr, *qui clypeum firmiter objiciunt ſ. eo ſe valide protegunt.*

Mox Gunnarr cum toto (z) comitatu ſuo ab judicio abſceſſit: item Höſkulldus ac Rutus ad ſe reuerterunt, cauſa neque acta neque defenſa vlterius. Ingreſſus tabernaculum Rutus: Antehac, inquit, mihi nunquam contigit, vt ad (a) pugnam ab aliquo prouocatus me ſubtraxerim. Et Höſkulldus: (æ) Dimicare tu quidem cogitas; id vero, ſi res penes me, non fiet: nam nihilo propius (virtute militari) ad Gunnarem accedis, quam ad te Mördus: quare potius nos ambo pecuniam Gunnari repraeſentabimus. (b) Dein requiſiuere fratres a ruſticis, quid (pecuniae) conferre vellent: hi omnes collaturos ſe, quantum Rutus poſtularet, dictauêre. Adeamus igitur tabernaculum Gunnaris, ait Höſkulldus, pecuniam diſſolutum (c). Quo ſibi nuntiato Gunnarr in oſtium tabernaculi prodit (d). Ad quem Hoſkulldus: Iam accipiendum eſt pecuniam. & Gunnarr contra: Iam numerandum, inquit; nunc enim ſum paratus accipere. Soluitur plena manu pecunia, Höſkulldusque addit: Fruere tu (hac) vt peperiſti. (e) Gunnarr, quod ſequitur, carmine reſpondit:

(f) Nos, qui lubenter didimus numos, ſine
Timore damni propter id fruemur his,

Quod

(z) ſavrvncyti.] E. R. lidi.

(a) hólmgøngv.] iid. einvígi, cert. ſing.

(æ) þat mvnt þú ætla — ek ræd.] E. eigi ſkalltu beriaz vid Gunnar (*haec & R. poſt* ſkal þat.) ef þú villt mín rád hafa, non dimicabis cum Gunnare, ſi meis vti vis conſiliis.

(b) *Hic inſerunt* E. R. hætto þeir þá talino, mox colloquio finem fecerunt.

(c) *Huc addunt* iid. ok kølloðo hann út, & euocarunt eum.

(d) *Huc etiam* iid. add. ok menn med honom, ſuique cum eo.

(e) R. *omiſſo carmine legunt*: vel monom ver nióta. ſegir Gunnar. þvíat ſaunn er fiárheimtan. Rutr ꝛc. proſpere fruemur (pecuniâ) inquit, juſta enim fuit repetitio pecuniae.

(f) *ordo verborum in hoc carmine mihi talis eſt:* Auds 1) æſki meidar 2) mvnv fyrir því óttlavſt nióta, at hvergi liúgum til peninga 3) hiørdíngs 4) hægs *). En 5) ri-

Quod nuſpiam ementimur, ille concitor
Quas praeliorum poſſidet, pecunias.
Acceptus autem, ſanguine lupo ſi labra
Nos irrigârimus puellae commodo
Nobisque laudi, pejus hôc multo foret
Impiger & acer geſtor ignis caſſidum.

p. 38. Ad quae (g) Rutus: Malum tibi dabitur praemium, reſpondit. Vertat ea res, vt poteſt, inquit Gunnarr. Redibant ad tabernaculum ſuum Höſkulldus & Rutus, cum ille, admodum quam commotus animo, huic loquitur: Credam Gunnarem hujus iniquitatis poenas nunquam daturum? Rutus ait: Haud ita; dabit

---

5) riódvm ver vitnis 6) varrar ſliódi 7) ok oſs, þá 8) færr 9) errinn hravſtr hiálma ſvna álmr enn 10) verr.

1) C. I. eiki meidar, vectores. M. N. O. Q. eyki meidar id. v. augentes. || H. L. S. ecki m. non. *interrogatiue.* 2) C. M. O. munum, *prim. perſ. plur.* 3) C. M. hiørþings. H. L. hiørdúngs. 4) K. hregs, procellae. *ita conſtructis verbis:* æſki meidar hiørdíngs hregs m. — nióta avds, qui lubenter procellam pugnae faciunt — fruentur nummis. 5) E. tiódum. K. tiádvm, praebuiſſemus ſc: vitnis varrar, gladii labia, ɔ: *ſtrinxiſſemus acutum gladium.* 6) P. varir. C. H. I. K. L. M. vorar. 7) C. M. S. er, *pro* þer, tibi. þá færr er verr en oſs, res tibi, quam nobis, grauior cadet. 8) E. ferr. K. P. Q. fer. *ergo:* þá ferr en verr, tunc res pejus cedet *(ſc. quam nunc, cum dotem ſoluis).* 9) C. erdin. Chh. erſdin, hereditas, *Synecd. pro pecunia.* 10) I. vørd en oſs er ei erdin. *ordo igitur verborum:* en færr álmr hr. ſ. h. (at) ver riódum vitnis varrar. en þá er oſs ei vørd erſdin, etiam copia datur tibi confligendi, ſed nec ita depellimur pecuniâ. O. verdr en oſs erſdin, ſed ita noſtra erit pecunia. || Q. verd en oſs er erſdin. (ɔ: færr verd, en ꝛc.) praemium accipiet (poenas dabit) ſed noſtra erit pecunia.

*) hægr *ſine dubio idem quod* heggr, *i. e. arboris genus. Edd. nam & æ pro e ſaepe ſcribitur, & una geminarum eliditur apud poëtas: ſic ſupra* hregs *pro* hreggs. hægr hiørdíngs v. hiørþings, *qui conuentum gladiorum agit.*

(g) Rútr.] R. Hauſkulldr.

dabit vtique: nec tamen id nobis vindicationi aut honori veniet. caeterum quam est verisimile, fore, vt ad amicitiam nostrae gentis animum conuertat. His dictis colloquium dirimunt. Aes (quod acceperat) Gunnarr videndum Niali praebuit: isque, Prospere jam, inquit, successit res. & id (h) tuo quidem beneficio, ait Gunnarr. Post ex comitiis domos discessum, maximamque hac ex re (i) gloriam indeptus Gunnarr, pecuniam omnem Unnae tradidit, nec hilum quidem inde (praemio) ferre voluit: tamen dicens existimare se, plus de illa (k) & propinquis ejus, quam de aliis hominibus, in posterum petere posse: (l) cui & mulier adstipulata est.

Cap. XXV.

De (secundis) Unnae nuptiis.

Homo nominabatur *Valgardus*, Hofi apud Rangam (amnem tortuosum) habitans. Is erat filius Iörundi *Curionis*, (m) filii Rannveris *Stulti*, filii Valgardi, filii Æfaris, (n) filii Vemundi Ordlocaris (facundi), filii Thorolfi (o) Vögunesi (naso vehiculo simili), filii Thrandi *Longaeui*, (p) filii Haralldi Hillditanni, filii Hræreki (q) Slonganbaugi (munifici). Mater Haralldi Hillditan

(h) af þer tilleitt.] R. af þ. til hlotiz, a te contigit.

(i) sæmd.] R. virding, existimationem.

(k) of.] R. eda, vel.

(l) hon quad þat sva vera.] E. R. h. quedz þetta jafnan muna skylldo, cujus rei se semper memorem fore affirmauit.

(m) Rannveissonar h.] E. R. Hrafnssonar hins h.

(n) Vemundarf.] H. I. L. M. N. Vermundarf. E. Hámundar.

(o) Vøgvnefs.] E. Voganefs. R. Vaganefs. || H. K. L. Vøggunefs, naso cunarum simili. || M. N. Vognefs, muculentis naribus.

(p) *Hic inserit* F. Hrærekssonar. *qui tamen frater videtur fuisse Thrandi, non pater.*

(q) *Hic id. Cod. inserit*: Hálfdánarsonar, Fródasonar, Hrækssonar.

ditanni fuit Auda, Ivare Vidfadma (longimano *) nata, filio Halfdanis Snialli (strenui). Valgardi *Vafri* frater erat Ulfus *curio Eyrensis*, cui ortum debent (r) Oddverii. Is Ulfus fuit pater (s) Svarti, patris Lodmundi, patris Sigfusi, patris Sæmundi *Multiscii* (t): sed a Valgardo oriundus est Kolbeinn *Juuenis*. Iidem fratres, Ulfus curio Eyrensis & Valgardus *Vafer*, in matrimonium Unnam expetitum ibant, eaque Valgardo sine auctoritate omnium sibi cognatorum nupsit: id quod Gunnarr & Niall, praeter multos alios, aegre tulerunt, quod homo esset subdolus & vulgo inuisus Filium suscepêre *Mördum* nomine, cujus multa hic exstat mentio. Is vt ad maturitatem aetatis venit, in suos consanguineos, & inprimis quidem Gunnarem maleuolus, homoque versutioris (u) ingenii atque malesuadus exstitit. Hic filios Nialis recensebimus: quorum natu maximus vocabatur *Skarphedinn*: vir statura magnus & manu fortis; armorum egregie, natandique artis phocae modo peritus: (v) pedibus multo pernicissimus: (x) acer & intrepidus: (y) argutus lingua & promtus; plerumque tamen moderatus: (z) adhoc eximius poëta.
p. 39. Fusca viro coma, vibratis suo ingenio capillis, pulchri oculi, facies pallida & ma-

*) *siue*, qui lato vlnarum complexu praeditus erat.

(r) Ante Oddveriar Reg. add. Sturlúngar. ok, Sturlungi &.

(s) Svarz.] Chh. Surts.

(t) Post Fróda addit K. fødr Lopts. fødr Sæmundar í Odda. || R. inserunt: Lodmundr Svartzson var fadir Gríms, fødur Svertings, fødur Vigdísar módur Sturla í Hvammi, L. Sv. f. erat pater Grimi, Patris Sv. patris Vigdisae, matris Sturlae in Hvammo.

(u) skaplyndi.] R. skapferdi. E. skapferdum.

(v) manna fóthvatastr.] E. nær m. fóth. prope omnium p. p. || R. skiótr á fæti. sva at hann var m. fóth. adeo pernix pedibus; vt omn. p. p. esset.

(x) skiótr.] E. R. skiótrádr, consilio promtus.

(y) gaguordr.] K. geigordr, obliquus in verbis, *vel* incommodus.

(z) ok skálld gott, nesciunt E. & R.

& macilenta, tuberculum nasô, editior gingiua, (a) magnaque oris deformitas: caeterum species (totius corporis) vel maxime militaris. Alter filius Nialis nomine *Grimus*, decora fuit facie, (x) comâ pulchra & (b) nigricante: is formae gratiâ Skarphedinem vicit, eratque statura magna & firmis viribus. Tertio Nialis filio *Helgius* nomen fuit: hic adspectu formosus, decoris crinibus, robore corporis, armorum peritia, sagacitate ac moderatione bene praeditus. Omnes filii Nialis (tunc temporis) erant caelibes. Quartus Niale natus (c) *Höskulldus* nominabatur, nothus ex Hrodnya Höskulldi gnata, sorore Ingialldi de Kelldis. Quaerebat Niall a Skarphedine, an matrimonium ambiret: qua re patris arbitratui permissa, in conjugium ei Thorhilldam petiit, filiam (d) Rannveris a Thorolfsfello: ideoque hic Niali alterum postea fuit domicilium. Skarphedinn Thorhilldam adeptus conjugem, tamen apud patrem aetatem exegit. (e) Grimus Astridam de Diuparbakko, viduam praediuitem ambiit, eamque accepit vxorem, sed tamen apud Nialem agitabat.

Cap. XXVI.

De Asgrimo & liberis.

Erat vir quidam nomine *Asgrimus*; filius Ellidagrimi, (f) filii Asgrimi, filii Ondotti Krakae (cornicis). Mater ejus (Asgrimi) nominabatur Iorunna,

 erat-

(a) miøk.] E. R. nockut, aliquanta.

(x) ok hærdr vel, & *mox* ok frídari synvm en Sk. omittunt E. & R.

(b) davkkr.] R. svartr, atra.

(c) Hauskvlldr.] R. Hauskollr.

(d) Rannvisſ.] C. R. Rafns (Hrafns).

(e) Grímr bad.] E. R. til handa Grimi bad hann, Grimo vxorem — petiit.

(f) Asgrímssonar omittunt. R.

eratque filia Teiti, filii (g) Ketilbiörnis *Grandaevi* de Mosfello: mater vero Teiti Helga Thordi gnata, filii Skeggii, (h) filii Hrappi, filii Biörnis Bunae, filii Grimi Ducis Sogniae. Mater Iorunnae fuerat Olofa Arbot (annonae reſtauratrix) Bödvare duce, Vikingakarii filio, nata. Aſgrimo Ellidagrimi filio frater erat nomine Sigfus: cujus filia Thorgerda fuit mater Sigfuſi, patris Sæmundi *Multiſcii.* Socia cum Aſgrimo educatione vſus fuerat Gaukus Thrandilis filius, vnus virorum (i) pulcherrimus & rebus optimis conſummatiſſimus; ſed euentu tam iniquo, vt Aſgrimus (k) ſodalem interfecerit. Duos Aſgrimus genuerat filios, vtrumque nomine Thorhallum, bonae ſpei adoleſcentes. Adhoc illi gnatus nomine Grimus: gnata vero (l) Thorhalla, mulier ſingulari venuſtate (m), bonisque rebus praedita. Conueniebat Niall
P. 40. filium Helgium his verbis: Vxorem tibi deſtinaui, ſi vis conſilium ſequi meum. Volo ſane, inquit hic; quippe ſcio, te cum bene velle, tum bene (conſulere) poſſe: ſed vbi deſtinaſti? Poſcamus (ait pater) filiam Aſgrimi Ellidagrimi filii; haec enim eſt virginum lectiſſima.

CAP. XXVII.

Helgius Nialis filius vxorem petit.

Iidem paullo poſt Thiorſam (amnem taurinum) (n) tranſierunt, & (ad praedium) vſque Tungam iter faciebant, & apud Aſgrimum, qui tunc domi prae-

(g) Ketilbiarnarſ.] E. Keitils (L. N. Ketils) Biarnarſonar.

(h) Hrapsſonar.] E. R. Hrafnsſonar.

(i) frídaſtr.] C. fræknaſtr, fortidudine clariſſimus.

(k) drap Gauk.] E. R. vard banamadr Gauks, interfector Gauki fieret.

(l) Þórhalla.] E. Þóralla.

(m) Poſt frídvzt addunt E. R. ok kurteiſuzt, & morum elegantia. *mox:* ok vel at ſer.] iid. ok ger í øllu, ab omnibus rebus inſtructa.

(n) ridu þeir út yfir.] R. E. fara (komu) þeir ok bidia konunnar. rido veſtr yfir, profecti ad petendam mulierem, occ. verſ.

praeſens prolixe illos excepit, noctem exigebant. Poſtridie autem Niall, inſtituto inter ipſos colloquio, petitionem protulit, Thorhallam filio Helgio in connubium poſcens. Commodè ſuſcipit Aſgrimus; negat eſſe, cum quibus, quam illis, conuentionem libentius faciat. Itaque de conditionibus agunt, (o) resque ita confecta, vt Aſgrimus Helgio (p) filiam ſponderet, diesque celebrandis nuptiis diceretur. Huic conuiuio Gunnarr, multique alii optimorum interfuere. Quo abſoluto Niall vltro detulit *Thorhallo* Aſgrimi filio educationem (q); indeque hic diuturnum apud Nialem tempus tranſigebat: quin eum (r) plusquam parentem ſuum amabat. Niall vero alumnum in jure ſic erudiuit, vt Iſlandorum ſuae aetatis (s) jure conſultiſſimus euaſerit.

Cap. XXVIII.

Aduentus Hallvardi in Iſlandiam.

Appulſa (t) eſt nauis in oſtium Arnarbælenſe, rectore Hallvardo, Vichenſi homine. Is hoſpitatum profectus Hlidarendum cum Gunnare perhiemabat, eumque jugiter ſollicitauit, vt (ſecum) peregre abiret: quod Gunnarr ſilentio fere tranſiit, (u) nec tamen recuſauit. Facto autem vere Bergthorshvalem iit (v) conſultum Nialem, quam vtile duceret ipſum peregrinari. Ille, Duco, inquit, haud inconſultum; quo enim cunque tu veneris, (x) vir honoratus

 habe-

(o) lauk ſva.] Chh. *ſupplent:* l. ſ. málino.

(p) feſti H. dottr ſina.] R. E. faſtnadi (faſnadi) H. konona, mulierem ſpond.

(q) *Huc addunt* E. R. ok fór han til hans (heim med honom), isque domum ejus (cum eo) migrauit.

(r) meira] R. mikit, magnopere. *mox omitt:* en ſavdr ſínvm.

(s) løgmadr.] R. Chh. lagamadr.

(t) kom ut.] E. kom af haſi, aduenit ex alto.

(u) tók á øngv úlikliga.] N. tók af øngvu þar um.

(v) at finna Niál hv.] E. R. ok ſpurdi N. eptir hv. & N. rogauit.

(x) þar þikkia ſæmdar madr.] iid. þer þar vel ſoma, bene te praebebis.

habebere. (Gunnarr porro:) Numquid tu vis bonorum meorum, donec abfuero, curam gerere? nam (y) fratrem meum Kolſkeggum proficiſci mecum
P. 41. volo: tu vero cum matre mea prouideas velim (z) rei familiari dum abero. Niall: Id non obſtabit, faxo; (a) adjuuabo te, quicquid vis. Bonum te praebebis, ait Gunnarr: domumque mox equitabat. Compellatus a Noruego, vt peregre abiret; ſciſcitatur, numquas (æ) regiones alienas adnauigârit? Faſſus, omnes inter Noruegiam & Ruſſiam interſitas adiſſe, et Biarmiam quoque (addit) adnauigaui. Tum Gunnarr: Uelificare vis mecum ad *regiones orientales* (Ruſſiam)? Uolo vtique, inquit ille. Decreuit igitur Gunnarr cum Noruego (b) peregre proficiſci; Niale rem ejus omnem (adminiſtrandam) capeſſente.

Cap. XXIX.

Peregrè abitio Gunnaris.

A. C. Gunnarr cum fratre Kolſkeggo vna peregre nauigans ad Tunbergum
976. appulit, ibique hybernabat. Inciderat jam mutatio Principum Noruegiae; exſtinctis nempe Harralldo Grafelldo *) & Gunnhillda, dynaſtes Hacon *Malus*,

(y) vil at Kolſkeggr brodir minn fari.] E. R. ætla at láta Kolſkegg brodur m. fara, ſtatui, vt Kolſkeggus fr. m. eat.

(z) búid medan omittit E.

(a) ſtydia þar vm þat.] R. E. ſtunda þer (þat) tuo commodo inſeruiam.

(æ) ſiglt til annara landa.] Chh. farit milli l. inter reg. commeauerit.

(b) vtanferd ſina.] R. utanf. ſinni.

*) *Quo anno mortuus ſit rex Haralldus Grafelldus, non conſentiunt Chronologi: namque auctor Chronologiae Heimskr. edit.* 1778. *praefixae obitum ejus anno Chriſti* 977. *Th. autem Torfaeus a.* 976. *incidiſſe ſtatuunt. parum quidem haec differunt, ſed longius abit ratio temporum, quam neſcio quis marginibus ejusdem codicis, in quo Torfaeus ſua, vt videtur, propria manu Chronologiam adnotauerat, quique ipſius fue-*

(c) *Malus*, Sigurdo Haconis filio, nepote Griotgardi natus, imperio potiebatur. A. C. Mater Haconis fuit Bergliota, filia Thoreris Comitis, matre Olofa Arbot genita, 976.
quae filia fuerat Haralldi *Pulchricomi*. Ab Hallvardo interrogatus Gunnarr, num ad Haconem dynastam se conferre vellet; Hoc nolo, inquit: ecquam vero tu nauem longam possides? Immo duas, respondit. Hic Gunnarr: Itaque mens est, vt piraticam faciamus, nobisque in hoc socios adsciscamus. Et (d) mihi quoque hoc lubet, ait Hallvardus. Mox igitur in Vicham profecti (e) binas 977.
hic accipiunt naues, has expediunt, commilitones opportune parant; namque ingentes

---

fuerat, adleuit, mortem Haralldi Gr. ad annum Chr. 962. nescio quo fundamento referens, & secundum hoc usque ad introductum in Islandiam Christianismum pergens. Cum autem secundum Chronologiam Kristnisagae (supra pag. 7.) adprobârim Haralldum Gr. Noruegiae regem anno 961. factum esse, & Snorro Sturlaeus in Heimskr. Tom. I. p. 201. adserat, a morte Haconis Adelsteinis Alumni ad occasum Haralldi Gr. XV. annos intercessisse, perspicuum est, hujus decessum in annum 976. incidisse, ideoque auctoritatem Torfaei sequi visum, eidemque fundamento per totum librum, quoad ejus fieri potest, insistere. Sed objiciat quis, incertum esse, utrum Gunnar peregre sit profectus eodem anno, quo idem rex decesserat, an aliquo sequenti; atque adeo calculum ei superstrui non posse. dabo: at, quamquam ita sit, peregre itionem Gunnaris vix ac ne vix quidem alium ad annum referri potuisse, beneuolus Lector, excussa rite serie temporum in hoc libro, facile obseruabit. Caetera quod noster Gunnhilldam jam tunc mortuam adfirmat, cum eo consentire videtur Olafssaga Tryggv. edit. 1698. & nihil quidem obstat, quod Sn. Sturl. Tom. I. p. 203. illam in Orcades aufugisse refert: inde enim ab Haralldo Gormsonio in Daniam, vt interficeretur, sine dubio est eodem anno accita, quo Haralldus Grafelldus occidit.

(c) hinn illi, omitt. E. R. K. De hac appellat. vide sis Ol. Fr. S. ed. 1698. T. I. p. 237. & Heimskr. ed. 1778. T. I. p. 254.

(d) Þat vil ek þá s. H.] R. Hallvquads allbuinn þess, H. se ad id paratissimum.

(e) skip II.] R. lángskipin, longas illas naues.

A. C. (f) ingentes de Gunnare laudes praedicabantur. Idem (ad Hallvardum:) (g) 977. Viſne, inquit, orientem verſus ad Hiſingam ire? Volo, ait ille, cognatum meum Ölverem conuentum. Gunnarr inſtat: Quid eum vis? Reſpondit: Vir bonus eſt, nobisque aliquid ſubſidii ad iter conferet. Et Gunnarr: Eamus ergo illuc. Quamprimum inſtructi fuerant, Hiſingam orientem verſus petierunt, ibique ſunt hoſpitaliter excepti. Haud ſane diu Gunnarr illic manſerat, cum eum Ölver admiratus eſt; ejusque itineris rationem percontatur. Innuit Hallvardus, Gunnarem piraticam rei faciendae gratia cogitare. Id cogitatum nihil eſt, inquit Ölver, cum nihil habetis copiarum. Hallvardus: Tu vero (nonnihil) potes addere. Cui Ölver: (h) Et certum eſt Gunnarem p. 42. nonnullo ſubſidio juuare: quin, vt tu (i) cognationem ad me referas, ille plus ponderis habet apud me. Quid ergo illi commodabis? ait Hallvardus. Duas naues longas, vnam viginti, alteram triginta interſcalmiorum (k). Hallvardus pergit: Quibus tutandas? Alteram famulis meis, alteram paganis inſtruam: verum inaudiui, (l) amnem (a piratis) nuper inquietari; atque adeo in dubium voco, an poſſitis enauigare; nam (m) ſtant in amne. Quinam (n)? inquit

---

(f) mikil ágiæti var ſavgd frá G.] R. Gunnarr hafdi þar eigi lengi verit ádr enn menn þóttuz ſiá hverr afreksmadr han var, parum diu G. illic fuerat commoratus, antequam vulgo intellectum, quanta vir eſſet fortitudine.

(g) hvart villt þú ſ: G. auſtr til Hiſingar.] E. R. hv. v. þ. nú hallda? ſ. G. fyrſt ſudr til Híſ. ſegir Hallv. ꝛc. Quo nunc inſtituere vis curſum? — Primum auſtrum verſus ad H. ait Hallv.

(h) Ek ætla ok.] E. R. H. L. ek ætla gott, benefactum puto.

(i) Ante frændſemi inſerunt H. L. nokkura, nonnullam.

(k) Poſt þrítugſeſſv add. R. at rúmatali. Seſs & rúm *P. Vidalino idem ſunt, & comprehendebant duo tranſtra cum duobus tantum remis.*

(l) ána.] R. elfina, Gothalbim.

(m) þeir erv í ánni.] E. brædur tveir ero komnir í ána, fratres duo jam occuparunt amnem.

(n) Huc addunt R. ro þar komnir? eo venerunt?

inquit Hallvardus. Ôlver respondit: Duo fratres, alter Vandill nomine, (o) Karlius alter, filii (p) Siolfi *Grandaeui* ab Gothia Orientali. Gunnarr ab Hallvardo certior factus, Ôlverem sibi naues praebuisse, gaudio afficiebatur. Dein iter apparabant, &, vt prorsus erant parati, sese Ôlveri stiterunt, gratias ei persoluentes: qui, vt sibi a fratribus illis (piratis) (q) cauerent, monuit. A. C. 977.

Cap. XXX.

Gunnarr in piraticam excurrit.

Ex amne Gunnarr enauigans, in eadem qua Kolskeggus naui fuit, Hallvardo aliâ vecto. Nauibus jam ante se conspectis, Gunnarr, Quadam ex parte, inquit, parati simus, si ab his tentemur; ceteroqui nihil cum iis negotii contrahamus. Ita fit, in sua quisque naui accinguntur. Piratae, diducta classe, viam inter naues intermediam relinquunt: (r) quò in medio Gunnare procedente, Vandill harpaginem prendit, ex sua in nauim Gunnaris immittit, eamque mox attrahit. Gunnarr, quem ei insignem dederat Ôlver, gladium stringit; neque dum imposita capiti galeâ, (s) in proram nauis Vandilis curriculo ascendit, simulque nautarum quendam lethaliter caedit. Ab altera parte suam nauem Karlius admouens, hastam per transuersam Gunnaris nauim adjicit, in medium hominem destinans: (t) quod videns Gunnarr, tam citò,

(o) Karli.] E. R. Karl.

(p) Siólfs.] H. K. L. N. Sniólfs. || C. E. Snæúlfs. R. Sneúlfs. *unde* Sniólfr *contractum.*

(q) fara varliga.] R. vel fara ok varl. cau. prosperum iter ominatus.

(r) Gunnarr fór fram í millum skipanna non agnosc. R.

(s) hleypr þegar á saxit.] R. hlióp han fram í søxin. *plural.*

(t) G. ser þetta.] E. R. G. s. spiótit er at (honom) fór *(seqqv. soli R.)* mikit skiótt ok tók 2c. hastam videns, quae aduolauit (ad eum) magna celeritate, illam intercipit.

A. C. 977. citò, vt vix ac ne vix quidem] obſeruari poſſet, conuertit ſe, haſtam intercipit laeuâ & in nauim Karlii retorquet, eô, quem telum deprehendebat, interfectô. Kolſkeggus manu corripit anchoram & conjicit in nauem Karlii: dens lateri nauis impactus, id ita perforauit, vt mare liuidum irrumperet, omnisque nauta (u) in alias naues tranſcurreret. Iam in ſuam nauem recurrit Gunnarr; adeſt ſimul Hallvardus: atque praelio inualeſcente, (v) ducem (piratarum) imperterritum ſentiunt, (x) quiſque quod potuit, rem gerunt. Alternis vicibus Gunnarr gladio pugnat, vel tela excutit, magnam ita moliens ſtragem: nec fratri Kolſkeggus ſtrenuam ſubtraxit operam. Corripuerat ſe in fratris Vandilis nauim Karlius, indeque ambo pugnam ea die faciebant. Eodem die Kolſkeggus (y) requieris paullulum in naui Gunnaris capiebat: quod is conſpicatus, (z) carmen pronuntiauit:

p. 43.

(a) Nunc auidae annonae aquilae tu conſuluiſti,
Cognate corue, rectius,

Dando

(u) á ønnvr ſkip.] E. R. af ſkeidinni, de eadem naui.

(v) formadr.] E. fyrirmadr. Chh. fyrimenn voru auruggir. *plural.*

(x) gerdi hverr at ſlíkt er mátti.] R. dugdi hverr ſem faung hafdi til, qu. operam pro virili portione nauant. || K. gerdu þeir ſlíkt í móti, ſeque ſimiles viciſſim praebent.

(y) tók hvílld um daginn.] E. vard miøk módr um d. ok ſettizt nidr, admodum fatigatus — conſidebat.

(z) R. & C. *omiſſo carmine ita:* ok mællti til hans betri hefir þú verit Karli (audrum C.) í dag en þer. þú hefir gert hann (þá) úþyrſtan (úþyrſta) en þik þyrſtan (*ſegg. ſoli* R.) ok gáck ok dreck. Sídan tók han bolla ok drack, ei dixit; meliorem te praebuiſti hodie erga Karlium (*alios*) quam temet: ſitim ejus (eorum) depuliſti, te vero ſitientem feciſti: quare i bibitum. Mox ille patellam (rotundam) &c.

(a) *Ordo verborum carminis hic eſt:* Þú hefir, 1) ætthrafn (α), betri verit 2) árgiørnvm erni en þer (3) ſiálfum (i) (4) gunna dauda, (5) greidir (6) giálfr (ſ) dags. Margr (7) æſtr muninn gengr her í morg-

Dando homines morti, donator luminis vndae A. C. 977.
Latrantis, ipſi quam tibi.
Hic hodie creber coit hauſtum flumina coruus
Lupo dicata percitus.
Sed vexare ſitis te coepit, dum violentus
Inſiſtis enſium foro.

Dein Kolſkeggus ſitulam aqua mulſa plenam ſumit, & (æ) poſtquam potârat, praelium init. Ad vltimum fratres in nauem Vandilis transſiliunt; Kolſkeggus ad vnum, Gunnarr ad alterum latus graſſantur. Huic ſe Vandill offerens, gladium illico intentat, ictus in clypeo ſiſtebatur: Gunnarr clypeum, cui gladius inhaerebat, ita contorquet, vt gladius ſubter capulo infringeretur: tum viciſſim ipſe gladium vibrat, & quod (b) tres ſimul ſublimes viderentur

 gladii.

ſ morgin (at) drekka vargs bekki. en þik, (8) fetils ſtinga þing álmr, tekr at þyrſta.

1) E. K. P. etr hrafn, comedit coruus. 2) D. K. P. átgiørnum, voraci. E. attger-num. || C. *alia manu.* M. atgiørvid. I. N. atgiør vid, ſtrenue! in (aquilas). H. L. atgeir vid, *forte pro* vid (i. e. med) atgeir, cum haſta. 3) E. P. ſiálfann, *ſine dubio mendoſe.* 4) C. D. I. L. M. N. gunna. || H. af gumna d. ab ſtrage. 5) S. giørdir (giálfr d.) feciſti turbas hodiernas. 6) N. P. giálfdags, id. 7) E. azt, rabide. C. H. L. ædſtr, furioſus. P. faſt, vehementer. 8) E. P. feſtinga. feſting ſponſio; þing, *abſolute*, pugna; *ergo* þing feſtinga álmr, qui promiſſo ad pugnam deſcendendi ſatisfacit.

α) ætthrafn *poëta fratrem vocat, adludens ad nomen* Kolſkeggr, *quod hominem* barbam nigrum *ſignificat, qualis forſitan erat Kolſkeggus. Sed nec ſpernenda eſt varians lectio* etr hrafn *ſc.* gumna dauda, coruus cadaueribus humanis veſcitur. *imo ſic ſuauior eſt rhythmus.* β) giálfr dagr, maris dies, i. e. *aurum. vbi dies Metonymice pro luce, v. lumine, pro quo Æger ſolo auro utebatur in conuiuio Aſorum. Edd.*

(æ) bardiz eptir þat.] E. tóku þeir of børduzt, ambo pugnam redintegrarunt.

(b) *Ante* þriú *addit* E. honom, illi. R. hinom, alteri, *ſc. Vandili.*

A. C. gladii, neque ille, (c) quomodo euitaret, cerneret, vtrumque pedem ei ſub-
977. ſecuit. Kolſkeggus haſtâ Karlium transfodit. Quo facto magna potiti praeda, hinc auſtrum verſus in Daniam curſum direxerunt, indeque ad orientem in (d) Smalandias, (e) victores vſque, tetenderunt: neque eo autumno reuer-
978. tebantur. Altera aeſtate (f) Revaliam petierunt: vbi cum praedonibus ſibi obuiam factis raptim congreſſi, victores diſceſſêre. Poſthacc ad (g) Oſiliam orientem verſus perrexerunt: vbi claſſe ſub quodam promontorio ad tempus ſuppreſſa, hominem de promontorio deſcendentem animaduertêre. Hunc conuentum Gunnarr in littus excurrit, &, colloquio coepto, nomen ejus percontatur. Nominari ſe Tofium faſſus: quidque vellet, a Gunnare interrogatus: Te conuentum volo, (inquit): ſtant ab altera promontorii parte naues bellicae, queis qui praeſint, tibi indicabo: praeſunt igitur fratres duo,
p. 44. alter Hallgrimus, alter Kolſkeggus nomine; quos maxima eſſe belli fulmina ſcio. adde, quod inſtructi ſunt armis tam egregiis, (h) vt haud ſanè paria inuenias: Hallgrimus bipennem habet, quam (carminibus) incantari fecit, quo nullum ſibi telum, praeter hanc, necem adferre valeat. accedit etiam, (i) quod homicidium hac bipenne breui faciendum praecognoſcitur; nam in anteceſſum

---

(c) hverſv hann ſkylldi fordaz.] E. hverio at ætti han at forda ſer. R. vit hverio — forda ſer, quem eorum cauere deberet.

(d) ſmá lønd.] D. ſmá ſund, *verbo xenus*, freta parua.

(e) høfdv iafnan ſigr.] E. børduzt iafnan ok høfdu ſigr, praeliis crebo commiſſis, v. v. R. fengo ſigr hvar ſem þeir komo, ubicunque venerant.

(f) Refala.] F. Veſtalla.

(g) Eyſyſlu.] E. Auſylv.

(h) at eigi ſær aunnvr ſlik, *omittunt* E. R.

(i) at þegar veit — atgeirinvm. Þvíat ſva — ádr at.] iid. at þ. víg er — atg. þá ſyngr hátt í honom. ſva at ꝛc. quod cum caedes h. b. edenda eſt, alte reſonat ea, ita vt &c.

teceſſum tantum edit clangorem, vt procul audiatur; tanta in ferro (k) virtus ineſt. Hic Gunnarr carmen cecinit: A. C. 978.

(l) Id excitato miſſile capiam impetu,
Saeuumque ſternam perceler, tumeſcere
(Duellicarum exaggerator cladium)
Qui dat ſonoras turbas peſte caſſidum,
Campos per aequos piſcium piratico
[Viri] caballo vectus ibo denique,
Et ille vitam, qui venena abutitur,
Deuictam perdet in Sigaris imbribus.

Kolſkeggo, (pergit index), machaera eſt, telum quam egregium. Copias item habent, veſtris (m) triplô majores: magnam quoque ſpoliorum vim in

 terra

(k) náttúrv med ſcr.] C. E. nátt. á ſcr. *mox* iid. & R. Kolſkeggr hefir ꝛc.

(l) *Ordo verborum in hoc carmine talis:* (1) Ææſt ſkal ek (2) fánga geir (3) ok Þegar fella geyſtan hiálmángrs gnyſvellanda, (4) hlædir hilldar (*) ſkóda. (5) Ok ſidir ſkal ek rídandi endils eyk (6) avlvngrvndar. ok eitrs eydir láta líf (7) vrt (í 8) ſigars drífv.

1) I. M. N. O. Q. S. æſt, id. K. æſtr, incitatus. H. L. æ, certe. 2) D. H. I. L. M. N. O. Q. S. gánga, ibo. *ſed ſuſpecta lectio: nam quo ita* geir *pertinebit? forte ad* geyſtan, *& ſignificet:* ſaeuum in armis. 3) N. á geyſtum. *ergo* fella geir á. g. haſtam incidere corpori ejus faciam v. corpori ejus applicabo. 4) O. hlædum hilldar ſkedia, pugnatoribus nocebo. 5) Chh. um ſidír. 6) N. aulnugrundar. || H. L. aulmgrundar. I. aulvigrundar. 7) H. I. L. N. Q. ørt (aurt) juuenilem v. vegetam. 8) D. I. M. N. O. ſigurs. H. L. ſigur. *idem ac* ſigarr, *ſc. rex bellicus, imperator.*

(*) ſkód, *in genere* res nociua, *a* ſked noceo: Hilldr, bellona, *(de qua Edda,) quae ſaepe pro ipſa pugna ſumitur* Hilldar ſkód, *vel inſtrumenta, quibus clades bellicae inferuntur, nempe gladii, tela &c.* hlædir *ſ. coaceruator, qui talia multa habere amat. vel* hilldar ſkód *per Metonymiam cauſae, ipſae clades bellicae. Notandum vero hoc non dixiſſe poëtam de pirata, quod demonſtrat Accuſatiuus* gnyſvellanda, *ideoque illud parentheſi includebam.: ſed vel de ſe ipſo, & tum referendum eſt ad pronomen* ek; *vel caſu Vocatiuo ad Toſium.*

(m) þridiúngi.] E. helmingi, duplo.

A. C. terra conditam, (u) loco, quem probe ſcio. Nauim autem ſpeculatoriam
978. vltra promontorium ſubmiſerunt, quo aduentum veſtrum prorſus habent exploratum. nunc etiam magnum faciunt apparatum, vos, ſimul atque parati erunt, nauibus petituri. (o) vnde vobis alterutrum eſt faciendum, vel quam primum ſubducere vos, vel quam (p) citiſſime praelio accingere. Quod ſi tu victoriam tuleris, ad theſauri deducam te cumulum. Gunnarr, dato homini annulo aureo, reuerſus ad ſuos, (q) naues vltra promontorium bellicas excubare nuntiat: omnia de nobis, (inquit,) habent explorata; quare capiamus arma, ſeduloque praeparemur; hic enim opulentum operae pretium offertur. Mox itaque accinguntur, & cum eſſent perarmati, naues in ſe ferri conſpiciunt. (r) committitur praelium, diuque depugnatur: fit ſtrages haud modica. Caeſis a Gunnare compluribus, hujus in nauem Hallgrimus cum ſuis irruit, & in occurrentem ſibi bipennem dirigit. Tigillum Gunnarr, quod per tranſuerſam nauim erat poſitum, inuerſus (s) tranſulta-
p. 45. uit, ſcuto ante trabeculam propendente: hoc igitur Hallgrimus icit, transfigitque, ſic vt ferrum in ligno ſiſteretur. Tum Gunnarr manum ejus percutit, vt lacertus tantum contunderetur, hebetatô ſcilicet gladiô: mox defluit bipennis: eam arripit Gunnarr, latus Hallgrimo haurit (t), & hoc fundit carmen:

Illum

(n) hvar er.] E hvar þeir hafa fólgit, vbi condiderint, probè. &c.

(o) er ydr nú — ſem ſkiótazt, *omittunt* R.

(p) ſkiótazt.] C. E. bezt, diligentiſſime.

(q) ok ſagdi — allt til vár, *neſciunt* R.

(r) tekzt nú orroſta.] R. t. þegar hardr bardagi, aſpera ſtatim incipit pugna.

(s) lióp — yfir.] E. l. — eyfir.

(t) *Huc addit* E. ok kaſtadi honum daudum af atgeirinum, mortuumque diſcuſſit de bipenni. || R. & C. *omiſſo carmine, mox habent*: Gunnarr bar atgeirinn iafnan ſídan, G. bipennem ſemper ex eo geſtabat.

(u) Illum ego dejeci, populum qui conficiebat, A. C. 978.
Qui volucrem vibrare fauillam in corpora sciuit.
Carminibus deuota Hallgrimo, (quod mihi dictum est)
Virga fuit, galeas qua ruperat, extero in orbe.
Scire licet cunctos, quâ forte lupum saturanti
Venerit hasta bidens, homines virtute probatos.

Illa

(u) *Talis ordo verborum est in hoc carmine:* Ek hefi felldan þann er eyddi (α) avlldv. er (1) kunni at reisa holldi (β) eisv. 2) frá ek at Hallgrímr (3) hefdi (4) seydan (5) hiálma vønd (6) í avdrum lavndvm. Allir dyggvir skatnar (7) viti (8) hve (9) atgeirr (10) of kom (11) at úlfafylli. hann skal mer hendi (12) fylginn lífs til enda, þvíat kunnvm herskap (γ).

1) E. kvnnv hollð at ɿc. Q. kunnu høllð at ɿc. *per Apocopen pro* hølldi, hominem, *idque singul. pro plur.* || K. P. knnnu hilldi, sciuit pugnam ciere. 2) H. K. trú eg, credo. 3) I. *suprascribit* hyddi, *pro* húdadi poliuit. *quod rhythmo magis conuenit.* 4) O. seiddann. || E. K. leyfdan, famosa. *idque rectius in metro.* 5) H. in marg. hiallta vønd, capuli virga ɔ: gladius K. hliáknavønd. 6) O. or ødr l. ex al. regionibus. 7) H. I. K. L. M. N. O. Q. vitu. H. in marg. vita, sciunt (omnes. 8) K. hvø, quis. 9) Chl. atgeir, bipennem adeptus sit (at úlfafylli) saturandis lupis. || E. atgeirs. 10) K. um kom. N. af kom. I. adkomu. 11) E. avlfafylli, id. 12) E. & Ch. *omnes*: fylgia, *infinitiv.*

α) avlldu *per Paragogen pro* avlld, homines, *accepi. nam &* jørd *&* jørdu, sinnd *&* sinndu *dicimus. Quod si parum placuerit, per* aulldv eisu, *aurum intelliges, & porro* hiálma vønd *cum* reisa *construes.* β) eisa, *fauilla, hic pro gladio: nam gladius & ignis in Edda quaedam communia habent nomina, vt,* brandr, hyr, logi. γ) *Haec verba notauit Dnus G. Pauli triplici modo capi posse, nimirum:* hann skal mer hendi fylginn, 1) þvíat ver kunnum herskap, i. e. *quia rem militarem callemus.* 2) kunnum at herskap, *noto (qui sum notus) de re militari.* 3) at kunnum herskap, *in nota mihi re militari. Primo loco Verbum est 70* kunnum. 2) *Adiectiuum & ad hominem refertur.* 3) *idem Adiectiuum, ad rem militarem seu piraticam relatum, quod mihi, (inquit), se potissimum probat.*

A. C. 978. Illa mihi, quoniam bene ſum bellare peritus,
Illa meae manui haerebit ad vltima vitae.

Neque migrauit Gunnarr promiſſum, (v) quin bipennem illam, donec vixit, gereret. Interim cognomines manus conſerunt, verum ancipiti Marte. Hic interueniens Gunnarr Kolſkeggo (praedoni) ictum peremtorium inflixit. Quo facto piratis pacem implorantibus veniam dabat. Cadauera perluſtranda, resque mortuorum auferendas curauit; arma vero & veſtes victis conceſſit: qui in terras patrias reuerti ab eo juſſi, protinus abierunt: ipſe omnia relicta occupauit. Depugnato praelio Tofius ad Gunnarem veniens, pollicetur eum ad theſauros a piratis reconditos deducere; hos & majores & pretioſiores parta jam praeda eſſe. Gunnarr placere ſibi annuit, & in terram egreſſus, Tofium anteambulonem in ſiluam ſubſequitur. deueniunt, vbi ſtrues lignorum ingens fuit congeſta, ſub qua theſauros eſſe Tofius ſignificat. (x) Dirutis lignis, (y) ſubtus & aurum et argentum, veſtimenta, bonaque arma reperiunt. Quibus rebus ad naues aſportatis; Gunnarr ex Tofio quaerit, quid abs ſe praemium poſtulet? Reſpondit: Danus ego genere, vnde me ad cognatos meos peruelim (z) deducas: porroque percontato, cur ſit in oriente? Sum, inquit, a piratis interceptus, & in terram Oſiliae expoſitus, hic inde vſque manſi.

CAP.

(v) at hann bar atg. — lifdi.] E. Gunnarr ſer hvar þeir børduzt nafnar, G. vbi cognom — animaduertit.

(x) rvndv.] C. E. R. ruddu.

(y) fvndv vndir bædi ꝛc.] R. f. þar feit. bædi, ibi theſaurum & auri & &c.

(z) fylgdir mer.] C. E. R. flyttir mik, deuehas.

Cap. XXXI.

A. C. 978.

De aduentu Gunnaris ad dynaſtam Haconem. p. 46.

Admiſſo homine, Gunnarr Kolſkeggo & Hallvardo fatur: Iam nos ad regiones boreales conuertemus, quod & illi comprobantes in ejus eſſe poteſtate jubent. Itaque relicto oriente, praedam ingentem vehens X. nauium claſſe ad Heidabæium (Slesvicum) Daniae appulit. Aderat ibi in regione ſuperiori Haralldus Gormi filius: qui, aduentu Gunnaris nuntiato, ſimulque, huic neminem Iſlandorum eſſe parem, amandauit (a) qui eum ad ſe inuitaret. Gunnarr confeſtim adit regem, & a rege liberaliter excipitur, (æ) proximusque ipſi adſidere juſſus; ibi dimidium exegit menſem. Interim rex ea delectatione vtebatur, quod Gunnarem cum ſatellitibus certare variis fecit exercitiis; neque erat quiſquam, qui arte (b) vel vnica virum aequipararet. Vnde rex Gunnari: Ita cenſeo, haud ſane paſſim tuos pares inuentum iri: quin ſe (c) illi vxorem amplamque praefecturam daturum, ſi ſedem ibi vellet figere, pollicebatur. Gunnarr (d) de pollicito regi gratias agebat, &, Primum, inquit, in Iſlandiam proficiſci volo, amicos meos cognatosque viſurus. Ad quae rex: Sic vero nunquam redibis ad nos. Et Gunnarr: Fors viderit,

M Domi-

(a) mann.] iid. menn ſína, quosdam e ſuis, qui — inuitarent.

(æ) ſetti hann hit næſta ſer.] R. ſkipadi honom ſæmiliga þar í hálfan mánod, & honorifice tractatus, ibi dimid. &c.

(b) ne eina.] C. E. neina. || R. nokkora, aliqua.

(c) fá Gunnari kvanfáng — ſtadfeſtaz.] R. qvanga hann í ríki ſíno ef — ſtadf. ok þar ſtórar veizlor med.

(d) konúngi bod ſitt. ok m. fara vil ek fyrſt.] C. E. R. honom ok qvezt (lezt) fara verda (mundo) fyrſt — vini ſína, ei, & dixit (oſtendit) ſibi primum trajiciendum (ſe pr. trajecturum) eſſe — ſuos.

A. C. Domine. (e) Idem regi eximiam nauem longam (f) multasque res alias
978. donauit. Rex vero ea vestitu suo magnificentiori, chirothecisque auro inductis, diademate (g) aureo nodo insigni, pileoque Russico remunerabat. Postea reuertit Gunnarr Hisingam, & ab Ölvere ambabus vlnis exceptus, suas illi naues tradidit, has ejus (h) portionem esse dicens. Quibus acceptis, Ölver eum liberalem virum praedicauit, secum vt (i) aliquamdiu degeret, precatus. Requirente Hallvardo, anne dynastam Haconem adire intenderet; Gunnarr pronum sibi ad hoc animum fatetur; Iam enim (inquit) nonnihil sum expertus; olim vero, te hac de re compellante, nihil. Exinde (k) boream versus in Thrandheimum profecti, dynastam Haconem adeunt: qui Gunnari, benigne accepto, hibernum apud se hospitium pollicitabatur: (l) neque hic aspernatus conditionem; fauorem omnium consequebatur. Festo *Iolensi* armillam auream ei dederat dynastes. Ad Bergliotam dynastae cognatam *) Gunnarr animum
p. 47. adjunxit; & saepe de dynasta compertum est, quod hanc vel verbulo petitam illi daturus fuisset.

CAP.

(e) *Hic inserunt* H. K. & L. margt annat skira taulnduzt þeir vid. þó þat se her ei ritat. multa alia colloquebantur, quamquam hic memoriae non sint prodita.

(f) annat fe mikit.] R. marga dyrgripi adra er han hafdi fengit í hernadi, multasque adhoc res pretiosas, quas in piratica acquisiuerat.

(g) of gullknútr á.] R. of gullknytr. C. þat er gullknútar voru á, id.

(h) hlut.] E. R. hlutskipti.

(i) nockora hríd.] C. medan han villdi, quamdiu vellet.

(k) *Post* sídan *addunt* C. E. R. hinggu þeir ferd sína ok, iter apparant &.

(l) þág þat.] iid. þecktizt þat.

*) *Haec filia Haconis dynastae, quam postea in matrimonio habebat Einar Thambaskelver, fuisse videtur, cum, praeter eandem filiam atque matrem, nullam illum consanguineam Bergliotae nomine vocatam habuisse constet: sed obstat significatus vocis* frændkona, *quae non nisi casu Vocatiuo vel in blanditiis tali notione, vt filiam significet, usurpari solet.*

Cap. XXXII.

A. C. 979.

Gunnaris domum reditio.

Inito vere Gunnarem dynaſta, (m) quid habeat in propoſitis, rogat; & ſignificanti, ſe in Iſlandiam trajecturum; illata (n) difficilis annonae cauſâ, Rarus, inquit, eò commeatus erit: farinam tamen & ligna naui tua vehes (o). Gunnarr nauim expediuit mature; quîcum & Kolſkeggo vna profectus eſt (in Iſlandiam) Hallvardus. Huc primori aeſtate peruenientes oſtium Arnarbælenſe, ante comitia vniuerſalia, tetigerunt. Relicta naui, Gunnarr, ac negotio eam exinaniendi certis hominibus dato, domum equitauit: quo is & frater peruecti laetis animis excipiuntur. Erant in domeſticos blandi, neque animos virorum faſtus inflauerat. Quaeſiuit Gunnarr, an domi ageret Niall, & domi eſſe cognito, equum curauit adducendum, cumque fratre vna Bergthorshvalem equitauit. Niall (p) aduentu eorum gauiſus, vt pernoctarent apud ſe, rogauit. (q) Gunnarem de profectione ſua memorantem, virum eſſe rebus geſtis ornatiſſimum praedicauit, multumque nunc expertus es, (addit), tametſi plus in poſterum; quia multi tibi inuidebunt. Omnibus, ait Gunnarr, mihi beneuolentibus vti velim. Niall contra: Multa exiſtent diſcordiae ſemina, tuaque ſalus tibi ſemper erit defendenda. Plurimum ergo referret, inquit Gunnarr, habere me bonam cauſam. Et Niall: Ita quidem erit, niſi alie-

(m) hvat hann villdi ráda ſinna.] E. hvar han v. láta ráð ſín, vbi rationes ſuas conſtituere vellet. *inuſitata locutio.*

(n) vera illa ært.) C. E. R. lítt ært, modicae.

(o) *Huc addunt* iid. ſem þú villt. Gunnarr þakkadi honom, quantum vis. de quo G. gratias dynaſtae perſoluit.

(p) *Poſt* Niáll *addunt* R. & E. tók þeim vel ok, benigne eos excepit &.

(q) ok ſagdi Gunnarr.] R. Gunnarr var þar ok ſagdi honom frá ꝛc. G. ibi manſit eique de &c.

A. C. alienam culpam lueris. Interrogatus a Niale Gunnarr, an Comitia esset adi-
979. turus; aditurum se significauit: vicissim rogans, an eo proficisci cogitaret Niall. is vero negabat profecturum; quin velim (ait) vt & tu ita faceres. Inde Gunnarr domum, Niale donis egregiis mactato, gratiisque de bene gesta rei suae cura illi persolutis, repetebat. Kolskeggus fratri, vt ad Comitia iret, vehementer suasit: eo tuus (ait) honor gliscet, quod (r) te illic multi ibunt visere. (s) Parum mihi, respondit Gunnarr, procliuis ad ostentationem fuit animus: nihilo tamen minus amo bonos viros videre. Venerat eo Hallvardus, (t) illosque sponte promisit ad Comitia prosequi.

Cap. XXXIII.

Petitio Gunnaris vxoria.

P. 48. Gunnarr caeteris comitibus iter ingressus est. Ut vero in comitia ventum, hi tam laute vestiti erant, vt nemo aeque splendidus fuerit: quin omnibus ex tabernaculis admiratum eos multitudo effusa est. Adiit Gunnarr tabernaculum Rangaënsium, ibique cum propinquis egit suis. Ibant eum visere, resque nouas percontatum, multi homines: queis omnibus lubentem se ac laetum praebuit, cuique quod desiderabat, referens. Quodam die, quum ab *juris dicundi rupe* discedebat, accidit, vt (u) praetergressus tabernaculum Mosfellensium, mulie-

(r) margr man þar at þer vikia.] E. R. m. m. sá at þ. v. nú at eigi hefir ádr (er þín þickiz þurfa) t. ill. m. ii nunc ib. vis. qui non antea (qui tua opera opus sibi putant).

(s) Litt hefi ek þat skap haft.] R. l. h. ek þ. í skapi h. minus mihi id in animo fuit, ostentare me.

(t) *Haec nesciunt* C. E. R.

(u) gekk fyrir Mosf. b.] iid. g. f. nedan M. b. prodiens infra t. M.

(v) mulierem, nitide ornatam, sibi obuiam incedentem videret; quae, simul vt conueniebant, Gunnarem salutauit. Is salutatione comiter suscepta, quae sit (faeminarum) rogat. Nominari se Hallgerdam indicat, gnatam esse Höskulldi filii Dalakolli: libereque ad illum verba faciens, petit, sibi de iteneribus suis vt narret: ille vero faeminam colloquio prohibiturum negauit. Itaque adsident & confabulantur. Hic autem habitus mulieris: Erat (x) in rubro subligaculo, pallam coccinam, (y) fimbriis limbo infimo tenus ornatam, superinduta: capilli ad pectus pertingebant multique & nitidi. Gunnarr (z) veste coccina, quam ei rex Haralldus Gormi filius donârat, amiciebatur, manu armillam, ab Hacone dynasta datam, gerens. Postquam prolixe, (a) neque id demissa voce, collocuti erant, res eo venit, vti, num innupta esset, quaereret. Affirmat mulier; Nec est (inquit) mei connubii fortuna cuilibet periclitanda. Siccine dignum te putas neminem? Illa respondit. Haud sane; atqui delectum virorum adhibeo. Quomodo suscipies, si ego te ambiam vxorem? mulier: Hoc tibi, reor, non est in animo. Ille: Est vero, inquit. Et illa: Siquid ita fert animus, parentem conueni meum. Finito ita colloquio, statim se Gunnarr ad tabernaculum Dalamannorum contulit, & a quodam homine ante tabernaculum offenso percontatur, an Höskulldus sit in tabernaculo? illoque hunc intus esse respondente, mox introgreditur. Ab Höskulldo & Ruto comiter exceptus, his medius adsedit, neque ex colloquio

A. C. 979.

 appare-

(v) konv fara — vel búin.] iid. konur gánga í móti ser ok voru vel búnar. sú var í ferdarbroddi konan er bezt var búin, mulieres — ornatas — incedentes —. ea vero, quae splendidissime vestita erat, in fronte cateruae ambulauit.

(x) í raudu kyrtli.] C. E. R. í raudom kyrtli ok var á búníngr mikill, in rubra tunica, magno cultu exornata.

(y) hladbúna.] C. E. R. ok var hlødum búin etc.

(z) skallazklædom.] C. E. tignarklædum þeim, veste illa pretiosa. R. klædum þeim, v. illa.

(a) hátt.] E. hliótt, demissa v.

A. C. apparebat, (æ) iras vnquam interceſſiſſe. Deuenit eò ſermo Gunnaris,
979. quomodo fratres forent reſponſuri, ſi Hallgerdam poſceret? Cui Hôſkulldus:
p. 49. Recte, inquit; modo hoc tibi (b) certum ſit: Et Gunnarr: Serio dico: tametſi nos proxime ſic diſceſſimus, vt pleriſque futurum ſit veriſimile, nullam inter nos fore conjunctionem. Hölk. Quid tibi, Rute frater, videtur? Rut. Diſpares has partes cenſeo. Gunn. Quid huc adfers? R. (c) Hac ſuper re, quod verum eſt, tibi reſpondebo: tu vir es fortis, bonisque rebus praeditus: foemina vero multis laborat maculis; neque enim tibi in vlla re imponam. G. Bene feceris: atqui ſi hanc mihi conditionem denegaueritis, pro certo habeo, vos hic (d) antiquae ſimultatis rationem habere. R. Haudquaquam; quin te video jam non poſſe fatis reſiſtere: at quamquam non ineamus pactum, tui amici eſſe vellemus. G. Compellaui foeminam, neque illa conjugium abhorret. R Scio (e) vos ambos hujus (f) connubii eſſe cupidos: cetera ipſi praecipue euentum periclitamini. Ruto de indole Hallgerdae omnia Gunnari vltro enarrante, (g) primum ei compluria eſſe viria videbantur: ſed eo tandem res deuoluta, vt (h) conuentio inter eos confieret. Arceſſitur Hallgerda, resque hac praeſente tractatur: nunc & quemadmodum antea fecerunt, vt ſemet ipſa ſponderet. Agitarentur nuptiae Hlidarendi. Quae res vt initio celanda eſſet, tamen eo rediit, (i) vt vulgo innoteſceret. A comitiis domum rediens

---

(æ) miſſætti.] C. E. R. nockor misþykkia, quidquam ſimultatis.

(b) alvgat.] E. Chh. alhugat. C. R. alvara, ſerio ſtatutum.

(c) þetta *omittunt* R.

(d) í fornan fiandſkap.] C. R. fornan f. vid mik, erga me.

(e) at bádvm er ꝛc — hættir þit ok ꝛc.] R. at ſvo mvn vera ok hættir þú m. ita eſſe, tuaque res maxima agitur.

(f) girnda ráð.] Chh. giøranda.

(g) fyrſt ærit margt.] R. hellzti mart, admodum quam multa.

(h) ſaman dró kaupmála med þeim.] C. R. ſ. fell kaupmáli (fellu kaup E.) þeirra.

(i) er.] E. R. at.

rediens, Bergthorhsvalem venit, suisque de pactis Nialem docuit. hic vero rem illam iniquo sane animo excepit: rogatusque a Gunnare, (k) quî tam inconsultum duceret? Quoniam, inquit, ab illa muliere, vbi venerit huc in orientem, omnia proficiscentur mala. Gunnarr: At nunquam inconciliabit nostram amicitiam. Niall vero: (l) Prope tamen erit, vt id fiat: tu autem peccata ejus semper corriges. Nialem & (m) omnes, quotquot ejus familiae adesse vellet, Gunnarr ad conuiuium nuptiale inuitauit: illeque condixit. Deinde profectus domum, per viciniam conuiuas vocatum curcumibat. A. C. 979.

Cap. XXXIV.

De Thraine Sigfussonio.

Viro nomen erat *Thrainn*, filio Sigfusi, filii Sigvati *Rufi*. Ille praedium Fliotzhlidense (n) Griotam incolebat: Gunnari cognatione junctus: vir sane honoratus. Uxor illi Thorhillda *Poëtria*, mulier procacissimae linguae, & cauillabunda: viro parum amata. Ad nuptias Thrainn (o) vxorque vocaban- p. 50.
tur: quae & Bergthora Skarphedinis filia, Nialis conjux, munus ministrandi (cibum potumque) obibant. Secundus Sigfusi filius nominabatur Ketill, (praedium) Markam ab oriente fluminis Markici inhabitans: cui vxor fuit Thorgerda Nialis gnata. Tertius Sigfusi natus erat Thorkell, quartus Mördus, quintus Lambius, sextus Sigmundus, septimus Sigurdus: qui omnes Gunnarem cognatione

(k) hví Niáli þótti þetta ꝛc.] C. E. R. hvat han fyndi til þess at (er) honom þætti slíkt, quid adferret, quamobrem tam.

(l) nær fara.] C. R. nærr (nerr) leggia. E. nærri liggia.

(m) avllvm þeim.] R. Chh. aullu því (*subaudi* lidi, domesticos).

(n) Grytá.] D. Grítá. ceteri Griótá, ɔ: amnis lapidosus.

(o) ok konu hans. hon gekk at beina.] C. E. R. til Hlídarenda ok skylldi kona hans gánga vm beina (hon gánga fyrir bodi. E.) Hlidarendum vocabatur, vxorque sua officium ministrandi obiret (in conuiuio ministraret).

A. C. natione tangebant, magnique bellatores erant. Hos ad conuiuium Gunnarr
979. conuocauit. Rogârat etiam Valgardum *Vafrum*, Ulfum *curionem* Eyrenſem, horumque filios Runolfum & Mördum. Ad nuptias Höſkulldus & Rutus magno comitatu venerant, in quo Thorleikus & Olafus (p) filii Höſkulldi. Ornauit & comitatum ſponſa, hujusque filia Thorgerda; virginum venuſtiſſima: tunc temporis (q) XIV. annos nata. Ducebat ſponſam numeroſa mulierum caterua. Praeterea Thorhillda Aſgrimi filii Ellidagrimi gnata, item Thorgerda & Helga filiae Nialis aderant. Celebri conuiuio Gunnnarr vtebatur, & ſic collocauit ſuos inuitatos. Unum ſedilium ipſe inſedit medius: ab interiore latere Thrainn Sigfuſſonius, tum Ulfus curio Eyrenſis, tum Valgardus *Vafer*, tum Mördus & Runolfus, tum caeteri Sigfuſſoniorum & Lambius quidem (r) vltimus. Exterius Gunnari latus claudebat Niall, cui Skarphedinn, Helgius, Grimus & Höſkulldus; item Hafur *Sapiens*, Ingialldus a Kelldis, filiique Thoreris ab Hollto orientali, ordine adſidebant. Ipſe Thorer extremam inter nobiliores viros ſedem affectauit; nam ſua quemque ſeſſio delectabat. Alterum ſedile medium Höſkulldus occupauit, filiis (s) intra ipſum, ſed (t) extra Ruto accumbentibus. ordo caeterorum virorum non eſt editus. Sponſa (u) in medio tabulato ſedit, cui filia Thorgerda & Thorkatla filia Aſgrimi Ellidagrimo nati, conſidebant, altera dextra, altera ſiniſtra. Conuiuis Thorhillda miniſtrabat, & ſociâ Bergthorâ cibos (v) appoſuit. (Interim) Thrainn Sigfuſſonius obtutum in Thorgerda Glumi filia defixit: quod vxor Thorhillda ſentiens, ſtomachata in virum (x) his verſiculis inuehitur:

Turpe

(p) Poſt Olafr *addit* E. Pá, Pauo.
(q) fiórtán.] E. Xvii. R. Xvi.
(r) yſtr.] C. E. R. inztr, intimus.
(s) innar frá] E. utar frá, extra.
(t) utar frá.] E. innar fr. intra.
(u) á midivm palli.] E. R. á midian pall, medium tabulatum inſ.
(v) á bord.] R. innar, introferebat.
(x) gerdi quidlíng.) C. E. R. qvedr, ita cecinit.

(y) Turpe eſt, finditur os hiante rictu, A. C.
Et limis tibi fraus ineſt ocellis, 979.

Mi Thrainn! inquit mulier. Repente vir menſam tranſilit, (z) declarat dimitti a ſe (a) Thorhilldam; neque enim (inquit) cauillas ejus & venenata dicteria pati volo: quin adeo pertinax (æ) hanc rem vrgebat, vt conuiuio p. 51. intereſſe, niſi expelleretur vxor, noluerit. atque ita fiebat, vt illa faceſſeret. Iamque ſuo quiſque loco haerebat, magnaque (b) feſtiuitate potabatur, cum Thrainn ſic orſus eſt: Non (c) muſſabo quod mihi in animo eſt: te, Höſkullde Dalakolli gnate, interrogo, an velis Thorgerdam neptim tuam mihi nuptum dare? Höſkulldus ait: De hoc dubito; nam hanc modo vxorem tuam (d) male abs te dimiſſam cenſeo: verum qualis eſt, Gunnarr, hic homo? Is reſpondet: Nolo de homine dicere, nam eſt mihi conſanguineus: tu vero, Niall, dicas quaeſo, addit Gunnarr; tuis enim verbis omnes habebunt fidem. Niall infit: Hoc de homine licet dicere, quod eſt homo diuitiis pollens, & omnibus praeclaris artibus (e) exornatus, & inter magnorum hominum pri-

N mos

(y) 1) era 2) gapripur 3) góđar, 4) Sogr er 5) þer í avgvm.] 1) R. erađ, id. || E. Chh. eru, placent diducta ora. *per quaeſtionem, v. ironiam.* 2) S. gaprifur. I. K. L. N. gaprysur. H. gafry-ſur. E. P. gafhriflur. C. R. gapriplar. M. gafriplar. 3) C. góđir, *maſc. gen.* Q. gervar, admodum. 4) C. R. gægr. E. Chh. giægr. P. giægir. O. Q. giæur eru, limi ſunt tibi oculi. 5) P. E. í augum (aug E.) þer.

(z) *Ante* ſagđi ſkilit *addunt.* C. E. R. nefndi ſer votta ok, teſtibus nominatis.

(a) Þórhilldi. vil ek eigi — mer.] R. M. hana ok villdi eigi — ſer, vxorem, neque voluit &c.

(æ) of þetta.] C. E. R. Chh. um þetta.

(b) gladir.] C. E. R. kátir, laetitia.

(c) færa þat í hlióđmæli er mer er í ſkapi.] iid. gera at launtali þat ſem mer er í hug (byrr í ſkapi) celabo &c.

(d) illa ſkilit.] iid. litt hafa ſk. *per Charientiſmum.*

(e) gerr at ſer.] Chh. vel at ſer.

A. C. mos annumerandus; quapropter ei copiam hujus conditionis facere poteſtis.
979. (f) Tum Höſkulldus: Quid tibi, Rute frater, videtur? Ea gratiâ (reſpondit is) facultatem illi facile dabis, quod vir muliere dignus eſt. Hinc de pactis cunjugalibus tractatur & vtrinque plane conuenit. Tum Gunnarr & Thrainn ſurrexerunt, tabulatum adeunt; quaerit Gunnarr, an mater & filia (Hallg. & Thorg.) pacta ſuo adſenſu firmare vellent? Negant hae, ſe quicquam mutaturas, ipſaque Hallgerda deſpondet filiam. Mutato hinc foeminarum conſeſſu, Thorhalla jam ſedit media inter ſponſas. Honeſte agitatur conuiuium. Quo exacto, Höſkulldus cum ſuis in Occidentem, Rangaënſes vero (g) ſuam quiſque domum rediêre. Multos conuiuarum Gunnarr donis honorauit; id quod ei magnam conciliauit gratiam. Hallgerda, (h) poteſtatem rei domeſticae adepta, parandae rei diligens erat, & magnae auctoritatis. Thorgerda quoque procuratione rei familiaris Griotae ſuſcepta (i) bona materfamilias (k) exſtitit.

Cap. XXXV.

Conuiuium in Bergthorshvale.

Id erat moris Gunnari & Niali, vt alternis hyemibus vnus apud alterum (l) conuiuaretur amicitiae nomine. Tunc autem Gunnari frequentandum apud Nialem (m) conuiuium fuit, isque & Hallgerda profecti ſunt Bergthorshvalem. Interim Helgius & vxor domo aberant. Gunnarem vxoremque Niall

(f) þá mællti H. — koſtinn *omitt.* R.

(g) ſinna heimila.] E. ſins heima, ad ſe domúm.

(h) búrádum.] N. búnadinum, rem domeſticam capeſſiuit.

(i) gód.] H. mikil, inſignis.

(k) var.] R. þótti vera, habebatur.

(l) þá — heimbod.] E. R. P. þ. — vetrgrid, id. *rariſſimo ſenſu, nam alias hoſpitium hiemale deuotat.*

(m) veizlv.] iid. vetrgrid.

Niall benigne amplexabatur. Cumque (n) aliquantiſper illic egiſſent, Helgius A. C.
& conjux Thorhalla domum reuenêre. Tum Bergthora cum Thorhalla 979.
vna tabulatum adgreſſa, Hallgerdae loquitur: Huic mulieri locum facias oportet. p. 52.
Reponit ea: Nulla cedam; nolo enim (o) in angulum (infimum locum) rejici (p). Illa contra: Hic eſt mea poteſtas. Itaque Thorhalla conſedit. Accedebat Bergthora menſam, aquam (lauandis) manibus adportans. Hallgerda, manu ejus prehenſa; Haud ſane, inquit, tu & Niall formae decore diſpares eſtis: tu ſingulis digitis vngues habes ſcabros; vir autem eſt imberbis. Verum, ait illa; hoc tamen neuter noſtrum alteri dat vitio: ſed vir tuus Thorvalldus non imberbis erat, ac tamen mortis ejus auctor fuiſti. Hic Hallgerda: (q) Adeo mihi parum prodeſt, viro Iſlandorum fortiſſimo nuptam eſſe, ſi tu, Gunnarr, hoc non vlciſceris. Hic raptim ſurgens & ante menſam progreſſus, Me domum referam, ait; namque digniſſimum eſt, vt cum hominibus tuis domeſticis (r) jurges, non alienos intra parietes: caeterum ego Niali de multis officiis multum (s) debeo; adeo *) ſtimulis tuis non incitabor. Cum domum abituri eſſent, Hallgerda fatur: Memento Bergthora, non (t) diremta ſic fore negotia noſtra. haec vero illam nihil inde lucri facturam confirmauit. Id Gunnnarr ſilentio praeteruectus, Hlidarendum rediit, domique (u) totam hiemem aeſtatemque, dum comitiorum tempus appeteret, commorabatur.

(n) *hic iterum incipit cod.* B.

(o) hornreka v. ek v.] D. I. hornroka. M. hornrocka. N. hornoka, id. B. K. L. hornkona, C. E. R. P. hornkerling, mulier, anus angulo digna cenſeri.

(p) *Huc addunt* R. her, hic.

(q) til litils.] C. E. P. fyrir litit.] R. fyrir hvat, quid m. pr. — ?

(r) ſennir.] D. E. Chh. ſinnir. R. ſæmir.

*) eggianar.] P. eggíngar.

(s) lavna.] R. giallda.

(t) ſkilldar.] E. ſk. at ſkiptunum, — commercia.

(u) allan vetrinn.] R. v. igegnom, per t. h.

A. C. 980.

Cap. XXXVI.

(v) Kolus occidit Suartum.

Idem ad Comitia iter instituit: sed priusquam domo abiret, Hallgerdae dixit: Placide te geras, dum absuero, (x) neque te infestam vlla re praebeas, vbi cum amicis meis res est. Amicos tuos, reponit illa, mali genii auferant! Gunnarr, (y) haud mollem affatu esse conjugem intelligens, Comitia petiit: quo & Niall omnesque filii proficiscebantur. Iam vero (z) quae domi geruntur, memoremus. Erat in Raudaskridis (ruinis rubris) silua Niali & Gunnari communis, quam adhuc indiuisam (a) caedere solebant, vti quisque (æ) opus habuit, nec (b) super hoc alter alterum incusauerant. Kolus nomen
P. 53. fuit operum praefecto Hallgerdae, qui cum ea diu egerat, homo sane profligatissimus. Svartus nominabatur homo, (c) Nialis & Bergthorae famulus, iisdem satis acceptus. Hunc Bergthora in siluam Raudaskridensem (d) lignatum ire jussit: ego vero (inquit) allegabo, qui ligna domum (e) vehant. Famulus (f) imperata facturum (g) annuit, & in Raudaskridas ascendit, (h) ibi

(v) Kolr vá Svart.] B. víg Svartz húskarls Niáls, caedes Svarti, famuli Nialis.

(x) ønga fárskapi.] D. E. I. K. L. N. P. øngann fárskap. *singular.* G. ønga úvisso, nullas turbas pr. *mox* iid. þvíat (*pro* þar sem) quoniam.

(y) at eigi var gott ordum vid hana at koma.] C. E. K. L. N. P. — skipta, nihil expedire cum vxore verba commutare.

(z) hvat heima er tídenda.] Fragm. membr. c. hv. til tíd. er h. medan, quae interim &c.

(a) at høggva] Fragm. c. at láta h.

(æ) þyrfti.] id. þurfti. R. villdi, voluit.

(b) á annan of þat.] Fragm. c. á þat, neuter id accusauit.

(c) var húskarl N. ok B.] id. hafdi lengi verit med þeim Bergþorv ok Niáli, qui diu apud B. & N. egerat.

(d) høggva skóg.] E. h. í skógi. R. h. vid.

(e) draga.] Fragm. c. bera, portent.

(f) legdi fyrir hann] E. R. villdi, quod ea vellet.

(g) quaz.] Fragm. c. lez, ostendit.

(h) *Huc inserunt* E. M. tekr han þar ok høggr skóg, ibi arbores caedere incipit.

ibi ad septem dies (i) mansurus. Interea (k) mendici quidam ex oriente per flumen Markicum veniebant Hlidarendum; Svartum in Raudaskridis fuisse, arboresque, magno opere confecto, cecidisse referentes. Ad quae Hallgerda: Sic Bergthora multis me rebus intenderit spoliare: hoc autem ego faciam, ne saepius caedat famulus. Quod audiens Rannveiga Gunnaris mater suscipit: Bonae quidem habitae sunt matresfamiliarum (l) quanquam non operam dederint (m) homicidiis. Postquam nox decesserat, tempore matutino Hallgerda Kolum conuenit, &, Negotium, inquit, tibi destinaui; (n) teloque illi tradito, subjecit: Ito in Raudaskridas, illic Svartum reperies. Ille: Quid mihi cum illo? Tu rogas? inquit mulier, qui summa praeditus es malitia animi: illum nempe (o) tollito. Famulus: Id quidem potero; verum credibile est, id me capite luiturum. Hallgerda contra: Nihil non tibi formidinem incutit, teque indigne praebes erga me, quae tibi (p) in re qualibet (q) fauerim: quare allegabo alium, si tu non sustines. Hinc ira concitus securim capit; equum, qui Gunnaris erat, adhibet, orientem versus tendit ad flumen vsque Markicum. Hic ex equo descendit, & in silua, donec materiem vectores deportassent, solusque remaneret Svartus, opperiebatur. Tum vero se ad eum proruens, Plures, inquit, quam tu (r) solus grandes dederint ictus: (s) hominique securim in caput impingit, (t) lethalemque (u) plagam infert. Quo

A. C. 980.

(i) vera.] Fragm. c. vinna, opus facturus.

(k) Snaudir menn komu.] R. Sva bar til at fátækir menn k. ita accidit, vt pauperes quidam.

(l) gódar þótt.] Fragm. c. gódar austr her. at, — in hoc orientali tractu, qu.

(m) mannrádum.] E. P. manndrápum.

(n) honom í hendr vapn.] Fragm. c. honom öxi, securi tradita.

(o) vega.] id. drepa, caedito.

(p) hvern hlut.] R. hvetvetna. Fragm. c. jafnan, semper.

(q) mællt eptir.] N. látit eptir, indulserim.

(r) einn *omittit* E. & Fr. c. *Mox* E. hleypr at honom ok hió han b. h.

(s) ok setti — höfud honom *nesc.* R.

(t) ok hió — banahögg *omitt.* Fr. c.

(u) högg.] B. C. höggvi.

A. C. Quo facto reuerſus domum, Hallgerdae caedem nuntiat. (v) Praeſtabo tibi,
980. ait illa, praeſentem adeo tutelam, vt (x) nihil tibi nocere queat. Ille vero: Id fieri poteſt; verum (y) aliter comiſſum ante homicidium ſomniaui. Interim vectores in ſiluam redeuntes Svartum nacti ſunt (z) interfectum, & cadauer domum reportauêre. Miſit ad Comitia Hallgerda, qui Gunnari caedis nuntium adferret. Is initio, praeſente nuntio, neque acriori voce perſtringebat vxorem, neque aequo, an iniquo animo colligi (a) primum potuit. Paullo poſt (æ) ſurgens, comitari ſe ſuos juſſit; quod & faciebant. Ambulant ad Nialis tabernaculum; quem Gunnarr, miſſo intus homine, egredi rogat; illeque ſtatim exit. Cumque (b) in colloquium veniſſent, Gunnarr ita loquitur: Habeo tibi homicidium indicare, cujus (c) cauſa eſt vxor mea, meusque villicus Kolus; tuus vero domeſticus Svartus necem accepit. Niall
p. 54. ſilentium tenuit, donec ille rem expoſuiſſet omnem: tum vero infit: Curato tibi opus eſt, ne conjux omnia (pro libito) perpetret. Ipſe cauſam diſceptabis, ait Gunnarr. At Niall: (d) Arduum tibi erit, cunctas Hallgerdae culpas expiare: quas quidem plus incommodi ſecuturum eſt alibi, quam hic, vbi (e) res eſt inter nos; tametſi plurimum etiam (f) abeſt, vti haec res recte

(v) Hón mællti. ſva ſkal ek þik.] Fragm. c. niót heill handa. ſagdi hon. ok ſkal ek þik, gratulor tibi fortitudinem ſtuam, inquit illa, & ego &c.

(x) ekki.] R. eingi, nemo.

(y) hinn veg dreymdi mik.] C. R. E. hitt hefir mik (helldr) dreymt, illud &c.

(z) veginn.] C. E. R. daudann, mortuum.

(a) fyſt.] R. víſt, pro certo.

(æ) ſtód hann vpp — búdar N. *neſciunt* R.

(b) gengv — á tal.] Fragm. c. ſettuz — á tal, conſediſſent colloquentes.

(c) valldit.] Fragm. c. volldit.

(d) erfitt.] id. feſkyſlt, deficiet pecunia ad expiandas.

(e) eigum lut at.] id. eigumz vid eda hlut at.

(f) ávanta.] C. atſkorta. E. ſkorta (*ſeqq.* R.) at vel verdi, — vt recte agatur.

reᶜte ſit: quare nobis opus erit, (g) promiſſae mutuo beneuolentiae vt ſimus memores, & ſpero te te bene geſturum; at oppido fatigabere. Ius ex arbitratu dijudicandi adeptus a Gunnare; Hac de re, inquit, non litigabo tecum contentioſe; XII. vncias argenti ſolue: verum hanc adjicio conditionem, ſi qua lis a (h) noſtra familia, quam decidere tuum fuerit, proficiſcetur, (i) ne (mecum) iniquius tranſigas (k). Hanc multam Gunnarr juſte (l) ſoluit; ac domum poſtea rediit. Niale filiisque a comitiis domum reuenientibus, Bergthora pecuniam (multatitiam) conſpicata, Bene quidem, ait, res eſt compoſita; ſed tantundem pro Kolo expendetur labente tempore. Gunnarr ex Comitiis domum redux Hallgerdam increpauit; &, quum ea multos (Svarto) praeſtantiores inexpiatos jacere praedicaret, repoſuit, penes vxorem fore (m) conata ſua, penes vero ſemet (n) cauſarum exitum. (o) De caede Svarti Hallgerda crebro gloriabatur; id vero Bergthoram male vſſit. Niall filiique Thorolfsfellum ad ordinandam ibi rem domeſticam proficiſcebantur. Hoc ipſo die (p) caſu accidit, vt Bergthora foris conſtituta, hominem equo pullo ad aedes inuehi animaduerteret: ſtitit ergo gradum, neque teᶜta ſubiit, ſed hominem, quem ignorabat, quique haſtam manu praeferebat, enſiculo cinᶜtus; nomen per-

A. C. 980.

(g) vel við mælt.] C. M lengi v. v. m. diu. R. E. lengi við m. quid jam diu (ſaepe) inter nos promiſerimus.

(h) varum.] Fragm. c. mínum, mea.

(i) at þer ſtillit eigi verr gerdinni.] R. at þer gerit ſva, vt (quemadmodum ego) ita transigas. E. at þat ſe iafnt, vt aequalis ſit multa. || Fragm. c. at þú hafir í gódum høfnum, vti tu id placide accipias. at þer — gerdinni, *omittunt* B. C.

(k) *Huc addunt* R. Gunnarr ſagdi þat makligt vera, quod G. aequum eſſe dixit.

(l) *Hic inſerit* Fr. c. ok ſkøroliga, promteque.

(m) tiltekinn.] id. tiltækinn. Chh. tiltektum.

(n) hverſu málin lúkaz.] E. hv. rádin ſkulu lúk. quomodo incepta (cogitata) abeant.

(o) vm víg.] C. E. R. af vígi.

(q) *Poſt* ſama dag *addunt* C. E. R. er han var i brottu, cum abeſſet (Niall).

A. C. percontatur. Atlius nominor, inquit: rogatusque, vnde gentium esset, (q)
980. respondet: homo sum Ostfiördensis. Bergth. Quo iturus? (r) Atl. Egeo certa sede; quare Nialem & Skarphedinem conuenire cogitabam, si me recipere vellent, cogniturus. Bergth. Cui tu operi aptissimus? Atl. Profiteor agriculturam, compluribus adhoc negotiis (s) sat idoneus: caeterum non dissimulabo, quod duri sum ingenii; vnde & (t) multis subinde contigerunt a me haud leuia incommoda. Bergth. Hoc tibi vitio non do, quod non es semivir. Atl. (u) Numqua tibi potestas hic loci? Bergth. Sum vxor Nialis, neque minus, quam is, familiam conduco. Atl. Vis me admittere? Bergth. Hoc faciam ea lege, si tu, (v) quod tibi praecepero, exsequi velis,
p. 55. etiam si te ad (x) homines de medio tollendos ablegem. Atl. Ea tibi (y) virorum copia est, vt (z) ad hoc mea opera opus, credo, non habeas. Bergth. Quod volo, indico. Atl. In hoc conueniemus. Itaque matrona recepit hominem (a). Niall cum filiis domum rediens, Bergthoram, qui sit ille, percontatur. Famulus tuus, ait; quem in familiam accepi, (b) quod se manu

(q) ek em Avst. f. m. s. hann. omitt. C. E. R.

(r) *Hic* Fragm. c. *nouum caput incipit*: Frá þvi er Bergþóra tók vid Atla. De Bergthora Atlinm (in familiam) recipiente.

(s) er mer vel hent at gera.] id. kann ek at vinná. E. — vinna ok ek er madr skapharðr.

(t) margr jafnan.] Fragm. c. *tantum*: opt, saepe.

(u) ert þú nokkrs — enn hann', *nescit* E.

(v) villt vinna þat er ek legg fyrir þik.] E. villt sligt sem eg, tu idem, quod ego, voles. *Mox* id. þótteg vilir senda. || þat er ek 2c.] R. C. slikt sem ek vil, quod ego voluero, facere vis. || Fragm. c. allt þat 2c, omnia, quae.

(x) mannráda.] C. manndrápa, id.

(y) tilvarit of menn.] Fragm c. mønnum varit.

(z) mín at sliku þurfa.] id. mín þurfa at því at kosta. || E. mik at sl. þ. at quedia, me ad hoc appellare.

(a) *Post* honom *addunt* R. vel, amice.

(b) ok quedz hann vera.] Fragm. c. þvíat h. lezt v. nam &c.

manu alacrem profiteretur. Ad quae Niall: (c) Credo hominem valde ope- A. C.
roſum, ſed (d) an adeo bene operoſus ſit, id vero neſcio. Erat Skarphedinn bona in Atlium voluntate. Aeſtate Niall & filii Comitia adierunt: in quibus 981.
etiam Gunnarr adfuit. Patre crumenam expromente, Skarphedinn, (e) Quid, inquit, mi pater, hoc eſt pecuniae? illa ipſa multa, (reſpondit Niall,) quam priori aeſtate Gunnarr pro (f) famulo noſtro ſoluit. Hac tu, puto, (g) non ad nihil vtêris, ait Skarphedinn, ac ſubridebat.

CAP. XXXVII.

Caedes Koli, ab Atlio interfecti.

Sed (h) eo vertat oratio: (quod) Atlius quodam die a Bergthora quaeſiuit, quid ſibi operis eſſet conficiundum? Cui illa: Deſignaui tibi negotium, inquit: i, quaere Kolum, dum conueneris; namque tu illum hodie, ſi ex voluntate facere vis mea, obtruncabis. Atlius: Aeque hoc comparatum, (i) nam vterque ſumus ſceleſti homines: tamen ego illum ſic adoriar, vt occumbat noſtrûm alteruter. Hera: Lepidam, inquit, (k) praeſtiteris operam, neque id nullo pretio facies. (l) Famulus arma capit & equum, inque Fliotzhlidam

 aſcen-

(c) ærit mun hann ſtórvirkr.] R. yfrit m. h. úhandlatr, — manu alacrem. I. ſynum er h. ſtórv. adſpectus hominis oſtendit eum eſſe v. o.

(d) hvart hann er ſva gódv.] Fragm. c. hverſv gódv. h. er. quam bene.

(e) hvat fe er þat fadir.] R. hv. f. þ. ſkylldi, quod ea pecunia? rogauit.

(f) heimamann.] Fragm. c. húskarl.

(g) til nockvrs.] id. fyrir nacquat.

(h) þar til at taka.] B. D. R. Chh. at t. til heima, domum. Fragm. c. at ſegia frá heima, quae domi geruntur, narranda.

(i) þvíat hvarrtv. okkar er.] Fr. c. her er hv. illm. hic.

(k) fara.] E. verda.

(l) hann tók.] R. h. gekk ok tók, abiit, armaque cepit.

A. C. adſcendit. Ibi viatores obuiam fiebant,| Hlidarendô decedentes, quibus in
981. Marka orientali domicilium erat. Ab his Atlius, quò cogitaret, interrogatus; eundum ſibi dixit equum quemdam veterinum inueſtigatum. Afferunt exiguum tanto operario (m) negotium: caeterum, (addunt,) res eſt primum ab iis requirenda|, (n) qui proxima nocte (o) vigilarunt. Quinam? ait. Reſpondent: Kolus *homicida*, famulus Hallgerdae, qui modò ab aeſtiuis deſcendit, perpetem noctem vigilauit. Hic Atlius: Dubito an hunc adire audeam; (p) malitioſus eſt; (q) & forſan ego *alterius damno cautus* fiam. Viatores contra: Alius videri poſſes de ſupercilio, ſcilicet haud (r) mollis animi vir: ſimul, vbi Kolus eſſet, monſtrantes. Mox incitato equô, magna feſtinatione Atlius vehitur, & Kolum, vt venit obuiam, compellat, inquiens:
p. 56. Bellè procedit (s) vectura clitellaria? At Kolus: Nihil ad te, inquit, (t) lutum hominis! neque ad quemquam e tua domo. Atlius reponit: Reſtat tibi res laborioſiſſima, (u) mori ſcilicet: & cum dicto haſtam in medium Koli corpus dirigit. Kolus contra ſecurim vibrat, neque tetigit|: ſed ab equo delapſus continuo exſpirauit. Hinc Atlius, donec operarios Hallgerdae inueniret, equi-

---

(m) eyrindi.] E. verk, opus. *mox pro* ſlíkum *legit* Fragm. c. ſva gódum, tam bono.

(n) er.] Regii: *at*, id.

(o) á ferli hafa v.] Fragm c. á ferd h. v. iter fecerunt.

(p) ſkapillr.] R. illfengr.

(q) má vera at ek.] E. & Fragm. c. mun eg, opinor. || Chh. ſkal ek, certum eſt, vt. || B. búd eigi láti hann ann. forſitan ille non — fiet.

(r) ragr.] R. hræddr, meticuloſi.

(s) klyfiabandit.] C. E. R. klyfiaburdrinn.

(t) mannfylan.] R. mannfylo þína. *accuſandi caſu.*

(u) en þat er at deyia, *omittunt* B. C. E. R.

(v) equitat: Adſcendite vos, inquit (illis), ad jumentum Koli, hominemque (x) ſeruate; nam ex equo demiſſus eſt, idque exanimis. Tunc occidiſti eum? quaerunt. Ita, credo, videbitur Hallgerdae, non ſua morte mortuum eſſe, regerit Atlius: & mox domum profectus rem renuntiat Bergthorae. Quo de facinore, verbisque, (y) quibus fuerat vſus, illa gratias peregit. Atlius: Neſcio, an hoc probetur Niali. Accipiet, inquit hera, bonam in partem; cujus vnum tibi argumentum adferam, quod (z) (ſecum) ad Comitia ſumſit pretium ſerui, quod priori (a) vere accepimus; id ipſum nunc pro Kolo expendetur. caeterum etſi tranſactio fiat, tibi tamen vt caueas, auctor ſum; Hallgerda enim nulla ſeruabit pacta. Numquid vis, (ait ille,) ad Nialem mittere, qui caedem nuntiet? (æ) Nolo, inquit illa: ſatius haberem caedem Koli non reſarciri. quo dicto colloquium dirimebant. Hallgerda, caede Koli ſibi nuntiata, verbisque ab Atlio adhibitis, mercedem ſe huic reddituram praedicauit, miſitque ad Comitia Gunnari caedem Koli indicaturum. Suſcepit ille paucis, &, qui Niali renuntiaret, mandauit. Quo (b) nihil reſpondente, Skarphedinn ſuſcipit: Multò majora nunc, praeut dudum, ſerui gerunt; ante hac (tantum) colluctabantur, (c) neque id in noxa ponebatur; nunc verò *) armis confligere (d) incipiunt. haec ille ſubridens. A. C. 981.

 Niall

(v) reid.] Fragm. c. for, iter fecit.

(x) getid.] C. E. R. geymit, id.

(y) er hann hafdi vm haft.] R. e. h. h. eptir, quae poſt factum fecerat.

(z) til þíngs þrælsgiølld þav.] Fragm. c. med ſer feſiód þann, crumenam ſecum.

(a) vár.] B. R. Fragm. c. ſumar, aeſtate.

(æ) eigi vil — þav talino *neſcit* R.

(b) *Hic* Fragm c. *inſerit:* þagdi ok, tacente, neque quidquam.

(c) ekki ſaka.] B. øngom manni ſaka, cuiquam vlla videbatur culpa. Fragm. c. øngo ſkipta.

*) vegaz. ok glotti vid.] R. drepaz. ok hló vid, alter alterum interficere &c.

(d) vilia (volunt.] Fragm. c. taka.

A. C. Niall crumenâ, quae in tabernaculo (e) erat suspensa, raptim depromtâ
981. exiit, filiis eum ad Gunnaris tabernaculum comitantibus. (f) Hic quendam in ostio (g) constitutum Skarphedinn ita compellat: Dic Gunnari patrem meum ab eo conueniri velle. Id faciente homine, Gunnarr statim egressus, Nialem (h) benigne salutauit, cumque sermonem inchoauissent, hic ita fatur: Male euenit, pacem pactam (i) a conjuge mea violatam esse, subjiciendo, qui famulum tuum occideret. Ad quae Gunnarr: Nullam hinc ea vituperationem subeat. Et Niall: Ipse causam judicabis, ait. (k) Faciam, respondit: aequali pretio Svartum & Kolum (l) metior; solues mihi XII. vncias argenti. Niall crumenam producit, & Gunnari tradit, eandem agnoscenti pecuniam atque ipse pependerat. Reuertit Niall suum in tabernaculum: (m) neque
p. 57. minus postea, quam ante, mutua beneuolentia constitit. Domum autem rediens Niall Bergthoram redarguit: quae semet Hallgerdae nunquam cessuram confirmabat. Gunnarr, vxore se grauiter insectante (n) eo quod de homicidio transegisset, negabat se vnquam (o) erga Nialem & filios mutatum iri: fremebat

(e) vppi var.] Fragm. c. K. L. heck nppi.

(f) Sk. mællti v. m. — segdv G.] Fragm. c. Sk. spurdi hvart Gunnarr veri í búdinni. honom var sagt at han var þar. segít at :c. Sk. quaerebat. an G. adesset in tabernaculo, & cum adesse diceretur, Significare, (inquit).

(g) er var.] N. er stód, stantem.

(h) *Post* Niáli *addit* Fragm c. ok sonum hans, filiosque illius.

(i) *Huc addit* id. ok settir, & transactionem.

(k) Sva man eg gerä.] id. sva skal vera, ita fiat.

(l) læt ek.] Fragm. c. geri ek.

(m) *Huc idem addit*: ok var nú kyrt, jamque pax obtinuit.

(n) er.] B. ek, id. *raro sensu.*

(o) bregdaz skylldv Niáli ne sonvm hans.] Fragm. c. mundu Niál ok sonu hans þar vid gefa, N. & fil. eam ob rem proditurum esse.

mebat illa, ille vero nihil id penſi habuit. Sequenti anno ſic eſt prouiſum A. C. a viris, vt nihil turbarum eueniret (p).

Cap. XXXVIII.

(q) Caedes Atlii ſerui.

(r) Verno tempore Niall verba fecit ad Atlium: Tu vellem in Oſtfiördos 982. remigrares, ne Hallgerda terminum aetatis tibi ſtatuat. Atlius contra: At ego hoc non metuo; quin libentiſſime, modo vt impetrem, (tuae) domi maneo. Niall: Hoc vero magis temerarium. Atqui ſatius habeo, in tua familia (degens) mori, quam dominos mutare: verum te quaeſo petoque, ne, ſi occiſus fuero, pro me ſeruile pretium refundatur. (s) Caedes tua, (inquit Niall,) vt liberi hominis expiabitur: id vero Bergthora tibi, credo, condicit, quod (t) praeſtabit, tibi nempe ſanguine parentatum iri. Poſt in miniſterium receptus eſt. Iam vero (u) de Hallgerda dicendum, quod ea occidentem verſus miſit in Biarnarfiördum, qui cognatum ſuum arceſſeret Bryniolfum (v) Roſtium (turbulentum), qui ex concubina Svani natus; ſumma praeditus erat ingenii malitia. Ea res Gunnarem latuit: Hallgerda vero hominem gubernan-

 dis

(p) Fragm c. *addit:* með þeim, inter eos. || R. & E. fátt taladi (raddi) Niáll við Atla, parum N. verborum fecit cum Atlio.

(q) víg Atla þræls.] Fr. c. Bryniólfr vá Atla, Br. Atlium interfecit.

(r) vm varit — Atla *omitt.* E. R. & *legunt:* þat villda ek Atli. ſagdi Niáll. at ꝛc.

(s) Sva ſkal þik bæta ꝛc.] E. ſva ſk. eg gera, id ego faciam.

(t) hon man efna.] R. efnaz mun, perficietur. C. E. h. m. láta fram koma, euenire faciet.

(u) ſegia frá Hallgerdi.] Fragm. c. taka til Hallgerdar, *v. t.* apprehendenda eſt Hallgerda.

(v) Roſta.] R. Roſto. *Foemin. gen. Mox* Fragm c. *omittit* lavngetinn.

A. C. dis operis (x) aptum ſibi praedicabat. Veniente Bryniolfo ab occidente, Gun-
982. narr, (y) quò tendat, percontatur: cumque illic manendum ſibi eſſe diceret;
Ita mihi, inquit, de te perhibitum eſt, vt non meliorem redditurus ſis
familiam noſtram: at verò propinquos Hallgerdae, quos ea ſecum eſſe vult,
(y) foras non ejiciam. Parum familiariter, nec male vtebatur Gunnarr ho-
mine. Sic elapſo ad comitia tempore, idem & Kolſkeggus ad Comitia pro-
ficiſcuntur: quo cum eſſet ventum, Nialem conuenêre, (a) qui cum filiis vna
in Comitiis aderat; (æ) amiceque hos inter & Gunnarem agebatur. Atlio
(interim) Bergthora loquitur: Adſcende tu (b) Thorolfsfellum, & (c) fac ibi
per ſeptiduum opus. Adſcendit eò famulus, ac latitans ibi, carbones in ſilua
coquebat. Hallgerda Bryniolfo fatur: Narratum eſt mihi, Atlium domi
non agere, & creditur Thorolfsfelli opus facere. (d) Ille: Quid eum prae-
p. 58. cipuè negotiari putas? Aliquid in ſilua, reſpondit illa. Bryniolfus porro: Quid
mihi cum homine? Hallgerda: Perimito eum, inquit: & cum ille ſtomacharetur,
addit: Minus id ſanè Thioſtolfo, ſi in vita eſſet, horroris incuteret Atlium
interficere. Neque tu hic, regerit ille, opus habebis (e) aſperiores admouere
ſtimu-

(x) fallinn.] C. R. felldann.

(y) hvat hann ſkylldi.] R. hv. h. villdi, quid vellet.

(z) víſa í brott frændvm.] R. reka Þik í br. ne adra frændor, te aut alios pro pinqu. &c. Fragm. c. reka í brot frændr.

(a) ok var hann — ſynir hans *omittunt* R. & Fragm. c.

(æ) ok fór vel med Þeím S.] E. R. ok áttuzt Þeir mart vel vid (vid ok vel) iique multa negotia amice habuerunt inter ſe.

(b) í Þórólfsfell.] E. Ravdaſkridvr ok fyſt í Þór. in Raudaſkridas, & primum quidem Th.

(c) vinn Þar vikv.] E. v. Þ. á lavn, — clanculum op. || Fragm. a. v. Þ. vid, lignare ibi.

(d) hvat Þikki Þer — nacquat ſ. h.] R. ok Þat líkazt at hann vinni í ſkógi. hvat ſk. & veriſimillimum, eum lignari. Qvid m.

(e) miøk.] R. ſtórom. *Mox pro* fryia Fragm. c. telia, hortari v. accuſare.

ſtimulos. Mox arma capit, equum adducit, conſcendit, Thorolfsfellum equitat. Ab oriente aedium magno (f) carbonariae vſtionis fumo viſo, illuc adpropinquat; tum ex equo deſcendit, eumque religat, ipſe, (g) qua vis fumi erat maxima, procedens, foſſulam carbonum animaduertit (h) & hanc juxta hominem, quem apud ſe haſtam humi deſtituiſſe videt. ad hunc vſque ſecundum fumum penetrat: eum vero carbonarius operi ſuo (i) intentus non ſentiebat: ſecurim in caput ejus Bryniolfus ingerit (k). Atlius autem, (l) conuerſo tanta vi corpore, vt ille ſecurim amitteret; haſtam corripit & in Bryniolfum conjicit; telum vero hominem, humi ſe projicientem, ſupervolauit. Hic Atlius: Nunc tibi fuit ſaluti, quod ego imparatus (m) eram, & ſane complacebit Hallgerdae, quod ei mortem meam nuntiabis: hoc autem (mihi) ſolatio eſt, quod tu (n) talem ſortem propediem ſubibis: caetera, quae hic fuit, ſecurim tuam recipe. Bryniolfus nullo reſponſo dato, neque ſecure prius recepta, quam ille exſpiraſſet, Thorolfsfellum adequitauit, homicidioque palam ibi facto; domum (o) peruectus, idem Hallgerdae nuntiauit. Ea primo

A. C. 982.

(f) kolreyk.] Fragm. c. kolvid, arbuſto carbonario, *vel* (magna) lignatione ad vrendos carbones congeſta.

(g) þar ſem.] E. R. þar til er, eo, vbi.

(h) ok er þar m. v. — h. hafdí.] Fragm. c. ok hvar Atli heſir, & vbi Atlius h. deſtituiſſet.

(i) ódr] id. ſem ódaztr, quam maxime int. G. idinn. F. idan.

(k) *Poſt* hió *addit* Fragm c. tvæim höndvm, ambabus manibus.

(l) bráſt vid ſva faſt at Br. let lauſa oxina.] Fragm. c. brá vid ſkiótt ok hart ſva at honom vard laus auxin, — celeriter & —.

(m) var.] Fragm. c. vard. *Mox*, et pro þvíat, id.

(n) eiga ſlíkan brátt] Reg. *ſupplent*. e. ſl. hlut brátt fyrir hendi. — B. e. ſl. á bavgi brátt. Fragm. a. & c. ſl. br. á bavgi eiga, *ejusdem ſenſus*, *ſed incertae originis locutio.*

(o) Poſt heim add. Fr. c. til Hlídarenda.

A. C. 982. primo (p) Bergthorshvalem miſit, (q) Bergthorae caedem Koli nunc eſſe compenſatam dicere juſſos: (r) deinde ad Comitia, qui Gunnarem de caede Atlii certiorem faceret, amandauit. Gunnarr (hac audita) ſurrexit, & cum eo Kolſkeggus, inquiens: Parum commodi erunt tibi conſanguinei Hallgerdae. Cumque Nialem conueniſſent, infit Gunnarr: Habeo tibi caedem Atlii nuntiare: (s) ac prodito percuſſore, ſubjecit: De hac tibi (t) ſatisfacere polliceor, ac tute ſententiam feres. (u) Id agere conſtituimus, inquit Niall, ne (v) diſſideamus inter nos: nec tamen illum (caeſum) in mancipiis ponam. id Gunnarr dextram porrigens adprobauit, (x) inque hanc legem, (y) Niale teſtes adhibente, tranſactum eſt. Tunc Skarphedinn: Non ſinit Hallgerda domeſticos noſtros (z) occumbere ſenio. Cui Gunnarr: (a) Hoc & forte intendit mater tua, vt alternentur (æ) familiarum vulnera. Nimium, inquit Niall, hujus

---

(p) ſendi menn t. B. ok let ſegia.] id. let ſenda mann t. B. at nú er launat ꝛc.

(q) ok let ſegia — víg Kols.] E. at ſegia vígit, nuntiatum caedem.

(r) Sídan ſendi H. mann.] Fragm. c. enn annan mann ſ. hon, alterum vero nuntium ad &c.

(s) hann ſagdi honom ꝛc. — ſiálfr.] R. hverr vo hann. ſegir Niáll. Bryniólfr hefir vegit hann. ſagdi han. ok vil ek at þú gerir um ſiálfr, Quis occidit eum? inquit Niall. Bryniolfus occidit, ait alter; egoque volo, vt ipſe judices.

(t) bót.] Fragm. c. ſætt, id. *Mox* id. einn gera, ſolus &c. *pro* gera ſiálfr.

(u) þat hofvm vid ætlat ꝛc.] R. ſva mvn ek gera. þviat vid h. ꝛc. ita faciam, id enim &c.

(v) ágreina.] Fragm. c. áſcilia.

(x) ok ſættuzt at þeſſu.] Fragm. c. ok ſkilþu at því, & ita ab inuicem diſcedebant.

(y) N. nefndi ſer v.] C. R. N. tók ok nefndi ſ. v. id.

(z) ellidauda.] E. R. ſiálfdauda, ſua morte mori.

(a) ſva man módir þín tilætla — eigi.] Fragm. c. þat moneþ þer ætla — ſkyli eiga, — vos intenditis &c.

(æ) høgg í garda.] K. L. hlut í gardi. *forte*, vt familiae inter ſe alternatim debeant. || í garda.] E. N. P. í annars gardi.

hujus rei veſtigium eſſe credo. Deinde Centuſſem argenti indixit, quem & A. C.
Gunnarr numerò expendit. Haud paucis, qui adſtabant, grandem eſſe mul- 982.
tam dictitantibus; Gunnarr excandeſcens, caedes hominum haut fortiorum, p. 59.
quam Atlius fuiſſet, abſoluta (b) multa reſarciri adſerebat. Re ita confecta ex Comitiis domum itur. Conſpecto aere, Bergthora Niali dixit: Videris tibi tuum compleuiſſe promiſſum; at meum jam reſtat. Hoc vt ſoluas, ait vir, nihil neceſſum eſt (c). Contra vxor: Aliter conjeciſti, & ita fiet. Hallgerda vero ad Gunnarem: (d) Tu caedem Atlii C. argenti redimendo, hunc reddidiſti liberum? Antea liber erat, regerit; &, quicquid ſit, Nialis domeſticos criminis capitalis reos non habebo. Illa reponit: Aequa eſt tua & illius ratio, quod ambo (e) effoeminati eſtis. Quid hujus ſit, ait vir, res oſtendet. Hinc & conjugem diu auſterius habebat, quouſque ipſa viro cederet. Proximo anno nihil mouebatur. Neque eo vere Niall miniſteria ampliauit. Sequenti aeſtate ad Comitia itur. 983.

Cap. XXXIX.

Caedes Bryniolfi Roſtii.

Homini nomen erat Thordus, qui *libertinus* appellabatur. Ejus pater, Sigtryggus nomine, libertus (f) Aſgerdae fuerat, & in flumine Markico ſubmerſus perierat: ex eoque filius cum Niale commorabatur: vir ſtatura magnus & (g) robuſtus: quique omnibus Nialis filiis paedagogus fuerat. Adjecerat

(b) bótum.] B. C. R. Fragm. c. retti.

(c) Poſt navdſyn á add. Fr. c. húsfreyia, vxor.

(d) hefir þú.] E. R. þú hefir. || Fragm. c. er þat ſatt at þú h. an verum eſt, quod &c.

(e) blavdr.] E. ragr, ignaui.

(f) Aſgerdar.] R. Bergþórv || poſt Aſgerdar *addit* Fragm c. módur Niáls ok Holltaþóris, matris &c.

(g) ſtyrkr.] Fragm. c. ſterkr.

A. C. 983. animum ad cognatam Nialis (h) Gudfinnam Thorolfi filiam, ibi (ɔ: in villa principali) cellariam; eaque (i) hoc tempore grauida erat. Thordum (k) *Libertinum* Bergthora conuenit his verbis: I tu Bryniolfum cognatum Hallgerdae interemtum. Ego quidem nil aſſueui caedibus, ait, ſed tamen, (l) quod vis, tibi gratificabor. Et illa: Iſtuc volo, inquit. Mox ille Hlidarendum (m) adſcendit, & Hallgerdam ad ſe euocatam, vbi ſe Bryniolfus contineat, quaerit. Ea vero: Quid eum vis? Volo (n) dicat mihi, (reſpondit,) quo loco Atlii cadauer (o) obruerit; nam perfunctorie condidiſſe mihi relatum eſt. Monſtrat illa hominem, in Akratunga eſſe infra villam ſignificans. Tum Thordus: Vide, ne huic (p) idem atque Atlio eueniat. Atqui tu, inquit Hallgerda, nullus es gladiator; quare in conuentu veſtro nihil erit periculi. (q) Humanum ſanguinem nunquam vidi, ac neſcio, quî ad talem adſpectum afficiar, (regerit ille): (r) admiſſoque equo, ex (s) area decurrit (t) ad Akratungam.

P. 60. Ranveiga Gunnaris parens, quae (u) vltro citro dicta exceperat; Nimium tu, inquit, Hallgerda, homini (v) ignauiam exprobras; atqui ego ſatis impauidum (x) hominem autumo, quod & cognatus tuus ſentiet. In via Bryniolfus

(h) Gvdfinnv.] Fragm. a. Gudrúnv.

(i) vár þá úhravſt.] E. v. þar á ravſtu, id officium liberaliter obibat.

(k) Lavſíngia (libertum).] *ita & C. caeteri omnes*, Leyſingiaſon, *quod vt rectius recepi.*

(l) Þat er þú villt.] Fragm. c. þetta ef þú vill, hanc rem, ſi vis.

(m) fér hann.] id. reid h. equitauit.

(n) ſegi mer.] R. víſi mer til, demonſtret &c.

(o) hvlit.] E. fólgit, condiderit.

(p) Þat.] Fragm. c. ſlikt, tale.

(q) mannzblód.] id. hæiptar blód, ſang. hoſtiliter effuſum.

(r) ok leypir.] id. keyrir ok leypir, ſubditis calcaribus.

(s) túninv.] E. gardinvm, ſepto areae.

(t) til Akrat.] id. á Akr. in Akrat.

(u) hafdi heyrt vidrtal.] Fr. c. heyrdi á tal, verba eorum audiuit.

(v) hugar *omittit* Fragm. c.

(x) mann.] id. karlmann vera, virum eſſe.

iolfus & Thordus inuicem occurrebant; cum hic infit: (y) Tuere te, Bryn- A. C.
iolfe; nolo enim te perfidiofe adgredi. Ille propius ad Thordum inuectus, 983.
ictu eum petit, hic viciffim feriens, ante ipfas Bryniolfi manus manubrium fecurî diffecat: mox iterum caedit, & per pectus ferrum adigit in vifcera. tunc ille (z) defluit ab equo, anima fimul deftitutus. Thordus (a) paftorem Hallgerdae nactus, caedem fua manu factam profitetur, & loco cadaueris commonftrato, poftulauit, vt homicidium Hallgerdae (æ) nuntiaret. Dein Bergthorshvalem vectus, Bergthorae aliisque nuntium caedis adferebat: quae, Macte efto fortitudine, inquit. Hallgerda vero, paftore caedem fibi indicante, exacerbata (b), magnum hinc malum, fi fuo arbitrio fieret, (c) deriuatum iri minitabatur.

Cap. XL.

(d) Tranfactio Nialis & Gunnaris de caede Bryniolfi.

Perueniente ad Comitia nuntio (caedis), Niall, quum fibi rem ter feciffet enarrari, tandem erupit in haec: Nunc vero plures, quam rebar, in caedibus ftrenui (e) proueniunt. Skarphedinn refpondens: Hic majorem in modum

 mori

(y) ver þú þik Br.] Fr. c. værþ þic.

(z) fell af baki.] E. f. á bak aptr, refupinus cecidit.

(a) fmalamann.] B. heimamann, domefticum.

(æ) Poft Hallgerdi addit Fragm. c. ok ødrum mønnvm, aliisque hominibus.

(b) Poft vard beifk v. adddunt R. ákaflıga, vehementer.

(c) afleida.] Fragm. c. afliótaz.

(d) Sætt N. ok G. vm víg Br.] Fragm. c. frá Gunnari ok Niáli, de G. & N.

(e) geraz nú.] id. eru, funt.

A. C. 983. p. 61. mori properauit, inquit, (f) qui periret paedagogi noſtri opera, cum is humanum ſanguinem nunquam viderit: & exiſtimârint plerique, nosmet fratres pro ea, qua praediti ſumus (g) indole, hanc rem prius fuiſſe patraturos. Ad quae Niall: Breui ſane hora tibi idem eueniet, ſed neceſſitate (h) impulſo. Dein illi Gunnarem adeunt, eique de homicidio referunt. Is

---

(f) er látiz hefir fyrir ſfóſtra várum ꝛc.] B. R. Fragm. c. er fóſtri minn hefir í hel komit (vár h. vígit) quem paedagogus meus ad mortem miſit (noſter occidit,) *Quae porro legat* B. *vide ſis ſub textu impr. pag.* 60. *ea latine reddita ſunt:*) cum ille humanum ſanguinem nunquam viderit: carmenque ſubjecit:

†) Expôſtum ſubitae nimis
(Adridet cum animo res mihi,) ſtrenuum
Tritorem colubrûm viae,
Qui vitam poſuit, crediderim neci.
A nobis mage fratribus
Sperarent homines caedibu' dediti
Quam doctore meo, ſua
Adquiſita [fero] vina lupo fore.

Niall reſpondit: Multi ſane crediderint, pro ea qua ſinguli (filii ſc. & Thordus) praediti ſunt indole, vos caedem prius fuiſſe facturos; neque etiam id in longum diſtrahetur, puto, tumque multi fatebuntur vos neceſſitate *) adactos facere.

*) reki.] Fragm. a. taki, id.

†) *Ordo verborum in hoc carmine talis eſt:* Hradſcigann vil ek kalla (*non* kallar) ſvinnann 1) orma leidar *) (*non* — leydar) eydi 2) allda ſiga. vid þat hlæir hug minn. Vár brædra erv vígsgædendum meiri vánir (*non* vamr.) en 3) á fóſtra mínum, at mvnvm vinna 4) varg vín.

1) Fragm. a. ormabúdar, vermium tabernaculi ɔ: auri. 2) id. alldaligan, ſpeciem ſenis praeferentem. 3) id. at, id. *idque uſitatius.* 4) id. vargs, lupi.

*) leid, via, *quatenus eſt pars terrae, hic per Synecdochen pro communi nomine* land *eſt poſita; eaque ratione* ormaleid, *anguium via, denotabit aurum. Quod vero ad lectionem diuerſam* ormabúdar, *parum quidem vſitatum eſt, aurum appellare tabernaculum v. domum anguium: neque enim hi aurum inhabitare vt tectum, ſed ei incubare finguntur. at, quoniam* búd *prima ſignificatione habitationem & habitaculum denotat; atque locus, vbi quis ſe tenet, domus ejusdem ac ſedes recte appellatur, lectio illa minime rejicienda, quin in metro alteri praeuertenda. Caeterum* varg *per Apocopen pro* vargi.

(g) ſkapferli.] E. ſkapferdi. C. R. Chh. ſkaplyndi. Fragm. c. ſkapi.

(h) tilreka.] Fragm c. til raka.

Is jaſturam hominis leuem eſſe dixit: ſed tamen, inquit, libertate fuit prae- A. C.
ditus. Niale ſatisfaſtionem ſtatim offerente, annuir, diſturus ipſe ſententiam: 983.
mox cauſam decidens, C. argenti irrogauit. quam pecuniam Niall numeratò ſoluit, (i) ac poſtmodum ſunt reconciliati.

Cap. XLI.
Aduentus Sigmundi in Iſlandiam.

Sigmundus nomen erat viro, qui filius Lambii, filii Sigvati *Rufi*, erat. Celebris idem nauigator: moribus ſplendidus, formoſus ſtatura grandis, robuſtusque: (k) vir oppido magnificus, poëta eximius, plurimis artibus & exercitiis apprime ornatus: caetera turbulentus admodum, cauillator, & importunus. (l) Idem in Hornafiördum orientalem naui aduenit, ſodali comitatus nomine Skiölldo, qui, natione (m) Svecus, homo erat male traſtabilis. Ii comparatis equis, ex Hornafiördo orientali iter ſunt ingreſſi, curſu haud prius intermiſſo, quam in Fliotzhlidam vſque Hlidarendum perueniſſent. Comiter illos Gunnarr excepit, Sigmundo, quod arſtior intercesſit cognatio, hibernis apud ſe vti, vltro offerens: quo vſurum ſe conditione faſſo, ſi & ſodalis Skiölldus ibi foret; Hominem, inquit, mihi talem fama loquitur, quaſi haud in melius ingenium formet tuum; hoc autem tu nonnihil indiges, vt in melius componaris: neque eſt haec manſio (n) periculo vacua; quare tibi caeterisque mihi ſanguine adnexis conſilium dederim, ne (o) ſtimulis Hallgerdae conjugis meae temere incitemini, quippe quae multa inceptet a mea

 mente

(i) voro þeir ſáttir eptir þat.] R. ſættuzt at því, ita ſunt rec.

(k) hann var metn. m. mikill omitt. E.

(l) hann kom ut — H. firdi *neſcit* id.

(m) ſænſkr.] E. & Fragm. a. ſvænſkr. R. & Chh. ſvenſkr, id. || Poſt ſvenſkr madr addunt R. at ætt.

(n) vaund.] E. R. vond.

(o) vid frameggían.] C. E. at frameggian. R. Fragm. a. & Chh. vid áeggian.

A. C. 983. mente abhorrentia. Ad haec Sigmundus: (p) *Abeſt, qui praemonet, a culpa.* p. 62. Itaque conſilium eſt obſeruitandum, ait Gunnarr; at magnopere (q) tentaberis: quare memet aſſectare, meiſque conſiliis vtere. Exinde hoſpites ipſum jugiter comitabantur. Sigmundo Hallgerda ſtuduit: quod ſtudium eò vehementiae tandem proceſſit, vt largitionibus illum oneraret, neque (r) minori cura, quam virum ſuum coleret: (s) ea res multorum ſermone jactabatur, mirari ſe, quid ſubeſſet, praedicantium. Gunnarem adloquens Hallgerda: Haud jucundum eſt, inquit, in illo Centuſſe argenti, quem pro meo propinquo Bryniolfo accepiſti, acquieſcere; & ſane (t) hunc ego, ſi potero, vlciſcar. Ille vero ſe cum vxore verba commutaturum negauit. atque digreſſus Kolſkeggum hujusmodi verbis conuenit: I conuentum Nialem, eique dic, Thordus ſibi caueat, quamuis (de homicidio) tranſactum ſit; non enim ſecuritati confido. Ille profectus Niali, (u) hic Thordo rem aperuit, & Kolſkeggo, domum reuerſuro, fratrique de (v) fidelitate ſua gratias peregit. Accidit aliquandò, vt Niall & Thordus extra aedes (x) conſtituti eſſent. Solebat autem caper, quem exigere nemini licuit, per pratum (aedibus adjacens) paſcere. Thordus fatur: Res mira nunc euenit. Quid apparet, inquit Niall, (y) cujus te capiat admiratio? Videtur mihi caper in hac (z) lacuna jacere, idque toto corpore cruentatus. Niale, neque caprum ibi, neque aliud

(p) velldrat.] E. Fragm. a. & Chh. eigi velldr, id. || N. velldr opt varandi, ſaepe in cauſa eſt (peccati), qui praemonet.

(q) reyndr.] C. at þreyttr, fatigaberis.

(r) verr.] C. minnr. E. R. midr.

(s) løgdv margir þat til ords.] Fragm. a. løgdv m. henni þ. t. o. multi eam rem foeminae crimini dabant.

(t) hans.] C. E. R. þess, hanc rem.

(u) en Niáll — reid heim *omittit* E.

(v) trúleika.] C. E. R. trúlyndi, id.

(x) vorv.] C. E. R. ſátu, conſiderent.

(y) er þer — móti *neſciunt* E. R.

(z) lægdinni.] C. E. R. dælinni.

aliud quicquam eſſe, dicente: Quid ergo iſtuc eſt? inquit. Cui Niall: A. C.
Propediem vt moriare, futurum credo, ac forte tuum ipſius (a) genium vi- 983.
diſti; quare vide ſis cautus. Thordus contra: Id verò me non ſuſtentat, ſi (æ) fato ſum deſtinatus. Hallgerda Thrainem Sigfuſſonium conuenit, &, Haberem te generum, inquit, ſi Thordum (b) *Libertinum* tolleres. Ille reſpondit: Hoc ego non patrabo; quia ſic iram cognati mei Gunnaris in me conflarem: quin & res ea (c) magni ſane conſtabit; nam haec caedes propere vindicabitur. Quis vindicabit? ait illa, num ſenex ille imberbis? Non ipſe quidem, regerit, ſed filii ſui. Dein multa ſecretò communicabant, (d) conſultationis materiam nemine hominum reſciſcente. Vſu euenit, vti Gunnarr & frater ſimul ab domo abeſſent (e): aderat verò Thrainn ab Griota, isque & Hallgerda ſub dio conſidentes colloquebantur. Tunc ea: Vos promiſiſtis, inquit, ſodales, Sigmunde ac Skiöllde, Thordum *Liberti-*
num (f) interficere; tu verò, Thrainn, facto adeſſe. Omnibus id foeminae p. 63.
ſpoſpondiſſe confeſſis: Iam igitur conſilium ad hoc dabo, ait: iter orientem verſus in Hornafiördum facite, bona veſtra inde aſportatum; ac primo comitiorum tempore domum redite: ſi enim domi eſtis, volet Gunnarr vos vt ſecum adeatis Comitia: verum, vbi Niall & filii & Gunnarr Comitiis jam intererunt, vos Thordum obtruncabitis. Hanc rationem (g) exactum iri confir-

(a) fylgiv.] R. daudafylgiu, mortis indicem (tuae).

(æ) davdinn ætladr.] Fragm. a. davdinn af lagadr. C. E. R. Chh. þat ætlat (ſc. at deyia) ſi neceſſitas fati inſtet.

(b) Leyſingiaſon.] C. Lavſingia, libertum.

(c) ſtórt áliggia.] R. ſtórt afbliótaz, magnum malum pariet.

(d) høfdv i rádagerdum.] E. tølvdu, quid colloquerentur.

(e) Poſt heima add. R. en Sigmundr var heima, Sigmundus vero domi erat.

(f) Poſt Leyſingiaſon add. iid. fóſtra Niálsſona, paedagogum filiorum N.

(g) at & ſkyldi framkoma neſcit E.

A. C. 984. confirmauerunt: deindéque in Ostfiördos proficisci parant: quam fallaciam Gunnarr haud prouidens, iter ad Comitia fecit. Thordum *Libertinum* orientem versus in tractum Eyiafiallensem Niall amandauit, vnam noctem (h) abesse jubens. Qui eo profectus, in reditu ab oriente, tantam propter fluminis altitudinem, vt longe longeque (i) inequitabile esset, impediebatur. Eum postquam Niall vnam noctem (k) manserat, cum (l) sibi comitem fore proposuisset; Bergthorae, vti Thordum, quam primum hic domum adforet, ad Comitia mitteret, praecepit. Binoctio post ex oriente redeunti Bergthora dixit, ei quidem ad Comitia proficiscendum esse; verum jam, (addit), Thorolfsfellum adscendes ad recognoscendam villicationem, neque ibi diutius vna vel (summum) (m) binis noctibus commorabere.

Cap. XLII.

(n) Caedes Thordi *Libertini*.

Sigmundum & sodalem ab Oriente reduces Hallgerda certiores facit, domi esse Thordum, sed ad Comitia paucarum noctium interuallo profecturum: Quare vobis, inquit, (o) hujus opprimendi jam est occasio; verum hac forte sublata, nulla vobis fiet copia hominis. Quidam Thorolfsfello venientes Hlidarendum, Hallgerdae, Thordum illic agere, nuntiabant. Igitur Thráinem Sigfus-

(h) vera í brott.] R. verda í br.

(i) óreitt.] B. E. Fragm. a. K. & L. ófært, impetuium.

(k) beid.] R. bidaþi, id.

(l) Ante med honom addunt E. R. til þings, ad Comitia.

(m) eda tvær, omittunt iid.

(n) Víg.] C. fall, occasus.

(o) nú færi á vid hann s. h. en ef þetta berr vndan.] K. eigi færi á honom s. h. ef nú berr vndan. menn ꝛc. non dabitur ejus potestas, si haec non arripitur occasio. || E. en alldri ef nú b. v. (*omiss.* náit — eigi.) sed nunquam, si haec &c.

Sigfussonium (ac sodales) adgressa, illi dixit: In praesentia Thordus adest Thorolfsfelli, vobisque ideo tempestiuum erit, eum, quum reuerteretur domum, adgredi. Hoc faciamus, ait Sigmundus. Egressi ergo, armis equisque adhibitis, viam homini praeoccupare festinant. Hic Sigmundus ad Thrainem: Tu nihil huc operae confer; res enim nos omnes haud postulat. Cui alter: Sic faciam, inquit. (p) Breui post iis Thordus adequitauit. Quem Sigmundus adloquens: (q) Dede te, inquit, namque tibi jamjam est moriendum. Thordus contra: Non vero illud fiet; descende, sodes! mecum solus in pugnam. Et ille: Neque hoc fiet; sed, quod nos (r) numero superiores, in nostros vsus conuertemus: caeterum haud mirum, quod Skarphedinn sit (s) fortis, vulgo nempe ajunt, *quartam (indolis partem) ex alumno trahi.* Hoc tu experieris, inquit Thordus; nam Skarphedinn mortem vlciscetur meam. Mox impetum in eum faciunt: at se tam pulchre propugnauit, vt (t) hastam vtrique frangeret; vnâque sibi a Skiölldo abscissa manu, alterâ sese defendit aliquamdiu: tandem a Sigmundo hastâ confossus, exanimis humi procidit. Quo saxis glebisque aggestis obruto; Malum nos facinus, inquit Thrainn, hic edidimus; maleque caedes filios Nialis, quum resciuerint, vret. Domum reuersi Hallgerdam certiorem fecerunt, homicidio applaudentem. At Rannveiga Gunnaris genitrix (ad Sigmundum): Id quod vulgo dictitant, *Occisorem caede parum diu triumphare,* (u) tibi quoque nunc eueniet; tametsi Gunnarr

A. C. 984.

p. 65.

(p) litlu sídarr.] B. & Fragm. a. vonum brádar, exspectatione citius.

(q) gefz þú vpp.] Fragm. a. gef þú upp vopu þín, dede arma tua.

(r) fleiri.] E. lidfleiri.

(s) hravstr.] C. hetia mikil, magnus bellator, athleta. E. gilldr, validus.

(t) braut spiót fyrir hvarvmtveggia þeirra.] E. br. spiótskauptin fyrir þeim, hastilia eorum fr. || O. brotnudv spiótleggir þeirra, pali hastarum infringerentur.

(u) enda man sva her.] E. e. m. þer svo fara nu, tu etiam nunc facies.

A. C. narr hoc te crimine liberabit: ſi vero Hallgerda alteram tibi muſcam in os
984. indiderit (ɔ: altera nocendi illecebra te ineſcuearit), periiſti. Unum Hallgerda Bergthorshvalem, alterum ad Comitia Gunnari miſit, homicidium renuntiaturos. (v) Qua de re Bergthora ſe illam maledictis verberaturam negauit, haec enim nullam eſſe tanti facinoris vindictam.

Cap. XLIII.

Tranſactio Nialis & Gunnaris de caede Thordi.

Sed vt nuntius ad Comitia veniens Gunnari caedem indicauerat, erupit is haec in verba: Factum peſſume, ac nullum ſane nuntium ad aures meas, mihi hôc ingratius, perueniret: attamen Nialem mature ibimus conuentum; quem etiam ſe beneuole geſturum ſpes me habet, quamuis oppido (talibus) fatigatum. Ad hunc igitur conueniendum ambulant, in colloquium acciunt; illeque ad Gunnarem confeſtim prodiit (x). Inito ſermone, neque pluribus, quam Kolſkeggo, primum arbitris; Amarum, inquit Gunnarr, tibi adferre
p. 65. habeo nuntium, necem puta Thordi *Libertini:* quam caedem tuo ipſius judicio permitto offeroque. Niall, voce parumper ſuppreſſa, tandem ait: Bene polliceris, (y) neque adſpernabor conditionem; ſed, licet haud dubitandum, (z) quin vxoris meae filiorumque, quod iis grauiter diſplicebit, vituperationem

(v) quaz ekki myndv beria H. illyrdvm vm ſlikt.] E qv. alldri ſkylldu beriaz vid H. ſe nunquam cum Hallgerda decertaturam ait. || illyrdum.] R. fíſlyrdum, ineptis verbis (proſciſſuram).

(x) *Huc addit* O. ſem þeir bádu, vt illi (Gunnarr & ſui) petierant.

(y) þiggia.] C. E. R. taka.

(z) at ek hafa ámæli af ꝛc. — þvíat ek veit at ek á ꝛc.] E. at misliki kono minni ſ. þ. en þó — hætta. vid þat er eg á ꝛc. qu. vxori meae diſpliceat, — quandoquidem mihi res eſt cum v. b.

nem ſubeam, nihilo tamen ſecius hoc periclitabor; quippe gnarus, rem eſſe mihi cum viro bono: neque enim amicitiae noſtrae (a) violationem a me proficiſci volo. Gunnarr: Numquid vis vt adſint filii tui? Nolo, ait Niall; quia tranſactionem a me conuentam haud rumpent: contra ſi aderunt, nihil ad eam conueniendam (æ) facient. Ad haec alter: Sic & ego putabam; vnde tu ſolus conſule. Tum ſtipulatis inuicem manibus, (b) probe citoque redierunt in gratiam: quum & Niall: CC. argenti indico, quae multa grauior forte tibi videbitur (c). Minime cenſeo hanc nimiam, ait Gunnarr. ſuumque ad tabernaculum rediit. Filiis ad ſe venientibus, ac Skarphedine percontato, vnde tanta (d) eſſet pecunia, quam pater teneret in manu, reſpondit Niall: Caedem Thordi paedagogi veſtri vobis refero; qua de cauſa ego & Gunnarr tranſegimus, isque (e) pro caeſo duplum hominis pretium expendit. Ille porrò: Quinam ſunt occiſores? Sigmundus ac Skiölldus, ait Niall; ſed tamen praeſens erat Thrainn. Hic Skarphedinn: Magna ope opus eſſe cenſebant, inquit; (f) carmenque addidit:

A. C. 984.

 Exiſti-

(a) brigd.] C. E. R. afbrigd.

(æ) *Poſt* ſamandraga *addunt* C. & M. ſættina, pacificationem.

(b) vel of ſkiótt.] B. heilum ſáttum, ſolida fide.

(c) *Huc addunt* C. E. R. M. Þvíat þat eru tvenn manngiolld, haec enim duplum aequat caeſi hominis pretium.

(d) *Poſt* hit mikla *inſerunt* iid. of (hit) góda, tamque pretioſa.

(e) bætt hann.] C. R. golldit.

(f) of qvad víſo.] O. en ſvo nær mun þat komit at ver ſk. h. -h. Sed jam prope eo ventum eſt, vt nos debeamus manus tollere. R. *omiſſo carmine*, en hvar rc.

A. C. (g) Exiſtimârunt, qui maris horridi
984. Stipant equorum pondera firmiter,
Audaciâ promti neceſſe
Non modicas adhibere vires.
Sed quando oportet tollere nos manus,
Vir tela jactans, quîs fodiunt, (virûm
Gens antehac tinxêre ferrum
Inclyta:) ſi ſumus nunc quieti?

(h) At quò tandem (injuriarum) peruentum eſſe debet, cum nos manus (i) eleuabimus (arma capiemus)? Ad haec Niall: Propediem fiet, neque tum (k) reuocabere: attamen ego plurimum in hoc pono, vt pacificationem hanc
p. 66. ne diſſoluatis. Id ergo faciemus, ait Skarphedinn: verum ſi quid porro nos

---

(g) *Ordo verborum hujus carminis hic eſt:* Eigi þótti þeim þróttadiørfum ægiſs heſta áfeſtaundum lítils þurfa vid hlíta. 1) Nær ſkulum heſia handa, 2) laugdis branda *) hrærir, 3) ef erum nú kyrrir. ſyrr 4) rudu frægir fyrdar ſverd.

1) P. Ver ſk. h. nos. *ſublata quaeſtione.* 2) id. bugdis branda (hrærir) incurnorum gladiorum (ſicarum) vibrator. 3) id. enn nú ero k. ſed nunc quieti ſunt. 4) E. rodd.

*) *Quanquam vtrumque,* laugdir & brandr *gladii nomen ſit, tamen* laugdis-brandr *conjunctim denotare poteſt haſtam, idque ea ratione, quod* laugdir *a* legg, *pungo, fodio, deſcendit; quod verbum de haſtis plerumque, de gladiis raro dicitur.* Branda *vero cum* heſia handa *vix conſtrui poſſe arbitror; nam* handa brandr *ſecundum Eddam nihil aliud quam aurum ſignificat. quod ſi admittas, verbum* heſia *genitiuum* (laugdis) *regere oportet, quod plane inſolens.* Caeterum heſia, eleuare, *abſolute dictum videtur pro* vega, *quod idem, item* pugnare *ſignificat. & in* handa *forte ſubaudienda praepoſitio* til, *quae in quibusdam locutionibus* quod ad *denotat.*

(h) en hvar ſk. — h. heſia omitt. E.

(i) heſia.] Chh. heſiazt, eleuabimur.

(k) eigi þeſſ lattr.] P. Q. ekki þ. latr, ad id ſegnis eris. O. vera þeſs ólatr, tardus ad eam rem eris.

nos inter & Sigmundum interuenerit, iras veteres recordabimur. Ad quae Niall: Tunc ego nihil deprecabor, inquit. A. C. 984.

Cap. XLIV.

Sigmundus Nialem filiosque conuiciis afficit.

Postquam a Comitiis domos difceffum eft, redux Gunnarr Sigmundo loquitur: Magis tu (l) infortunatus homo es, quam ego fperabam, tuasque dotes artesque malé collocas: attamen te Niali filiisque jam reconciliaui: quam ob rem fac, oro, ne tibi exitiale denuò confilium fuggeratur: tu fane mei diffimilis es ingenio; tu cauillari atque illudere amas, quod a meo ingenio diuerfum; eòque Hallgerdae gratiofus es, quod animi veftri magis congruunt. Gunnare cognatum (m) diutius increpante, fecunda hic refponfa dedit, fe magis porrò, quam adhuc (n), monitis ejus obfecundaturum pollicens: quod & ille cognato (o) faluberrimum fore adferebat. (p) Durabat Nialem inter & Gunnarem amicitia, quamuis inter caeteram (q) familiam (r) frigida. Vfu venit, vt (s) foeminae circulatrices Bergthorshvale profectae

(l) úgiptumadr.] O. ógiæfumadr.

(m) lánga hríd.] O. Q. S. l. ftund.

(n) Poft þar til addunt C. E. R. M. hafdi verit, feciffet.

(o) hlyda.] R. duga.

(p) Hellz vinátta med þeim G. ok N.] C. hellz med þeim fætt nokkura hríd. en ávallt mælltuz þeir vel vid Gunnarr ok Niáll ok fynir hans. þótt ꝛc. durauit pax inuicem pacta', femperque amicè colloquebantur (amicitiam mutuo promittebant) G. & N. quamv. || E. & R. *tantum:* iafnan mælltuzt þeir vel vid G. ok N. ok Niálsfynir.

(q) lidfins.] B. fólkfins.

(r) fátt.] N. íllt, irae (intercederent).

(s) farandkonur.] E. R. Chh. farandi konur.

A. C. fectae Hlidarendum adessent: loquaces illae ac majorem in modum (t) male-
984. dicae. (u) Fuit Hallgerdae exedra, in qua ipsa jugiter sedebat. Inibi tum filia ejus Thorgerda, Thrainn ac Sigmundus, (v) multaeque mulieres aderant, neque Gunnare neque Kolskeggo praesentibus; quum foeminae circulatrices in exedram introiêre. salutat eas Hallgerda, locumque dari facit, quid nouarum rerum interrogans: se verò quicquam adferre negant. Percontanti, vbi proximè pernoctâssent? respondent, Bergthorshvale. Hallgerda: In quo fuit Niall occupatus? Circulatrices: Magno nisu sessitauit. Hallg. Filii quid operam dabant? hi sibi hodiè viri videntur primarii (x). Circ. Sunt quidem (y) staturâ magni, at nullo ferè vsu exerciti: Skarphedinn securim acuebat; Grimus hastile spiculo aptabat; Helgius clauulum gladio capularem obtundebat; Höskulldus ansam clypeo firmabat. Halg. Cogitant facinus aliquod. Circ. Ignoramus. Hallg. Quid faciebant famuli Nialis?
p. 67. Circ. Caeteros nescimus; (z) vnus in colliculos stercus euehebat. Hallg. Quid istuc sibi velit? Circ. Quia (a) affirmabat (æ) istam prati partem pinguiorem exstituram. Hallg. Allucinatur interdum sapientia Nialis, qui ad omnia consilio valeat. Circ. Quò istuc valet? Hallg. Id quod res est, huc adferam; quod (b) non curauit barbam suam stercore saturandam, vt aliorum sui

(t) illordar.] C. E. ordillar.

(u) H. átti dyngiv ok sat þar optliga.] R. H. sat i dyngiv. þvíat hon var því vaun, Hallgerda in exedra sedebat; ea enim erat consuetudo illius.

(v) ok fiølldi qvenna *nescit* E.

(x) Post hellz menn Reg. add. segia þær, responderunt mulieres.

(y) vexti.] C. R. at vallarsyn. E. vallarss. *(forte legendum* vallar synum) sagdi Hallgerdr, aspectu —, cum stant erecti, inquit Hallgerda.

(z) einn ók skarni á hóla.] E. vtan einn á ók sk. á vøll, nisi quod vn. in campum aedibus adjacentem st. eu.

(a) ságdi hann.] R. s. Niáll.

(æ) yrdi tada betri.] E. ygri betr t.

(b) let eigi aka.] C. E. R. ók eigi (helldr) non (potius) b. — saturauit.

ſui ſexus foret ſimilis: quare illum *Senem imberbem*, filios vero *Fimo-barbos* A. C.
appellabimus. & age tu, Sigmunde, verſifica jam aliquid, & fac aliquis ex 984.
tua vena poëtica fructus ad nos redeat. Ille: Nihil me ad hoc promtius, inquit, & carmina (c) haec fundit:

(d) Quò, Nympha, quîs ad falco ſueuit, ſedium,
 In ſcutulo inſertorium,
Qui deſtituti conſilîs fidelibus,
 Figant *Fimo-barbatuli*?

Illiberali

(c) Þeſſar.] C. D. R. Chh. III. eda IV. ok (vorv) allar illar, tria vel quatuor f. eaque omnia contumelioſa. *Iidem Codd, illa neſciunt, praeter* I. *P.* & D. *in cujus vltima plagula deſcripta ſunt, ſed aegre quidem legi poſſunt.*

(d) *Verba hujus carminis in ordinem redacta ſunt*: 1) Havka ſetra hilldr, α) hvat ſkolv tadſkegglíngar, 2) travdir 3) trygra ráda, negla myndrida í ſkilldi. Þvíat 4) ſviphnuggnir ſeggir megu eigi, 5) ſvanteigs β) ellda biørk, fordaz þav 6) hádulig ord, er (ver) 7) yrkium.

1) E. P. høka (hauka) ſetia, id. 2) E. travdr. *ſingularis, ſed quo referri poteſt? forte ad Nialem.* || P. traudum. 3) E. tryggdra. || Fragm. c. trægra, (ſegnes) & tardi conſilio. 4) D. ſviphúngir. *ita legit Arn. Magnaeus. ſed forte legendum* ſviphnugir v. ſviphnuggir. E. ſvipt hnuggnir P. ſvipt hungner, id. || I. *in margine*, ſviphnøggvir. *quod ſecutus ſum.* || Fragm. c. ſvinnhugnir, ingenio ſapientes. *per Ironiam.* 5) E. ſvantvegs. 6) P. háduglig. 7) E. eyrkium. Fr. c. urkium.

α) Havka ſetra Hilldr, *adpellatio foeminae poëtica, qua Sigm. Hallgerdam caſu Vocatiuo adloquitur.* Hauka ſetr, ſ. ſedes accipitrum *ſecundum Eddam* manum (hønd) *ſignificat.* hønd *autem ſynonymum habet* mund, *cui vocabulo quidam caſus communes ſunt cum* mundr, dos: *quam ob cauſam mulierem recte ab manu denominari docet Edda.* β) Teigr, *portio prati certae menſurae, hic Synecdochice quamcunque terram denotat*: terra *autem* olorum *quid aliud quam aqua?* ergo ſvanteigs elldar, aquae ignes, *ſecundum Eddam* aurum *ſignificant.* Biørk, betula. *mulieres ſcilicet eadem ratione, qua viri, nominibus arborum inprimis foemin. gener. recte appellantur. vid. ſupra pag. 22. not. β.*

A. C. 984.

Illiberali namque vultu non viri
Poſſunt, oloris jugeri
Facium paratrix, illa, quae procudimus,
Probroſa verba euadere.
(e) Inaudiat *ſenex* mali conuicii,
Licebit id, ſententias:
Quin vomitus ille verba diſcat, cum vacat,
Imberbis, haec quae fundimus.

Tributor

(e) *Ordo verborum in hoc carmine mihi talis eſt:* Karlinn 1) ſpyri greinir illra orda, þat er einſætt. 2) vámr hinn ſkegglauſi nemi víſt í 3) tómi 4) vart 5) rans. 6) Hoddveitir velr tadſkegglíngum havllzti gott heiti af ſpotti. 7) trautt ſem ek vegligt lid *) vm truda.

1) E. P. ſpurdi, audiuit, v. vt audiat. 2) P. vomr. 3) Fragm. c. mumi. *obſcurum.* 4) id. vátt lauſt, ſine teſtibus. 5) E. roſt, tumultum (vocum) v. turbulentas voces. 6) id. holld *(omiſſo* veitir); homini. *mendoſe.* || P. holldar velia at heiti, homines appellationem quaerunt non (nimis bonam). 7) E. P. lióð ſem ek trautt vm tryga (trauſt má toga) tadſk. neglig (negleg), poëma Fimobarbis pango, quos vix mihi fidos efficio (quod me firmiter jungere oportet). || Fragm c. lyðs em ek traudr — negliſs, cantilenam aegre concinno (de nequam hominibus); figitur v. figatur (hoc nomen Fimobarbis).

*) lid *pro* lióð *ſ.* hlióð, voce canentis, *capiebam, & per Metonymiam pro* cantilena*: quemadmodum* ſigrhlida *pro* ſigrhlióða *infra videbitur in carmine Darradico: vide & ſupra pag. 27. not. c. Caeterum haud' diffitendum, periodum hanc alio modo explicari poſſe, verbis ita in ordinem redactis:* ſem ek trautt vm trúda, vegligt lid, i. e. quod vix credidi *(ſc. me facturum, vt nomen nimis honeſtum iis inuenirem)*, honorabilis familia, *caſu vocandi. Vel ſic:* ſem ek trautt vm trúda vegligt lid, quos (ſc. Nialſ.) honeſtos viros vix eſſe credidi. *Vel denique ita:* lid! ſem ek trautt vm trúda vegligt (v. trúda vegligt vm), homines! (v. qui ſunt homines) de quibus aegre ſperaui honeſtum quid (pulchrum factum).

Tributor auri quam dat, appellatio A. C. 984.
    Nimis decora eſt, ad probrum
(Aegrè poëma texo de nebulonibus
    Bellum;) *Fimo-barbatulis.*
(f) Inuenio nomen maximè digniſſimum,
    Inferre qui ſtudent mala,
(Inuitus at jam pacta rumpo nobili
    Viro!) *Fimo-barbatulis.*
Vocetur [autem] vir ſenex, (humana ego
    Ingenia tento pluries.)
Vt verba colligemus in compendium,
    Imberbis, ore in omnium.

R Ad

(f) *Ordo verborum talis in hoc carmine:* 1) Get ek α) meinsleitendum tadſkeggíngum miklu makligaz heiti. traudr 2) ryf ek ſídan 3) trygdir 4) vegligs β) 5) Kneytum 6) ſkial í ſkommu máli: heiti 7) karlinn ſkegglauſs (í) tali 8) ſeggia. opt 9) kanna ek 10) hugi manna.

1) D. giørt er, factum (datum) eſt. || E. P. veit eg, ſcio. 2) P. rauf. D. royf. E. reiyf, rupi. 3) P. trygd, fidem. 4) D. E. neglıſs. P. negliſt, fixum fore (ſcio): v. figatur (ſc. Nialſoniis hoc nomen vel clauo trabali). 5) E. P. knytum. || D. kneyti. *ſingul.* 6) D. E. P. ſkiót, ſkiótt, celeriter. 7) iid. karl en kn. ſenex, ſed conligemus. 8) E. P. (tali) ſeggir, id dicant (ſermonibus frequentent) homines. 9) P. kann, calleo, teneo. 10) id. huga.

α) *Hoc verbum etiam ſignificat* conjicio, exiſtimo. β) vegligs *de nemine alio quam Gunnare dicit poëta; & per* trygder *intelligit vel tranſactionem, quam hic de caede Thordi fecerat: vel id quod ipſe Gunnari ſupra confirmauerat. caeterum ſe* inuitum *pacta rumpere per Ironiam dicit; modò enim ſe promtum paratumque ad canendum adfirmauerat.*

A. C. 984. p. 68. Ad quae Hallgerda: Summi tu pretii vir es, adeò mihi (g) obſequeris. (h) Hoc momento Gunnarr, qui pro foribus exedrae adſtans (i) omnia dicteria auſcultauerat, interuenit: quem intrantem animaduertentes, perturbati cuncti obmuteſcere, at effuſos modo (k) cachinnos ediderant. Magna ſuccenſus irâ Sigmundo loquitur: Inſipiens homo tu ac ſanorum conſiliorum contemtor: inclamas Nialis filios, ſed & illum ipſum, quod ſane grauiſſimum eſt; (l) vt taceam, quod in anteceſſum feciſti: hoc autem in tuam (m) necem cadet. Quod ſi quis dicteria illa (n) carminave praedicauerit, is domô expulſus, meas quoque iras ſubeat. His dictis exiit: (o) tantus verò ejus metus omnibus inceſſit, vt haec probra nemo ſit auſus diuulgare (p). Contulerunt inter ſe circulatrices, mercedem ſeſe a Bergthora, ſi hanc rem ad eam (q) detuliſſent, obtenturas; ideoque poſt ad illam degreſſae, clanculum ei rem vltrò indicârunt. Haec, (r) vbi diſcumbebatur: Vobis, inquit, patri & filiis dona ſunt data, quae ſi nulla re penſaueritis, (s) euadetis inde homunciones.

(g) eptirlátr.] E. eptirláztſamr. Fragm. c. eptirlátizſamr.

(h) í því.] Fragm. c. í þeſſu, hoc ipſo m.

(i) heyrdi øll ordtøkin.] id. heyrt á aull ordtækin.

(k) hlátr mikill.] id. háreyſti mikit ok hlátr, — & conuicia.

(l) ok þó ſlíkt — gert.] id. en ſlíkt — afgert vid þá, — peccâſti in eos.

(m) bani.] C. E. M. høfudbani.

(n) eda víſur *neſcit* Fragm. c.

(o) var þeim øllvm ótti mikill at honom.] C. E. R. M. ſtód þeim af honom ógn mikil.

(p) *Huc addit* B. af hans heimamønnvm, (nemo) e domeſticis ſuis.

(q) ſegdi.] Fragm. c. ſegia, deferant. E. kæmi til Bergþórshvols ok ſegdi, veniſſent Bergthorshvalem & hanc rem detul.

(r) er menn ſátv vndir bordvm.] C. R. M. Fragm. c. e. m. ſ. yfir b. ſuper menſam.

(s) verdit þer litlir drengir af, ef.] Fragm. c. erod þer øngir dr. ef, eſtis homines nihili. E. verd. þ. øngvir vid (K.) nema þer lavnit.

ciones. Skarphedinn: Qualia (t) iſthaec dona? Vos, nati mei, (pergit illa,) A. C.
vnius (u) omnes muneris participes eſtis; appellamini *Fimo-barbi:* at meus 984.
vir, *Senex imberbis.* Ad quae Skarphedinn: Non ſumus ingenii muliebris, (v) ita vt re qualibet iraſcamur. Mater contra: Atqui Gunnarr veſtri nomine excandeſcebat, tametſi habetur placidi animi: quocircà niſi vos hanc injuriam perſequamini, nullam prorſus contumeliam vindicabitis. Delectamento hoc eſt matri vetulae (x)! inquit ille, vultum in riſum torquens: ex fronte tamen ſudor emicabat, (y) rubris maculis, id quod praeter morem accidit, genas diſtinguentibus. Grimus conticens labrum morſitabat. Helgius nihil vultu commouebatur, (z) nec ei vox vlla excidit. Höſkulldus autem cum Bergthora (a) exiit (a coenatione). Quam (æ) rurſus introgreſſam, ac valde frementem Niall ſic affatur: *Etiam* (b) *lentando*, mea vxor, *peruenitur*: atque talis eſt (c) multarum rerum exitus, quamquam id aegritudinem parit, vt, (d) ſi injuria ſit vindicata, lites plerumque moueat. Veſpere autem poſtquam ſe (e) in lectum compoſuerat, ſecurim, tactâ tabulatione, altius clan-

---

(t) þær *non agnoſcit* Fragm. c.

(u) allir ſamann *omittit* id.

(v) at ver reidimz vid avllv.] Fragm. c. vk reidumz ver eigi ǫllu, neque — iraſcimur.

(x) *Huc addunt* R. at erta oſs, nos irritare.

(y) komv ravdir flekkir í kinnr honom.] E. kom raudr fleckr í (Fragm. c.) kinn h. *ſingular.* || flekkir.] B. C. D. Fragm. c. & d. flekkar.

(z) ok mællti hann ekki *omitt.* Fr. c.

(a) Poſt Bergþórv addunt Fragm. c. & d. ſtiúpmódor ſinni, *v. t.* nouerca ſua. *ſed nota ſenſum vocis* ſtiúpmódir *quam rarum; Höſculldus enim filius Nialis nothus, & mater quidem ſua adhoc in vita fuit.*

(æ) í annat ſinn add. C. E. R. M.

(b) ſeinna fari.] Fragm. c. ſeint f.

(c) mǫrg mál.] Fragm. c. margt, id.

(d) jafnan orkar tvímælis þótt hefnt ſe.] id. þá orkar tv. er hefnt er, tum lit. mov. cum inj. vindicatur.

(e) í rekkiu.] R. til ſvefns, ad ſomnum profectus erat.

A. C. gentem audiit, clypeosque, qui ex (f) alio lecto clauſo ſuſpenſi fuerant,
984. ablatos conſpicatus: Quinam, inquit, ſcuta noſtra ſuſtulerunt? Cui Bergthora: (g) Hos filii tui foras aſportârunt. Tum raptim calceos inducit, feſtinèque egreſſus atque ſecedens (h) ad alterum aedium latus; filios videt
p. 69. recta (i) tumulum adſcendentes, &, Quò ibitur (k) Skarphedinn? ait. Hic verò: Oues (l) tuas quaeſitum. Niall contra: (m) Hoc conſilio non eſſetis armati; verum aliud, credo, negotium eſt. (n) Tum Skarphedinn carmen cecinit:

(o) Sunt, ambientis ſepis orbem terreum
Multùm fauillas qui ſolent

Praebere,

(f) ønnvr.] E. R. ødrvmegin (lect. cl) qui ad alterum domûs latus erat.

(g) Þá *neſcit* Fragm. c. *&* *mox* kipti ſkóm á fætr ſer ok.

(h) ødrvmegin húſa ꝛc.] E. vpp vm húſin ok ſtefnir vpp á hólinn, ſupra aedes, rectâque adſcendit ad tumulum.

(i) hvalinn.] *ita.* B. C. R. & Fr. c. *ſed* A. D. & caet. hálſinn, collem.

(k) *Huc inſerit* Fragm. c. frendi, cognate, v. mi fili.

(e) Frá Gunnari.] id. ſættir, pacificatio.

(f) iafnhardr ſnúinn.] id. & Chh. iafnhard-ſnúinn.

(g) var þat mællt.] Fragm. c. v. þ. mál manna.

(h) mála voxt á þeſſv.] id. & B. málaferli þeſſi aull, E. R. alla ſogv vm mála ferli þeſſi, omnem rem, quomodo ſe haberet.

(i) eitt ráð mvndi honvm vm þat ſynaz ſem yckur.] Fragm. c. ydr m. e. r. vm ſyn. vobis idem (ac ſibi) &c.

(k) Gizuri hvíta.] id. Gitzor enn hvíta.

Gizurem *Album* ad certamen ſingulare prouoca, (l) niſi tuum faciunt judicium; Kolſkeggus Geirem *Pontificem:* qui verò Orkelem ac ſuos (m) aggrediantur, facilè parabuntur: atque nos omnes tam copioſam habemus manum, vt, (n) quicquid voles, ſucceſſurum tibi ſit. Gunnarr ſuum in tabernaculum reuerſus Nialem edocebat: qui, (o) Hoc & ego, inquit, ſperaui. Ulfus *curio* Eyrenſis (p) conſultationem hanc reſciſcens, Gizuri (q) aperit. Tum verò hic ad Orkelem: Quis tibi id conſilii dedit, vt Gunnari dicam impingeres? Nuntiauit mihi Skamkell (r) id eſſe tuum & Geiris *Pontificis* placitum. Hic Gizurr: At vbi eſt oletum hominis, qui hoc eſt emehtitus? Otkell reſpondet: (s) In tentorio noſtro cubat aeger. Vnde nunquam ſurgat! ait Gizurr: jam verò nos omnes ad Gunnarem (t) adibimus; remque (u) ipſius,) judicio permittemus; tametſi dubito an velit nunc eam conditionem accipere. Complures Skamkeli, toto comitiorum tempore aegrotanti, (v) male dicebant. Acceſſit (x) Gizurr cum ſuis ad Gunnaris tabernaculum: quorum aduentu cognitô, (y) nuntioque àd Gunnarem in tabernaculum perlato; omnes (ſocii) foras egreſſi, (z) manum quaſi ad aciem ordinant. Gizurr *Albus*

A. C. 985. p. 80.

(l) ef þeir — ſiálfdæmi *omittit* id.

(m) gánga at þeim.] id. g. at móti.

(n) þú mvnt framkoma ſlikv ſem þú vill.] id. ver megnm fr. k. ſl. ſ. vær vilium. *plural. prim. perſ.*

(o) ſliks v. m. v. ſ. N. omitt. id. E. & R.

(p) vard víſs þeſſarar rádagerdar] Fragm. c. var nær rádggerd þeirra, in conſultatione illorum praeſens erat.

(q) *Huc add* id. hvíta, Albo.

(r) þat væri rádagerd yckur Geirs goda.] id. þit Geirr godi legdit þat til ráds med mer, id te & Geirem pontificem mihi conſilium dediſſe.

(s) at búd.] id. í búd ſinni, in t. ſuo.

(t) finna.] id. hitta.

(u) honom *addit* id.

(v) illa.] id. íllt.

(x) Gizurr.] id. Geirr Godi oc Gitzurr hvíti, G. pontifex & G. Albus.

(y) ok var ſagt.] id. ok ſagt.

(z) fylktu.] B. flyktu. C. M. fylk. tu lidi ſínu.

A. C. *Albus* primus incedens, ſermonem incipit: Nos pollicitamur, inquit, vt tu, 985. Gunnarr, (a) litem hanc ipſe diſcernas. Gunnarr reſpondit: Id procul (æ) abeſt a (b) conſilio tuo me in jus vocandi. Giz. Neque ego, (c) neque Geirr ejus rei auctores fuimus. Gunn. Id igitur adductis rationibus (d) purgabis. Giz. Quid poſtulas? Gunn. Hoc, vt jusjurandum praeſtes. Giz. Id faciam, ſi tu (e) vis arbitrium recipere. Gunn. Iſtuc dudum pollicebar; nunc vero ſententia de re majori ferenda mihi videtur. Hic Niall: Non eſt, quod arbitrium repudies; nam quo grauior eſt cauſa, eo majore laeſus ſatisfactione dignus eſt. Tum Gunnarr: Id amicis meis dabo, vt de cauſa judicem: caeterum Otkelem moneo, nequid in me in poſterum peccet. Tunc Höſkulldus & Rutus arceſſiti, negotio interueniunt. Dat juramentum Gizurr & Geirr *pontifex*. Gunnarr vero judicium fecit, nemine in conſilium vocato, moxque (f) ſententiam pronuntiauit: hoc eſt, inquit, arbitrium meum: pretium domus & alimentorum, quae in ea fuerant, ſoluendum cenſeo; at pro flagitio ſerui, quod tu vitia ejus occultabas, nihil tibi multae expendam, ſed eum tibimet addico; *nam* (g) *aures vbi creuerant, potiſſime congruunt*. Sic & (h) exiſtimo, eſſe me contumeliae cauſa citatum a vobis; quocirca non minus adjudico mihi, quam (i) hujus rei pretium, nempe tecti ac rerum intus combuſtarum. Quod ſi vos potius ducitis, nos eſſe inconciliatos, hujus copiam etiam

(a) þetta mál.] Fragm. c. ſiálfr málit yccart Otkels, litem, quae tibi cum Otkele intercedit, ipſe diſc.

(æ) gánga *addunt* Regg.

(b) rádi.] E. ſkapi, voluntate tua.

(c) ok hvargi okkars Geirs.] Fragm. c. ok eigi Geirr godi.

(d) mvntu ſynia.] id. mvntv vilia ſynia, purgare voles.

(e) villt.] id. vill þá, ita vis.

(f) gerdina *neſciunt* C. E. R.

(g) þar erv eyrv ſæmſt ſem óxv.] O. þar er eigi ſæmda von er uxu alldri, inde nihil boni ſperandum, vbi hoc nunquam exſtitit.

(h) *Poſt* ſva *addunt* R. med mer, mecum (cum animo meo).

(i) vert er þetta ſe húſit ꝛc.] E. R. v. var húſit, pretium tecti.

etiam nunc facio; ſic autem, quod ego (k) aliud mihi conſilium proſpexi, euenìet. Gizurr reſpondit: Uolumus quidem nihil vt Otkeli dependas; at viciſſim poſcimus, vt eum recipias in gratiam. Hoc vero, regerit Gunnarr, quoad vixero, nunquam fiet: vtatur ille Skamkelis amicitia, quam diu coluit. Gizurr porro: Finire tamen litem volumus, etiamſi conditiones ex tuo ſolius arbitrio pendeant. Mutua ergo ſtipulatione ſententia omnino confirmatur. Tum Gunnarr ad Otkelem: Magis e re tua eſt, vt ad conſanguineos tuos te recipias: ſi vero in tribu tua permanere mauis, nihil in mei laeſionem committe. Ad quae Gizurr: Hoc eſt ſalubre conſilium, inquit, & ſic ille faciat. Ex ea cauſa Gunnarr maximam inuenit gloriam. Poſtquam a Comitiis domos reditum eſt, (l) domi ſuae manebat: indeque aliquamdiu res in tranquillo erant.

A. C. 985. p. 81.

Cap. LII.

De Runolfo Ulfi *Curionis* Eyrenſis filio.

Erat vir nomine Runolfus, filius Ulfi *Curionis* Eyrenſis: qui (praedium) ab oriente fluminis Markici Dalum incolebat. Hunc a Comitiis reuerſum (m) Otkell hoſpitio excepit; eique bouem ex toto nigrum (n) IX. annorum muneri dabat. Quo de dono Runolfus gratias agens, illum, quandocunque liberet ire, domum inuitauit. Exiit aliquantum tempus, ita vt ad conuiuium non iret; at, per (o) nuntios ſaepe miſſos, vt veniret, monitus a Runolfo, ſemper

(k) enn eitt.] E. R. eitt-hvert, aliquod.

(l) *Ante* í búi ſínu add. R. I. & N. vm kyrt, quiete.

(m) giſti Otkell.] Chb. giſti Otkel, R. Q. g. at Otkels, P. g. hiá Otkeli, (hic) in domo Otkelis (apud Otkelem) hoſpitabatur (eique Otkell bouem &c.)

(n) ix.] O. S. x.

(o) menn.] B. ord, verba — legata.

A. C. ſemper condixit venturum. Erant Otkeli duo equi, colore gilui, (p) ad
985. equirandum in ea tribu optimi; tamque mutuo amantes, vt alter alterum conſectarentur. Quidam Norvegus, cui Ôdolfo nomen, hoſpitio cum Otkele vtebatur; ſtaturâ magnus atque robuſtus; hic ad Signyam Otkelis filiam animum adjecit.

Cap. LIII.

De Otkele, quum in Gunnarem equô inuehebatur.

986. (q) Inito vere Otkell ſe cum ſuis Dalum orientem verſus, conuiuatum, eſſe profecturum ſignificauit, idque omnes approbârunt. Haerebant ei comites Skamkell ac duo fratres, item Ôdulfus tresque alii: ipſe (altero) equô
p. 82. giluo vehitur; alter ſolutus ſequebatur. orientem verſus ad flumen Markicum tetenderunt, cum Otkell admiſſo equo caeteros (r) praeuertit, & ambobus equis furore concitatis, deuiisque in Fliotzhlidam deflectentibus, multò quam voluit vehementius fertur. Gunnarr ſolus domô abierat, vna manu (s) cophinum frumenti, altera ſecurim leuem geſtans; in aruum ſuum progrediebatur, (t) facturus ibi ſementem; (u) & bombycina toga ſua nec non ſecuri propè adpoſitis, ſpargit aliquamdiu ſemen. Sed jam de Otkele narrandum: ille quam voluit, multò citius ferebatur: armatus pedes calcaribus, equum permittit per agrum (v) ab infima parte: neque dum alter alterum conſpexerat. At dum in eo erat Gunnarr, vt erigeret ſe, Otkell equo

(p) heſtar at reid.] B. C. R. Fragm. a. reidheſtar.

(q) vm varit.] E. G. vm ſvmarit, (ineunte) aeſtate.

(r) fyrir.] R. mikit ſ. longe pr.

(s) kornkippv] Fragm. a. kornſkreppv, ſaccum frumenti.

(t) ſár.] E. ſær, id.

(u) ok lagdi — korninv omitt. E. R.

(v) nedan.] R. nordan; a boreali.

equo (x) in eum vectus calcari aurem ei tutudit, magnaque fcidit (y) vibice, vt fanguis effufior manaret. Inibi (z) fociis ejus obequitantibus; (a) Vos omnes, ait Gunnarr, facile fentitis, me a te vulneratum effe; quod indigne (æ) commiffum; nam femel mihi dicam impegifti, iterum pedibus me teris, equo in me concitato. Cui Skamkell: Leuiter tu, bone vir, afficeris! in Comitiis verò haud minus iracundus fuifti, quum, (b) ipfe arbiter, bipennem tenebas. Tu bipennem videbis, reponit Gunnarr, vbi proximè conueniemus. Re ita facta difceffum eft ab inuicem; Skamkele hoc modo (c) vociferante: (d) Citatim vos, viri, equitatis! Gunnarr domum regreffus, nemini rem aperiebat, (e) neque quifquam quopiam ab homine laefum credidit. Aliquando frater Kolfkeggus ab eo certior factus, Hanc rem, inquit, pluribus indicabis, ne te mortuos infimulare criminis (f) dictitent; nam pertinaciter negabitur, nifi teftes, quid inter vos acciderit, norint. Iaque vicinis rem fignificauit, rumore primum leui. Otkell cum fuis Dalum venit, ibique hofpitaliter inuitatus, per feptiduum verfabatur. Runolfo (g) Skamkell, quod Otkelem inter & Gunnarem actum erat, explicitè memorauit: &, quum effet, qui fcifcitaretur, quomodo ad eam rem affectus Gunnarr effet: Dicerentur, puto, inquit, fi quis (h) effet plebejus, obortae illi lacrimae. Hoc improbè dictum, ait Runolfus: & fanè tu proximo conuentu id (i) A. C. 986.

 expe-

(x) á hann ofan.] E. á h. ofvni, v. ofvm.

(y) rifiv.] E. R. I. P. riſpv.

(z) fclagar.] R. førvnavtar, comitibus.

(a) þer.] C. R. þat, id — fentiunt. þer *omittunt* E. & Fragm. a.

(æ) farit.] E. R. Fragm. d. gert.

(b) tókt fiálfdæmit ok. omitt. iid. & C.

(c) æpti vpp omitt. E. &. Fragm. a.

(d) hart.] iid. vfhart, nimis cit.

(e) ok ætivdv — vera omitt. R.

(f) fe þat mællt at omitt. iid.

(g) Skamkell.] R. Otkell.

(h) væri.] R. ætti í hlut, fi cum aliquo plebeio res effet.

(i) eiga til at fegia.] E. Fragm. a. fpyria (til), cognofces.

A. C. experiêris, animum ejus non ſuggerere ploratum: quin optandum, ne me-
986. liores te viri malitiam tuam luerent. caeterum haud inconſultum aeſtimo, vt ego vos domum reuertentes comitêr; mihi enim Gunnarr non intendet malum. Orkell contra: Hoc nolo, ſed flumen (Markicum) infrà trajiciam. Eum Runolfus largè donis affecit, & ſaepius a ſe coram viſum iri negabat: quod ſi ſic eueniſſet, illum Orkell (k) filiorum ſuorum eſſe memorem precabatur.

p. 83.

Cap. LIV.
Dimicatio apud Rangam.

Iam de Gunnare ſermo repetendus: ille foris Hlidarendi conſtitutus ſuum (l) pecoris magiſtrum citato curſu ferentem ad ſeptum animaduertit: quo in aream proxime (m) aduecto, Quî tam feſtinato veheris? inquit. Oſtendere volui, (reſpondit), fidelem in te animum: vidi equites VIII. numerô ſecundum flumen Markicum deſcendentes, quorum IV. in veſte colorata. Tum Gunnarr: Eſt, credo, Orkell. Et (n) famulus: Multa ſaepe mordacia (o) Skamkelis dicteria inaudiui; quippe id Dali praedicabat, te, quum equis in te ferebantur, in fletum erupiſſe: (p) eòque hoc indico tibi, quod (q) tales (r) malorum hominum voces indignè patior. Gunnarr contra: Ne nos aegritudinem ex ſermonibus contrahamus: tu verò non aliud, quam tibi lubet,

---

(k) ſyni ſína.] R. ſonom ſínom. || E. ſon ſinn. C. ſyni ſínum, filii ſui.

(l) ſmalamann.] Fragm. a. ſmala. *raro ſenſu apud veteres.*

(m) Poſt heim add. E. R. Fragm. a. at honom, ad ipſum.

(n) ſveinninn.] B. E. ſmalamadrinn, opilio.

(o) ord Skamkels.] E. *tantum*, mál, dicta. R. ord til þeirra, illorum hominum verba.

(p) ſegi ek þer af því at *omittunt* R.

(q) ſlíkt *omittunt* B. E. R. & Fr. a.

(r) vándra.] Fragm. a. annara, aliorum.

lubet, posthac opus facias. Fratri tuo Kolskeggo, inquit pastor, numquid significabo? At Gunnarr: I & quiesce; Kolskeggo ipse dicam. Decumbens famulus, statim obdormiuit. Ille pastoralem capit equum, ephippiis insternit suis; sumto clypeo, se, quem ab Ölvere acceperat, gladio cingit; impositâ capiti galeâ, bipennem adhibet, magno resonantem clangore. Quô Rannveiga mater sua exauditô prodiit, & ; Nunc tu, inquit, gnate mi, tam iracundo vultu es, nunquam vt ante talem te viderim. Gunnarr foras exiit; bipenne humi leuiter (s) destitutâ (fultus) se subjecit in equum, & abequitauit. Mater in hypocaustum, vbi magnus erat confabulantium tumultus, aggressa; Elatè vos loquimini, inquit; tamen bipennis (t) exeunte Gunnare, altius increpauit. Quo audito Kolskeggus: (u) Non nihil id noui portenderit. Et Hallgerda: Benè, inquit; jam comperientur, an lacrymabundus concedat ab illis. Kolskeggus arma sumit, equum inuestigat, quantâ maximâ potuit celeritate insequitur. Interim Gunnarr per transuersam Akratungam equitat; inde ad Geilastofna (lacunarum confinia), inde ad Rangam, & vadum vsque Hofo adpositum, descendit. Hic mulieres ad stabulum pecorum erant. Iamque ab equo desilierat, eumque religârat, quum adsunt aduersarii. (v) Erat semita, quae in vadum fert, lapidosa, argillâque tecta. Illis Gunnarr loquitur: Iam tempus est defendendi se; ecce hic bipennis: nunc & vos reperi-

A. C. 986.

(s) stíngr.] B. stvddi.

(t) er G. geck út.] R. sonar míns er han g. út. filii mei, ipso exeunte.

(u) Þat mvn cigi øngra tídinda vita.] C. Þ. m. benda fyrir tídendum. M. Þ. m. tídendum gegna, hoc noui quid p. R. Þ. m. e. tídindalaust. id. || vita.] E. vert. K. L. gegna. O. kenna.

(v) móhellur voru í gavtunvm vid vadit.] E. *in margine*, molldarholur &c, erant in sem. — cauernulae humô aridâ. || M. O. moh. v. í ánni ok leirgata diúp vid ána, erat fundus omnis lapidosus argillosusque, & semita, vadum pertingens, depressa; arg. t.

A. C. 986. reperietis, numquid ego veſtra opera in fletum eam. Tum ex equis deſcen-
p. 84. dunt omnes, illum inuadunt. (x) Primus erat Hallbiörn: cui Gunnarr: (y) Ne tu impetas; tibi minime intenderim damnum: tametſi nemini parcam ſi vitam meam tueri neceſſum habeo. Hoc verò nōn faciam, inquit ille, (z) cum (ſi non mihi) tamen fratri meo mortem mediteris; adeo, ſi otioſus adſideam, mihi probro eſt: ingentemque in Gunnarem haſtam vtraque manu dirigit, & clypeum, quem hic objiciebat, transfigit. Gunnarr, clypeô tanta vi demiſſo, vt defixus humi ſtaret; gladium citius, quam vt oculis poſſet comperiri, ſtringit, eô percutit, brachiôque Hallbiörnis ictô ſupra (a) carpum, manum abſcidit. Tum Skamkell Gunnarem a tergo inuadens, magnâ cum ſecuri petit: (æ) ad quem celeriter conuerſus bipennem ictui objicit, ita vt hac ſinui poſterioris cornu immiſſâ, ſecuris e manu hominis in Rangam efflueret. (b) Hic Gunnarr carmen cecinit:

(c) Nae tu rogâſti, qui ſalis per humida
Equum citauit, hunc [virum],

Fugae

(x) H. var fremſtr *omittit* C.

(y) ſæk þu eigi at *omitt.* id.

(z) þú munt þó drepa vilia.] E. P. ef þú villt dr. ſi (ſiquidem) occidere vis fratrem meum.

(a) avlſlid.] *Omnes codd. praeter* D. úlſlid.

(æ) at honom.] R. vid honom.

(b) *Haec & ſubſequens carmen neſciunt* C. E. R. K. L. M. N. O. P. Q. S.

(c) *Verba hujus carminis in ordinem redacta ſunt*: Viſt ſpurdir þú, hardr 1) hrayggvi α) glópr, þenna β) vaſta 2) viggrennanda, 3) þá er hlayptud or mínum gardi, Hvart 4) ſtefnur væri rettar. vær ríóðum ſpiør blódi 5) vígſtrídir γ). 6) þat ſkal ek hefna heiptar hvesſi.

1) B. H. & I. *in margine*, hrauſkvi-glópr. *quod ſecutus ſum.* 2) D. I. vigrennanda, id. 3) B. H. I. ádr hleyptud, antequam. 4) iid. rettar ſtefnur (*non* rettar ſtefnu) *legunt*, *quod omnino in textum recipi debet*, *nam* rettrar ſtefnu *mendoſa lectio eſt*, *ac nullius ſenſus.* 5) B. H. I.

Fugae peracer ardelio, cum vos recurrebatis ab mea domo; A. C. 986.
An justa, qua citabar, esset formula?
Nos praelii acres tingimus
Cruore telum, nunc id iras efferas
In asperante vindico.

(d) Gunnarr iterum bipennem dirigens, Skamkelem confodit, atque ferro sublatum in (e) semitam illam argillosam capite mittit. Sustulit hastam Ódulfus Norvegus & misit in Gunnarem; quam hic aduolantem manu intercepit, & e vestigio retorquet, eaque scutum & corpus Norvegi peruolans in terram penetrabat. Hic Otkell gladium intendit Gunnari, tibiam (f) sub ipso genu desti-

H. I. vígstœrir, auctor pugnae. *casu Vocandi.* 6) Iid. þess, id. *quae constructio usitatior.*

α) hrayggvi *idem esse videtur quod* hravkkvi; *nam & y pro u saepius invenitur, ut* sydr *(austrum versus.)* pro sudr: *& g pro k substituitur, cum in Adjectinis in* ligr *(a* likr) *desinentibus; it. in* rígr *(faemina imperiosa), quod auctor Skalldae deriuat a* ríkr *(potens.): tum initio vocis, ut* gleif *pro* kleif *(cliuus)* dags *(coelum). Edd. Nisi* hrayggvi *idem esse velis ac* hryggvi, tristis; *de quo tamen dubito.* *β*) Vasta *Genitiv. plur. a* vaust, *quod in nomenclaturis* maris *praefert Edda.* Vasta vigg *s. equus maris*, nauem *denotat. atque per* vasta viggrennanda þenna *poëta sese, quasi ipsum digito commonstrans, intelligit; vultque dicere:* memet ipsum, *qui hic praesens adsum.* *γ*) *Non est diffitendum* vígstrídir *etiam ad Skamkelem casu Vocandi referri posse, atque ita significare hominem, qui* pugnat pro pugna *(ɔ: ut pugna fiat): vel, si* víg *pro* caede *capiatur, eum qui* pugnat occidi. *neutrum de Skamkele absurdum; namque is & malam se in partem interponendo, & Gunnari detrahendo, hunc ad vindictam prouocauerat.*

(d) Gunnarr leggr í annat sinn atgeirinvm.] B. ok keyrir atgeirinn, Et (cum dicto) bipennem adigit (per corpus Skamkelis).

(e) leirgøtvna.] E. *in margine,* leirgrøfina, cauernulam argillosam.

(f) fyrir nedan.] C. E. fyrir ofan, supra ipsum g.

A. C. destinans: ictum subsiliendo Gunnarr exiit, bipenneque rursus impetens, latus 986. illi hausit. Iam interuenit Kolskeggus; statim in Hallkelem inuolat, machaeraque letalem ei plagam incutit. Denique VIII. homines concidunt. Cucurrerat domum vna foeminarum spectatricum, & re Mördo nuntiata, eum pugnantes dirimere rogitauit. Is vero, Non alii, credo, sunt, inquit, quam
p. 85. vt susque deque habeam, licet occidant. Foemina contra: Neutiquam id serio dixeris; sunt, puto, Gunnarr cognatus & Otkell amicus tuus (in arena). Semper (h) tu, putida, aliquid crepas, regerit ille; ac sub tecto, dum pugnaretur, quiescebat. Gunnarr & Kolskeggus, edito facinore illo, domum reuertêre: cumque per oras (fluminis) effusiore cursu veherentur, Gunnarr ab equo desilit, seque pedibus excipit. Kolskeggus ait: Nunc tu, mi frater, celeri gradu equitas. Et Gunnarr: Hoc idem Skamkell mihi opprobrio (i) dixit, cum ab equite proculcabar. At Kolskeggus: Id vero nunc vltus es. (k) Incertum mihi est, ait Gunnarr, an sim eo magis imbellis atque caeteri hominum, quo mihi, quam aliis molestius est homicidia facere.

Cap. LV.

Consilia Nialis erga Gunnarem salubria.

Famâ rei gestae passim audita, complures non videri hoc expectatione prius euenisse dictitabant. Gunnarr Bergthorshvalem profectus, quid actum esset, Nialem edocuit. Hic, Multum (l) effecisti, inquit, & valde quidem ad id sollicitabaris. Gunnarr: Quorsum res in posterum euadet? Niall: vis

(h) mannfyla þín.] P. mannfylan.

(i) hann mællti sva er ridit var á mik.] R. ek mællta sva. þer rídit á mik ofan, (dixit,) cum ego ita dixi: vos equis in me inuehimini. || C. E. Q. *legunt* ek *pro* hann.

(k) hvat ek veit s. S. hvart ek man því.] R. Q. S. hvart (hvert) mun ek því, mene eo m. imbellem putauerim —?

(l) atgert.] E. at verkum gert.

Vis vt tibi, (m) quod (n) nondum euenit, praeſignificem? Tu ad Comitia A. C.
proficiſcêris, meorumque ope conſiliorum ſummam hac ex cauſa gloriam 986.
conſequêris: haec autem primordia ſunt, quae perpetrabis, homicidiorum. G. Fac igitur mihi ſalutaria (o) quaedam conſilia. N. Faciam: ne ſaepius quam ſemel homicidium in eandem ſtirpem committe, neque vnquam compoſitionem te inter & alios a bonis viris factam viola, idque tali in caſu minime (p). G. Hoc aliis, quam mihi, procliuius euenturum (q) credebam. N. Id fieri poteſt: verumtamen, ſi ſic euenerit, rationes tuas tecum ita deputa, quaſi parum vitae ſuperſit tibi; at caeteroquin ad ſenectutem venies. G. Scis, quae res tibi exitio futura? N. Scio. G. Quaenam? Id quod omnes minime cogitârint. Poſtea (r) Gunnarr domum repetiit. Nuntio ad Gizurem *Album* & Geirem *Pontificem*, vtpote qui caedis Otkelis principales eſſent vindices, miſſo; conuenerunt ii, ac de ratione tractandae cauſae conferentes, in id conſentiebant, vt jure ageretur: ſed vbi, qui reciperet accuſa- p. 86.
tionem, quaerebatur, nemo (s) inuentus eſt. Unde Gizurr: Videntur mihi duae modo conditiones reliquae; vt vel alteruter noſtrûm anquirat de cauſa, & ſic nobis ducenda ſors eſt; vel alias non expietur homicidium: (t) neque nos temere crediderimus, multi fore negotii litem mouere; nam & Gunnaris cognatio frequens & ipſe gratioſus eſt: qui vero noſtrum non ſortitur actionem, ſociam hic operam commodabit, neque cauſae, priusquam ad finem

per-

(m) er.] C. at, id.

(n) eigi er framkomit.] R. fram mun koma, euenturum eſt.

(o) nacqvr.] B. E. nacqvat, nockut, quoddam (ſalutare conſilium).

(p) *Huc addunt* R. er þú verdr ſekr, cum damnatus fueris (exilii v. peregrinationis).

(q) ætlada.] B. hugda.

(r) *Hic inſerunt* R. hættu þeir at tala, colloquium finierunt.

(s) vard til þeſs.] C. E. R. var til þeſs búinn, ad id promtus erat.

(t) munu vid ok ſva ætla mega til.] E. P. ætla ek, arbitror.

A. C. perducta est, deerit. Sortibus jactis, Geiri *Pontifici* actio obtigit. Nec ita
986. multo post amnes (u) ab occidente transmiserunt; & ad Rangam peruenientes, vbi congressus fuerat, erutis (x) cadaueribus, testes ad vulnera vocant, nota faciunt homicidia, accolis (loci pugnae) IX. (y) testimonium denuntiant. Gunnarem cum XXX. viris domi esse, nuntiatô; Geirr *Pontifex* quaerit, an illum Gizurr cum C. hominibus adire vellet. Sed is, Nolo, inquit; sint licet copiae valdè inaequales. itaque domum reuerterunt. Rumore de praeparata actione per omnes pagos dilatô, comitia fore turbulenta (z) sermo percrebuit.

Cap. LVI.

Lis forensis inter Gunnarem & Geirem *Pontificem*.

Skaptius nominabatur vir, filius Thoroddi. Mater Thoroddi fuit (a) Thorvöra, filia (æ) Thormodi, (b) filii Skaptii, (c) filii Oleifi Breidi (ampli), filii (d) Einaris, filii) Ölveris Barnakarli (infantarii). Skaptius ac pater in primis magnatum erant, atque jurisconsulti magni nominis: ingenii tamen nonnihil versuti callidique Thoroddus habebatur. Ambo Gizuri *Albo* in quouis negotio operam commodabant. Ad Comitia Hlidenses & Rangaënses cum magno ibant comitatu. Erat (e) Gunnarr adeò gratiosus, vt quam plurimi cum eo facere

(u) vestan.] C. M. austr, orientem versus.

(x) likamina.] R. likin, id. || B. hina dauda, mortuis.

(y) nefndu.] C. E. R. quødd.

(z) sú ordræda.] E. sá ordrómr.

(a) Þórvør.] E. P. Þrúdr.

(æ) Þormódar.] S. Þórmudar.

(b) Skaptasonar *omittunt* E. P. || *Secundum* Landnamab. (*ed. Havn. pag.* 363.) Skapti *merum cognomen est: utrum sit rectius, antiquitas librorum dijudicabit.*

(c) Oleifssonar] iid. Ølvissonar.

(d) Einarsonar *addunt*. R.

(e) Gunnarr.] O. Gissur.

facere inter se condicerent. Qui cum omnes ad Comitia venissent, taber- A. C.
nacula sua instruxerunt. Hi magnates in factione Gizuris *Albi* fuêre: Skaptius 986.
(f) Thoróddi filius, Asgrimus Ellidagrimi, (g) Oddius (h) ab Kidiabergo, (i) Halldorr Órnolfi filius. Quodam die ad *juris dicundi rupem* itum fuerat, quum Geirr *Pontifex* surrexit, & causam contra Gunnarem de caede Otkelis, tum Hallbiörnis *Albi*, tum Ódolfi, tum Skamkelis; ac porrò contra p. 87.
Kolskeggum de caede Hallkelis (causum) edidit. Proclamatis ab eo cunctis homicidiorum causis, (k) eloquentia viri collaudabatur. Tum cui curiae addicti rei essent, quôque domicilio vterentur, requisiuit. dein ab *juris dicundi rupe* discedebatur. Ubi, diebus comitiorum aliquot interjectis, causae in judicio erant peragendae, aduocationem oppidò frequentem vtrique adduxêre. Geirr *Pontifex* & Gizurr *Albus* â meridie, Gunnarr & Niall a septemtrione judicio Rangaënsium adstabant. Geirr *Pontifex* jurijurando suo attendere Gunnarem inuitat; jusjurandum dicit; mox causam exponit; dein testimonia de manifestatis homicidiis producit; tum colonos (quos citauerat), vt adsideant, inuitari facit; mox aduersarium cognitores *) rejicere jubet; (l) postremò

 eos

(f) Þoroddsson.] C. E. R. P. ok Þóroddr, & Thoroddus.

(g) Oddi.] C. E. R. M. N. O. P. Oddr.

(h) Kidiabergi.] P. Raudabergi.

(i) Halldórr.] P. Hallr.

(k) var þat mællt at hann taladi vel.] B. — honom taladiz vel. C. søgdu menn at honom mælltizt vel, eloqu. v. vulgò praedicabatur.

(l) þá beiddi — kvidinn *omitt.* C.

*) Cognitores *intelligo, quibus, ut vicinis loco facti l. delicti, res erat nota, quique quod cognouerant, renuntiare in judicio debebant. Nec male, puto, adpellarentur* aduocati v. euocati *ɔ: (non procuratores aut patroni,) vocati ad causam v. judicium; quatenus* qvidr *proprie nihil aliud quam* vocationem, *deinde* vocatos s. citatos *denotat. Qui volunt exprimere vocabulum Danicum* Sandemænd, veridicos *nominitant: quam quidem vocem veracem modò, non eum qui verum dicere debeat, atque ad alterius adsertionem confirmandam sit euocatus, significare didici.*

A. C. 986. eos (m) ferre teſtimonium poſtulat. Tum coloni, quibus denuntiatum fuerat, in judicium adgreſſi, nominatis ſibi teſtibus, per id ſtare confirmârunt, quò minus de caedè Òdolfi teſtificarentur, quod (n) actor (caedis) principalis in Noruegia eſſet, neque ideò deberent (o) de re illa quicquam adſerere: mox verò de caede Orkelis teſtificantes, Gunnarem (p) ejus planè reum adſeuerabant. Deinde Geirr *Pontifex* Gunnarem ad defenſionem inuitauit: ac de omnibus, quae produxerat, auctoritatibus teſtes adhibuit. Viciſſim Gunnarr Geirem *Pontificem* prouocat, vt jusjurandum ſuum, quasque (q) aduerſus intentionem objecturus eſſet, exceptiones auſcultaret: praeſtitô juramentô, Hanc exceptionem, ait, huic accuſationi oppono *), quod ego, nominatis teſtibus, Otkelem jure caeſum **) coram vicinis meis pronuntiaui propter cruentam illam vibicem, quâ me admotô calcari ſuo (r) laeſerat. *Te igitur, Geirr Pontifex,* (s) *interdicto pontificiali* †) *veto hanc perſequi litem,*

(m) framburdar.] R. burdar.

(n) adili.] E. P. ætterni hans, cognatio illius.

(o) vm at ſkila málit.] iid. vm at dæma. B. at ſetia málinv. *eodem ſenſu.*

(p) ſannan at ſøkinni.] C. E. R. M. P. ſ. at ſøk (þvi) at han hafdi vegit hann (Otkel), ejus rei manifeſtum, quod eum (Otkelem) interfeciſſet.

(q) framfæra vm málit.] B. frammi hafa vm mál þetta.

(r) veitti mer áverka.] E. R. P. *omittunt* áverka.

(s) godalyriti.] B. C. E. R. P. *tantum*, lyriti. O. Q. S. g. lyritti.

*) færi.] B. fæ, inuenio.

**) óhelgada ek *poteſt etiam ita verti:* impune caedi poſſe v. vitae ſecuritatém perdidiſſe declaraui; *nam utrum ante an poſt caedem id pronuntiauerit Gunnarr, parum conſtat.*

†) *Tale interdictum non ideo vocari* goda-lyriti, *quod vel actor vel reus fuerit pontifex aut praetor; ſed quod cuilibet, quocum injuſte agebatur, ſic a priſcis pontificibus Islandis, quemadmodum ciuibus Romanis a praetore, interdictum poſtulare conceſſum fuerit, quin & hoc illi dare debuerint, liquidè monſtrat* Grágás, *in Titulo de forma judiciorum Cap.* 38. *his verbis:* Manni er rett at láta lyrit coma fyrir

litem, & judices cognoscere, sicque omnem intentionem tuam elido; prohibeo te legitimo interdicto, omni exceptione majori interdicto, absolutoque tam & firmo A. C. 986.

fyrir søk þá er honom er á hendi. han scal fara til fundar vid Goda þann. er han er í þíngi med. enda er rett at annarr madr taki lyritinn af Goda. han skal nemna ser vátta í þat vætti. at ec spyrr þic eptir. oc nefna Goda. hvart þú hafir Godord þitt. þat er þú nefnir dóma med. edr ber Xii. qvidu. eda hafir eigi. En Godi skal svara honom. en hinn skal nefna vátta at svørum þeim er verda oc Godi svarar honom. En ef Godi svarar því. at han hafi Godord þat. þá skal hinn nemna ser vátta í þíngs-vætti. at han tekr lyritit af Goda. en Godi selr honom Goda lyrit. løg-lyrit fullan at veria dómendum at dæma søk þá. oc nefna søcina. oc nemna mann þann er honom hefir stemnt. oc sva gøgn øll fram at færa. þau er lyrit á frá at koma. En ef sá madr tecr lyritinn. er eigi á søcin á hendi at vera. fyrir hinn er søcin er á hendi. ok (skal) fara því máli álengt sem ádr var tínt. Nú vill Godi eigi selia lyritit fyrir þridiúngs mann sinn. oc á hinn þá at beida hann med vátta løgbeiþíng. oc ver honom þá fiørbaugsgard. — Han scal fara til þíngs er lyritinn hefir tekinn af Goda. en han scal gánga þángat til er dómrinn var settr. en han á þar at veria lyriti þat er dómendr heyra á. Han scal færa fram. hvart sem han vill. ádr søc se framsøgd á hendr honom. edr sídan. Han scal nemna ser vátta ádr han føri lyrit fram. í þat vætti. at ec ver lyriti. Goda lyriti. løg-lyriti fullum. dómendum at dæma um søc þá. oc qveda á søcina. þá er han hefir á hendi honom. eda mer. oc nemna Goda oc sva þann mann er søcin er á hendi. ef han verr fyrir annan mann. Enda scal han sva veria qvidmønnom lyriti. at bera qvidu um hann. ef han vill. oc sva øll gøgn. nema stefnovætti. nema fleiri gøgn se fram komin ádr. *i. e.* Cuique licet interdictum opponere accusationi, quae aduersus eum (injuste) instituitur. conueniat pontificem (praetorem), cujus curiam sequitur. Liceat quoque, vt alius (quam reus) jus interdicendi a pontifice accipiat. Testes nominet (reus v. mandatarius), qui testificentur, quod ego (inquiet) te interrogo, (simulque pontificem nomine adpellet,) an jurisdictionem (magistratum) habeas tuam, cujus auctoritate judicia constituis, aut XII. viros (ad causas forenses) euocas, necne? Pontifex autem respondere percontanti debet, hicque responsa, quae dantur & a pontifice redduntur, contestetur. Quod si pontifex responderit se magistratum eundem gerere, tum iste testes compellato,

A. C. *firmo, quam mihi ex ipſo jure comitiali ciuilique lege interdicere licet.* Praeter
986. haec aliam, addit Gunnarr, quâ progrediar, tibi rationem indicabo. Siccine me, inquit Geirr, more tuo in arenam prouocabis, neque tolerabis legem? Non id fiet, regerit Gunnarr; ſed ad *juris dicundi rupem* vocabo te in jus, propterea quod teſtimonium de Ódolfi caede, huc minime (t) pertinens poſtulâſti, eoque nomine te relegationis reum dicam. Hic Niall: Non
p. 88. oportet hanc rem ita cedere; nunc enim non abſque graui contentione litigabitur, cum cauſa vtriusque partis, ſicut ego exiſtimo, haud exigui ſit ponderis.

ſunt

---

lato, qui (deinde) in foro adſerant eum jus interdicti a pontifice accepiſſe, Pontificemque illi jus interdicendi permiſiſſe, vt legitimo & abſoluto interdicto judices prohibeat cauſam aduerſus eum inſtitutam (quam cauſam exprimat; hominemque, a quo in jus vocatus eſt, nominatim indicet,) judicare; vt & actorem quicquam auctoritatum, quas interdicto deſtruere liceat, producere. Si vero quis, contra quem actio non parata eſt, jus interdicti pro ipſo reo poſtulabit, id negotium omnino, vt ſupra eſt recenſitum, geri debet. Iam vero ſi pontifex curiali ſuo jus interdicti dare detrectauerit, hic (curialis v. ejus mandatarius) id ab illo teſtibus adhibitis poſtulet, legitima poſtulandi formula; atque ita (modo ſc. recuſet) relegatione teneatur pontifex. — Qui jus interdicendi adeptus a pontifice eſt, comitium (forum) adeat, eòque, vbi judicium eſt conſtitutum, accedat, ibique interdicat, vbi (ita vt) judices auſcultare poſſint. Interdictum ei pronuntiare liceat, ſiue ante peroratum in ſe crimen, ſiue poſtea, velit. Antequam interdictum proloquatur, teſtes vocet, adſerturos, quod ego (inquiet) interdicto, interdicto pontificali, interdicto legitimo abſolutoque judices hac de cauſa (eamque indicet) judicare veto, quam actor aduerſus reum, vel me, inſtituit. ſimul pontificem nominet, vt & ipſum reum, ſi pro altero interdicit. Sic etiam cognitores, ſi velit, teſtimonium contra reum (v. ſeſe) dicere prohibeat; item (actorem) inſtrumenta ſua, praeter citationis teſtimonium, inducere; niſi plus auctoritatum jam ante ſit productum. *Haec ideo cenſebam adſcribenda, quod alibi ad illuſtrandum, unde* Godalyriti *vocaretur, adnotata non reperirem.*

(t) ſkipta.] R. ſkipa. C. fylgia.

ſunt quaedam homicidia, quorum (u) te reum fore nequicquam tergiuerſa- A. C.
beris: contrà actionem (v) in Geirem ita paratam habes, vt ille ſit reus eua- 986.
ſurus. Tu quoque, Geirr *Pontifex*, ſic habe, (x) crimen exilii, quod in te eſt, nondum eſſe motum; neque illud, ſi tu meo rogatu facere non vis, ſuppreſſum fore. Thoroddus *Pontifex:* Videtur nobis maxime ad pacem pertinere, ſi lis componatur: ſed quî tu, Gizurr *Albe*, hic adeo parum in medium cónſulis? Hic fatur: (y) Sic & ego reor, (z) cauſae noſtrarum partium valido praeſidio opus fore (a): ac facile apparet praeſto eſſe fautores Gunaris: vnde nobis (æ) hac in cauſa vtiliſſimum fuerit, vt de ea boni viri, modo Gunnarr velit, arbitrium ferant. Pronus (b) fui ſemper, ait Gunnarr, ad pacificandum: caetera vos (c) grauem cauſam jure perſequimini; quamquam & ego (d) mihi videor (ad caedem) magnopere coactus. Tandem res ad

(u) at þú mvn ſekr vm verda.] E. P. ok þú ert ſekr vm, (quae non inficias ibis) & quorum tu reus es.

(v) á Geir.] C. E. R. á honom, in aduerſarium.

(x) at enn er eigi vppkaſtat þeirri ſkóggángs ſøk er á þer ſtendr.] E. P. — framkomin ſú ſkógg. ꝛc. — productam (in jus). R. — vppí ſú ſk. — er her ſtendr á, quae aduerſus te propter hanc rem (vitioſum proceſſum) competit. B. — er þer á hendr mvn koma, quae aduerſus te inſtituetur. || I. K. L. N. O. Q. S. at finnaz mvn ſú ſøkin er þig mun bíta, repertum iri crimen, quod te opprimet, labefactabit.

(y) ſva lízt — varv máli *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(z) ſem rammar ſkordvr mvni þurfa vid at váru máli.] B. ſ. rammara mvni ꝛc. validiori defenſione. E. P. — ſkordur ſev vidreiſtar voro m. — validum objectum eſſe obſtaculum. C. R. — muni móti (i) ſettar várv máli (málino) id. || vid.] Fragm. c. vid at ſetia, praeſtruendo.

(a) *Huc addit* Fragm. c. ef dvga ſkal, ſi expediat (ɔ: ſi nos cauſam obtinere debemus). *Mox*, má þat ok ſiá.] I. K. L. N. O. Q. S. þat megvm ver ſiá á þeſſum málvm, Nos facile videmus hac in cauſa praeſto &c.

(æ) mála hluti.] Fragm. c. mála hlutr.

(b) hefi ek v.] id. hafda ek v. eram.

(c) mikit at mæla.] E. P. at ſækia, jure perſequimini.

(d) þikkivmz.] Fragm. c. þikkiomc.

A. C. ad eum peruehebatur exitum (e), prudentiſſimo quôque conſulente, vt omnes
986. cauſae (f) compromitterentur, ſenis (g) arbitris dijudicandae: quas & ſtatim in comitiis decidebant, hac ſententia: caedes Skamkelis (h) ne expiaretur: pretium viri (ſc. Otkelis) multam pro plaga, calcari inflicta, aequipararet; (i) caeteris) de homicidiis, quatenus aequum videbatur, aere ſatisfactum. Tantum pecuniae cognati Gunnaris (k) contulêre, vt tota caedium multa ipſis in Comitiis perſoluta ſit. Tum Geirr *Pontifex* & Gizurr *Albus* ſecuritatem Gunnari ſancitum ibant. A Comitiis Gunnarr domum rediit, gratias de lata ſibi ope amicis egit, complures donis munerabat, ſummasque hinc laudes (l) retulit. (m) Inde domi ſuae honoratus manſit.

Cap. LVII.

De Starkado & filiis.

(n) Erat homo *Starkadus* nomine, filius Börki Blatannarſkeggi (liuido dente barbati), filii Thorkelis (o) Bundinfotii (obligati pedis), qui loca Thrihyrningum (montem tricornem) p) circumjacentia primus occupauerat. Starkadus-

(e) *Poſt* lyktir Fr. c. *habet* at, (vt), *non ante* málin.

(f) lagit í gerd.] C. E. R. M. P. lagin (løgd) í dóm.

(g) menn.] Fragm. c. búar, ciuibus.

(h) ſkylldi úgilldr.] id. var ogilldr, impunis erat. C. ſk. óheilagr. R. ſk. einn óheilagr fallit hafa, ſolus (Sk.) jure caeſus haberetur.

(i) aunnur addunt E. & R. || Fragm. c. aull vígin á þingi, omnia h. in comitiis expiata ſunt.

(k) *Poſt* Gunnars *addunt* Chh. ok vinir, atque amici.

(l) *Poſt* ſæmd *add.* Fragm. c. af málino, haec ex re. Chh. af málum þeſſum, id. *plural.*

(m) *Haec non agnoſcunt* iid.

(n) St. het madr.] Fr. c. St. er m. nefndr.

(o) bundinfóta.] E. Bundinfótar. Chh. Bundinfóts.

(p) umhverfis.] B. l. umhverfum.

dus matrimonio junctus, vxorem habuit nomine Hallberam, filiam (q) Hroalldi A. C.
Rufi & Hilldigunnae (r) Thorsteinis Titlingi (passeris) filiae. Mater Hill-
digunnae fuerat (s) Auda, Eyvindi (t) Karfii (cyprini) gnata, soror Modolfi
Sapientis a Mosfello, a quo (u) Modylfingi ortum ducunt. Filii Starkadi P. 89.
& Hallberae fuerunt Thorgeirr, Börkus ac Thorkell, quorum soror Hill-
digunna (v) *Medens:* homines turbulento admodum ingenio, immites ac
importuni, aliorumque jura impune violare soliti.

Cap. LVIII.

De Egile atque filiis (x).

Egill nomen erat homini; qui filius Koli, filii (y) Ottaris Bölli (pilae), qui tractum inter Storalæk (riuum magnum) & (z) Reydarvatn (lacum auratae) occupauerat. Frater Egilis fuit Ônundus in Tröllaskogo, pater Hallii *Robusti*, qui vna cum filiis Ketilis (a) *Blandiloqui* (b) caedi Thoreris ab Hollto aderat. Egill in (villa) Sandgilo habitabat. Ejus filii erant Kolus, Ottarr & Haukus; matre Steinvöra nomine, Starkadi (c) sorore, nati: (d) homines statura magni; perti-

Z

(q) Hróallz.] Fragm. c. Hróalldz. C. E. R. P. Hrólfs.

(r) *Huc addit* Fr. c. Læknis, medicae.

(s) Audr.] E. Udr. C. R. Unnr.

(t) Karfa.] R. austmanns, Noruagi. || O. skreifa.

(u) Módylfingar.] Fr. c. Módólflingar. || O. Mosfellingar.

(v) læknir *omittit* Fragm. c.

(x) *Huc addit* B. ok rádit hestavíg, & statuta equorum concertatione.

(y) Ottarssonar.] id. Auzvrarsonar.

(z) Reydarvatz.] Fragm. c. Reydarvatz múla. Chb. Reydarness.

(a) ens slettmála.] R. e. slettmálga, id.

(b) var at vígi Holltaþóris.] E. P. vo Holltaþóri, Thorerem Hölltensem occidit.

(c) *Post* Starkadar *addit* Fragm. c. vndan Príhyrningi, sub Trihyrningo habitantis.

(d) Synir Egils — synir Stark. *nescit* E.

A. C. pertinaces, ac ſummae iniquitatis; (e) earundem atque filii Starkadi (f) partium. Illis ſoror fuit Gudruna Nattſol (*noctiſol*), mulier (g) ſplendidiſſimis moribus. (h) Duos Norvegos Egill hoſpitio acceperat; alterum Thorerem, alterum Thorgrimum nomine; qui tunc primum huc aduenerant; (i) multis amati, ac diuites, armis bene exerciti, caeteris praeclare ornati artibus. Fuit Starkado eximius equus, colore punico, (k) cui nullus certando par credebatur.

986. Quodam tempore fratres Sandgilienſes in villa ſub Trihyrningo aderant: hic prolixo de omnibus Fliotzhlidae incolis (l) colloquiô habito, tandem eo (m) ſermonem deduxerunt, ſi quis equum cum equo ſuo componere vellet ad pugnam: erant autem, qui (n) illis honoris & adulandi gratiâ, dictarent ſe arbitrari, tam eſſe neminem, qui (o) committere auderet, quam talem equum eſſe nemini. Tunc Hilldigunna (p) interpellat: At ego noui, qui cum veſtro ſuum committere ſuſtinuerit. Effer, inquiunt, nomen ejus. Eſt Gunnari pullus equus, quem cum veſtro atque omnium aliorum equis committere audebit. Sic vos, foeminae, (reſpondent) arbitramini, parem illi eſſe neminem:

(e) þeir vorv at einv máli ꝛc.] Fragm. c. þ. vittuz at hveriv m. illi & filii St. in quacunque re operam viciſſim nauabant.

(f) máli.] C. M. rádi, I. K. L. N. bragdi, ejusdem conſilii (ſtudii).

(g) *Hic inſerunt* E. & Fragm. c. frídvzt ok, venuſtiſſima forma &.

(h) vid Auſtmönnum tveimr.] Fragm. c. Auſtmenn tvo.

(i) vinſælir.] id. þeir voro úvinſælir, inuiſi.

(k) þótti ſem engi — þeim í vígi.] id. þótti þeim ſem ꝛc. cui nullum cert. parem credebant (Starkadus ſc. & filii). || O. Q. S. var öruggr til vígs, acer in concertando.

(l) vidrmælgi.] Fragm. c. vidrmæli.

(m) at þ. töludv.] id. at þ. mælltv ſva.

(n) til ſóma þeim ok eptirlætis.] id. til eptirmælis vid þá, ill. adul. gr.

(o) vid at etia — þvílíkan heſt.] id. ſlíkan heſt fá edr eiga ſem þeir, talem equum, qualis eorum eſſet, comparare vel habere aud.

(p) *Hic addit* id. Læknir, medens.

nem: at, quanquam ei Geirr *Pontifex* & Gizurr *Albus* (q) indecorè cesserint, A. C.
(r) incertum est tamen, pariter & (s) nos ei cessuros esse. Mulier contra: 986.
Immò vos (t) longè sequius. Et, asperrimâ hinc coorta (u) rixâ, Starkadus suscipit: p. 90.
Volo vos vt Gunnarem (v) omnium minimè lacessatis; nam (x) ejus fortunae (y) obuiam ire vobis arduum erit. At permittes nobis (ajunt) proponere illi certamen equarium. (z) Permittam (inquit) si vos eum re nulla decipitis. Adfirmant se facturos: & postea Hlidarendum equitant. Gunnarr domi constitutus (a) exiit, vnàque cum eo Kolskeggus & Hiörtus: aduenas comiter exceptos, quò sint ituri, percontantur. Haud vlterius, inquiunt: dictum est nobis equum tibi esse bonum; quare tibi conditionem equos (æ) componendi ferre volumus. Pauca (b) inquit Gunnarr) de meo equo praedicari possunt; quoniam adolescens est ac planè rudis. Copiam tamen, ajunt, certaminis (c) facies: & augurabat Hilldigunna facilem te in praebendo equo fore. Gunnarr: Quî de hoc loquebamini? Quoniam erant, inquiunt, qui (d) neminem cum equo nostro suum committere ausurum (e) conjectarent.

(q) óvirdiliga.] B. C. E. R. P. auvirdiliga, audvirdiliga, id. || Chh. undarliga, mirè.

(r) eigi rádit.] Fr. c. e. víst.

(s) at oss fari sva.] E. R. P. at sva fari vídara, plures &c.

(t) firrst fara.] Fragm. c. f. vm f. E. firr vm f. R. enn firr f.

(u) deila.] Fragm. c. þræta.

(v) at þer leitit síz.] id. síz at leitit.

(x) ersitt man ydr — giptu hans.] Chh. y. m. han þúngr fyrir verda, ille vobis grauis erit.

(y) gánga í móti.] R. standa í m. obstare, (resistere).

(z) leysa mvn ek.] Fragm. c. leysa. segir han. || I. K. L. N. O. Q. S. prettit þer hann þá í ꝛc. sic vos eum n. re dicipite.

(a) gekk út. Kolsk. og H. gengu út med honom.] Fr. c. brædr hans. þeir gengu út allir, & fratres sui; qui omnes egressi.

(æ) at.] Fragm. c. att.

(b) sagdi Gunnarr *addit* id.

(c) mvntv.] B. mvndu ver, faceremus.

(d) engi mundi.] Fragm. c. I. K. L. N. þú mundir eigi, te non — tuum.

(e) þess gátu.] Fr. c. þat mælltv, dicerent.

A. C. 986. rent. At ego meum, repoſuit, (f) componere audebo: caeterum (g) hoc improbè dictum cenſeo. (h) Conſtituram igitur, ajunt, habebimus pugnam? Sic iter veſtrum (inquit) benè ſucceſſiſſe, puto, ducitis, ſi hoc arbitrio veſtro relinquatur: verumtamen id poſtulo vos, (i) vt equos ita concertare faciamus, vt (k) aliis afferamus delectationem, at neutris noſtrûm periculi quid eueniat, neque ego a vobis vllâ afficiar ignominiâ (l): quod ſi verò in me pariter ac alios conſuletis, nihil eſt certius, quam me vobis vicem eſſe talem *) exſoluturum, vt ſufferre (perpeti) (m) graue (n) videatur; nam, quod vos priores feceritis, ego poſt fecero. Domum inde reuerſi: Starkado, quomodo negotium euaſiſſet, percontanti; Gunnarem negotium ſuum dediſſe impetratum referunt: (o) promiſit equum ſuum in pugnam mittere: at, nobis (p) equorum concertationi diem finientibus, ex eô comperiebatur omninò, quod nobis inferior ſibi videretur; immò deprecabatur (q). Hilldigunna ſuſcipit: Saepe compertum arbitror, Gunnarem (r) adeò tardè adduci, vt ſe turbis implicet; contrà, ſi effugere nequit, durum eſſe

(f) at etia.] id. vid at et. cum veſtro.

(g) þikki mer þetta.] id. er þó ſlikt, tale — eſt.

(h) *Poſt* ſkvlv — þá *addit* id. at þú munir etia, certum ergo h. te equum in pugnam commiſſurum.

(i) at.] id. ef, id.

(k) at ver gerim avdrvm gaman at. en vſs verdi.] E. til gamans mønnum en gerum vſs. || R. at vſs verdi gaman at en engi &c. vt ipſi delectemur, at &.

(l) *Huc addunt* R. ne áleitni, neque injuriâ laceſſar.

*) þat á.] Fragm. c. þann at, id.

(m) hart mvn þikkia.] E. R. ydr m. þúngt þ. vobis gr.

(n) ydr, vobis, *addit* Fragm. c.

(o) hann het at.] id. þvíat h. villdi, adnuit enim.

(p) þat heſtavíg.] E. þetta heſtat.

(q) *Huc addit* Fragm. c. vandredom, (precabatur) ne in periculum adduceretur.

(r) er ſeinþreyttr til vandræda.] Fragm. c. er torþeyſir .c. || I. K. L. M. mvni betr hafa enn adrir, meliorem habere cauſam atque alios.

esse contendendo. Gunnarr Nialem conuentum profectus, ei (statutam) s) equorum pugnam indicat, verbaque vltro & citro habita: sed quorsum (ait) hanc concertationem putas euasuram? Cui Niall: Tu quidem primas feres; hinc tamen multorum hominum internecio exstabit. Gunnarr porro: Numquid hinc exitium emanabit meum? Non quidem hac ex re (t), inquit Niall; sed tamen (u) & veteres & recentes iras memoriâ repetent, qui te vi adibunt, tumque nihil aliud quam cedere poteris. Postea Gunnarr domum rediit. A. C. 986.

Cap. LIX. p. 91.

De Gunnarre equum suum in pugnam committente.

Inter haec Gunnarr Höskulldum socerum diem obiisse inaudiuit. (v) Paucis inde noctibus Thorgerda, (x) vxor Thrainis, Griotae partum enixa; mare in lucem edito, nuntium ad matrem misit, (y) vti ea deligeret petens, (z) Glumus

(s) hesta atit. ok hversu ꝛc. — þú fara.] Fragm. c. hesta vígit ok spurdi hverso fara mundi hesta attit, — & quomodo — putaret, interrogauit.

(t) *Huc addit* id. hlótaz, emanabit.

(u) minnaz á fornan fiandskap ok nyian er at þer fara.] id. muna f. f. ok n. muno þeir at þer færa, recordabuntur (&) tam inveteratas quam recentes iras in te vindicabunt. C. E. R. M. fornan ok n. f. at þer færa.

(v) *Ante* sám R. *nullum habent punctum, sed post* sídarr, *moxque addunt*, Litlu her eptir. *adeoque volunt:* Paucis inde noctibus G. Hösk. s. decessisse inaudiuit. Breui postea Thorg.

(x) *Ante* kona *addit* Fragm. c. dóttir Hallgerdar en, filia Hallgerdae, sed.

(y) ok bad hana kiósa.] id. — ráda fyrir, ejusque arbitrio permittebat.

(z) Glúmr eda Havskulldr.] id. eptir Glúmi favdor hennar eda eptir Høsculldi módorfavdor hennar, Glumine patris sui, an Höskulldi aui materni nomine vocaretur.

A. C. 986. Glumus an Höſkulldus nominaretur infans: quae (a) Höſkulldi nomine appellari juſſit, idque nomen puerulo inditum eſt. Gunnari & Hallgerdae duo erant filii, alter Högnius, alter Granius nomine. Högnius (æ) ſtrenui viri ſpeciem praebebat, fuitque taciturnus, incredulus & verax. Ubi ad (b) certamen equeſtre iretur, magna conuenit multitudo hominum: (c) aderant Gunnarr & fratres atque Sigfuſſonii, item Niall filiique omnes: aduenerant etiam Starkadus cum filiis, atque Egill filiique ſui. (d) Hi Gunnarem de adducendis equis compellârunt, quod & approbauit. Skarphedinn infit: Vis, amice Gunnarr, (e) equum tuum vt concitem? Nolo, inquit hic. at ille: Hoc tamen eſt conuenientius, quod cum illi, tum ego (f) turbulenti ſumus. Gunnarr contra: (g) Vos pauca colloquemini, (h) niſi ante, quod vobis diſcrimen importabit, admiſeritis: hoc vero (i) mihi ſerius eueniet; quamquam omnia (k) eòdem recident. Dein equi conducuntur, ſeque Gunnarr ad ſtimu-

---

(a) bad Hauſkulld heita.] id. qvad H. heita ſkylldo, id.

(æ) gerpiligr.] caet. omnes, gerfiligr.

(b) heſtavígs.] R. heſtaþings. Fragm. membr. e. vígſins.

(c) var þar Gunnarr — Starkadr.] C. E. R. M. P. geck G. fyrſt (fyrſtr) þá Kolſkeggr. þá Hiørtr. þá Sigfuſsſynir. en til annarar handar Gunnari geck Niáll. þá Skarphedinn. þá brædur hans. þar gengu í móti Stark. G. primus incedebat, tum Kolſk. tum Hiört. tum Sigfuſſonii. ad alterum vero latus ſuccedebat Niall, tum Skarph. tum fratres ſui. His obuiam accedebant Starkadus &c.

(d) ok ræddv til Gunnars at þeir myndv ſ. r.] Fragm. c. þeir tala vid Gunnarr at mál væri at ſ. heſtana, — tempus eſſe conducendi equos. || roſſin.] Fragm. e. heſtana.

(e) keyra heſt þinn.] id. fylgia heſti þínom.

(f) hávadamenn.] id. hávaþa miclir menn, valde turbulenti.

(g) þer — mæla.] id. er — vid mælaz.

(h) eda gera ádr ydr mvnv vandrædi afſtanda.] id. ádr ſtanda mono af ſtór vandr. antequam magnum inde malum enaſcetur.

(i) her.] id. hitt.

(k) fyrir eitt.] C. E. R. Fr. c. M. P. til eins. B. & Fragm. e. fyrir ſik, id.

ſtimulandum equum comparat, Skarphedine illum admouente. Rubram indutus A. C.
tunicam, (l) latoque cinctus balteo, (m) magnum baculum equis concitandis 986.
habilem in manu tenuit. (n) Mox equi concurrêre, diuque pugnabant morſibus, ita vt nihil opus ſtimulis eſſet, idque maximum habuit oblectamentum. Tum conſilia Thorgeirr & Kolus conferunt, ſe ſuum equum, *) equis concurrentibus, (o) protruſuros, quo reperirent, an (p) Gunnarr impetu caderet. Itaque rurſum (q) conuolantibus equis, impetum in lumbos equi faciunt: (r) viciſſim Gunnarr ſuum proruit, ſubitoque caſu euenit, vt Thorgeirr & Kolus reſupini, ſuperque ipſos (s) equus, corruerent. at continuo reſurgentes in Gunnarem inuolant: qui paullum ſe remouens, Kolum corripit, in terram arietat, ita vt animo linqueretur: Thorgeirem vero Starkadi filium, qui equum Gunnaris adeo percuſſerat, vt (t) oculum exſculpſiſſet ei, (u) baculo ita percellit, (v) vt pariter ſopiretur. ipſe progreſſus ad equum Kolſkeggo dixit: p. 92.
Equum occide; ne (x) mancus mutilus viuat: isque *) caput equo praecidit. Tum

(l) breitt bellti.] E. R. digurt ſilfr bellti, l. b. argenteo c.

(m) heſtaſtaf mikinn.] Fragm. c. ſtaf m. || C. E. R. M. P. ſtaf einn, b. aliquem.

(n) ſídan rennaz at.] Fragm. c. hlavpa nú ſaman.

*) árynniz heſtarnir.] Fragm. c. árynni heſtr Gunnars, equo Gunnaris accurrente.

(o) hrinda.] id. lavpa á lend.

(p) Gunnarr felli fyrir.] id. þá lypi heſtr Gnnnars á hann, equus Gunnaris in ipſum repelleretur.

(q) rennaz á.] E. R. rennaz at. || Fr. c. rennr á heſtrinn, adcurrente equo.

(r) *Huc addit* Fragm. c. ok rinda ſem þeir mego, & quantum poterant, protrudunt.

(s) heſtrinn.] R. heſtarnir bádir, ambo equi.

(t) út hlióp avgat.] Fragm. c. or hl. a. annat. B. út ſprack a.

(u) ſtafnum.] Fr. c. heſtaſtafnom.

(v) fellr Þorgeirr í úvit.] id. ſva at lá í oviti.

(x) *Hic inſerit* B. harmqvæli eda, per dolores aut.

*) høfut af heſtinum.] C. E. heſtinn, equum cecidit. R. hann, eum, ſc. equum.

A. C. 986. Tum ſe Thorgeirr (y) in pedes releuat, arma corripit, Gunnarem inuaſurus; at (z) impetus ſiſtebatur. Magna inde conflata turba, Skarphedinn, Taedet me, inquit, hujus luctationis: & ſane multò (a) magis viris conuenit, vt armis (æ) decernatur, (b) carmenque ſubjecit.

(c) Hic turba in arctum cogitur, luctatio
Haec durat aequo longius:
Compôſta ſerò pax fuerit inter viros:
Hoc taedium parit mihi.
Se fortiores ſtrenui praebent viri,
Si tela tingunt ſanguine:
Ego profectò percitam domo famem
Lupi libenter paruulo.

Gunnarr adeo quietus fuit, vt ab vno homine teneretur, neque vocem miſit (d) aſperiorem. (e) Niale compoſitionem aut pacem tentante, Thorgeirr ſe in

---

(y) komz á f.] Fr. c. & e. ſtód ꝛc. reſurgit.

(z) þat var ſtødvat.] id. han var ſtødvadr, repreſſus eſt.

(a) drengiligra.] C. greidligra. R. greidara, expeditius, promtius. || Chh. betra, melius eſt.

(æ) vegiz.] R. drepiz, compugnent.

(b) *Carmen hoc neſciunt* C. E. R. Fr. c. & *plerique* chart.

(h) af liódi.] id. í hliódi. C. E. P. Fragm. a. af launúngó, id.

(i) þeſſa rádagerd ſkylldu.] Fr. c. þeſſar rádagerdir myndi, haec conſilia tacitè habituros.

(k)Redu.] id. ræddu, condixêre.

A. C. 988.

Cap. LXIX.

De (l) Thorgeire filio Starkadi.

Aliquantò poſt Thorgeirr Starkadi filius Kirkiubæium profectus cognominem conuenit: iique in (m) ſecretum digreſſi, tota die (n) remotis arbitris confabulabantur. poſtremum verò Thorgeirr Starkadi filius haſtam deauratam cognomini donabat, ſeque inde domum reportauit, (o) arctiſſimâ inuicem amicitiâ factâ. Hoc autumnó Kolſkeggus in concilio Thingſkalenſi partem (fundi) Moëidarhvolis judiciô reluit: Gunnarr vero, adhibitis teſtibus, pro ea pecuniam incolis Thrihyrningi (p) vel alium fundum, legitima aeſtimatione facta, obtulit. Tum Thorgeirr, nuncupatis teſtibus, Gunnarem contra (q) ipſos fidem pacti laedere aſſerebat. quô factô conuentus (r) abſoluebatur.
989. Excurrit ſic annus proximus, vt cognomines (s) ſaepe conuenirent, maxima intercedente (t) familiaritate. Kolſkeggus (u) Gunnari fatur: Narratum eſt mihi (v) magnam inter cognomines amicitiam intercedere, multique illos (x) ſuſpectae fidei eſſe dictitant: vnde tu tibi caueas auctor ſum. At tempus fati mei, inquit Gunnarr, vbicunque fuero (y) conſtitutus, ſi fors ita ferat, etiam aderit. Proximo autumnô domeſticis praecepit, vt vnam hebdomadem domi,

---

(l) Þorgrími.] *Repone* Þorgeiri. || Fragm. c. rádagerd þeirra nafna, conſultatio cognominum (*Thorgeirum*)

(m) eintal.] id. tal, colloqu. venère.

(n) hliótt.] id. liótt, id.

(o) kærvztv.] E. R. P. Fr. a. meſtv, maxima.

(p) eda land annat *omitt.* Fr. c.

(q) þeim.] id. þ. fedgvm, ſe patremque.

(r) lvkit.] R. & Fr. c. ſlitit, diremtus eſt.

(s) *Hic inſer.* Fr. c. nú, interim.

(t) dáleikar.] C. E. R. P. Fragm. c. kærleikar, amicitiâ.

(u) mællti til Gunnars.] Fr. c. com at máli vid Gunnar oc mællti, conueniebat Gunnarem his verbis.

(v) mikil ſe vinátta.] id. kærleicar mick ir ſe.

(x) ótrúligir.] E. P. tortryggiligir.

(y) ſtaddr.] Fragm. c. kominn.

domi, alteram (z) in insulis opus facerent: eôque facto absolueretur foeni- A. C.
secium: simul praedixit, vt familia omnis, praeter ipsum & (a) mulieres, 989.
illuc abirent. (æ) Adiit cognominem Thorgeirr a Thrihyrningo, &, vt conuenerunt, de quo soliti, confabulantur. Thorgeirr Starkadi filius ait: Vellem obfirmaremus nos & Gunnarem adiremus, cui Thorgeirr filius Otkelis: Haud aliter congressus cum illo euenerunt, quam vt pauci victoriam inde reportauerint: caeterum ego aegre fero foedifragus audire. At ille fraterque, regessit Thorgeirr Starkadi filius, pacta resignarunt, (b) non vero nos: agro tuo te Gunnarr, parte Moëidarhvolis (c) me patremque spoliauit. Denique Gunnarem vi aggredi conspirabant: tumque Thorgeirr eum (d) paucarum noctium interstitio solum domi futurum indicat: tu me, (subdit), p. 104.
XI. sociis stipatus (e) conueni, atque ego (f) totidem adhibebo. Post haec domum rediit.

(y) *Huc addit* id. viku, hebdomadem.

(a) konur.] id. Kolsceggr, *quem ideo nescit initio sequentis Capitis.*

(æ) *Reliqua Capitis* I. K. L. N. O. Q. S. *ita contrahunt*, Þorg. St. f. fór i Kirkiubæ ok sagdi nafna sínum alla fyrirætlan Gunnars. var þat (þá) rádit at þeir skylldi fara at Gunnari og vera hverr vid XII. mann. og var Þorgeirr Otkelsson alltraudr til. ok kvadst ætla at þat myndi illa gefast, Th. St. filius. Kirkiubæium profectus cognomini suo omne Gunnaris propositum indicauit. Constitutum igitur est, vt Gunnarem adirent, XI. vterque sociis stipatus, ad quod (tamen) Thorgeirr Otkelis filius admodum segnis erat, seque opinari dixit, eam rem se male daturam.

(b) en vid eigi.] Fragm. c. en eigi ver, id. R. en eigi þú, non vero tu.

(c) okkr fedgum.] R. *tantum*, mer, me.

(d) á fárra nátta fresti *omittit* Fragm. c. *vult ergo*, domi esse.

(e) koma.] B. vera, ad me — adesto.

(f) hafa iafn marga.] Fragm. c. koma til móts vid þic vid iafnm. menn, totidem hominibus instructus tibi in occursum veniam.

A. C. 989.

Cap. LXX.

(g) De Niale & cognominibus (Thorgeiribus).

Ubi (h) Kolskeggus & famuli III. noctes in insulis manserant: Thorgeirr (i) Starkadi filius, (k) hac re explorata, mittit ad cognominem, vt sibi in occursum veniat in (l) colle Thrihyrningensi: mox ipse (Thorgeirr) iter a Thrihyrningo parat simul cum XI. hominibus, collem adscendit equo vectus, cognominem ibi praestolatur. (m) Interim Gunnarr solus domi suae fuit. Erant in virgulta quaedam deuecti cognomines, cum (n) languore (o) oppressi nihil aliud quam dormire potuerunt. scuta suspendunt ex ramis, equos religant, (p) caetera arma praesto statuunt. Hac ipsa nocte Niall Thorolfsfelli constitutus somnum capere nullo pacto poterat, vnde modò intrauit, modò exiit. A Thorhillda interrogatus, quidni dormire posset: Multa, (q) inquit, jam oculis meis obuersantur; video (r) multos Gunnaris inimicorum genios saeuitiam spirantes, &, id quod (s) mirabilius est, ferociter grassantur, at rationis expertium similes. Paullò post quidam ad ostium inuectus equô desilit, aedesque intrat: hic erat opilio Thorhilldae ac Nialis. Mulier infit: Num

---

(g) Frá N. ok þeim nofnum.] id. Fiørráð við Gunnar, insidiae Gunnari structae.

(h) húskarlar ok Kolskeggr.] id. húscarlar Gunnars, famuli Gunnaris.

(i) Starkaðarson.] id. Otkelsson.

(k) þessv.] id. því, ea.

(l) hálsi.] id. hálsa, colles — genses.

(m) nú einn heima á bænvm.] id. *tanvum* heima, G. domi erat.

(n) svefnhøfgi.] C. E. P. Fragm. a. svefnþúngi nokkurr, l. quodam.

(o) kom.] M. sígr.

(p) vapnin.] Fragm. c. vapn sín, a. sua.

(q) sagði hann.] id. s. Niáll, inqu. Niall.

(r) margar fylgivr grimmligar úvina G.] B. K. fylg. margra úv. G. multorum. Fragm. c. fylg. margar sækia at Gúnnari, multos (inimicos) genios Gunnarem inquietare.

(s) nokkut vndarliga.] id. þó miøc vnd. tamen valdè mirum, quod fer. gr.

(t) Num inueniſti oues? Immò, inquit, quod majoris (u) momenti crede- A. C. 989.
rem, offendi. (v) Niall, Quid hoc fuit? rogat. In ſuperiore ſilua XXIV. viros nactus ſum, ait; ligauerant equos, ipſi dormiebant, clypeos arborum brachiis affixerant: denique tam accurate (x) notauerat (homines), vt (y) armaturam veſtitumque ſingulorum poſſet enarrare. Unde Niall, qui vnusquiſque fuiſſet, exactè colligens; opilioni fatur: Bona verò (z) familia, ſi multi tales eſſent: haec tibi res ſemper proderit: (a) jam verò te ablegare volo. paſtore iturum annuente; Ito, inquit, Hlidarendum, (æ) Gunnari nuntiatum, Griotam eat (b) incolasque dimittat homines conuocatum; ego verò ad illos, (c) qui ſunt in ſilua, me conferam, eosque illinc proterrebo: haec res proſperè (d) obuenit eâ gratiâ, quod (e) hac profectione nihil, credo, lucri, multum etiam damni facient. Profectus opilio Gunnarem quam expliciſſimè rem docuit. isque mox Griotam equitat, & homines ad ſe conciet.
Sed ad Nialem reuertendum, is profectus ad conueniendum cognomines (f); p. 105.

 Vos

(t) hvart fantv.] id. fantu nú, jam inveniſti.

(u) mvndi varda.] id. mun þickia, mom. viſum iri credo.

(v) Niáll] id. hon, mulier.

(x) athvgat.] B. at gugat. *vox rariſſima; conuenit Iſl.* gægiaſt, *& Germ.* guchen, beguchen, *proſpectare, & quaſi clam oculis colluſtrare.*

(y) vapna búnadi ok klædvm.] R. v. tilbúnadi. 2c. id. || Fragm. c. búníngi oc vapnom, veſtitum & arma.

(z) hiónatak.] Fragm. a. hiónával, id. || Fr. c. hióna ertu, bonus tu famulus es.

(a) en þó — fara *omitt.* I. K. L. N. O. Q. S. *& mox legunt*, þó ſkalltu fara 2c. tamen ito.

(æ) ok ſegia Gunnari *neſcit* Fr. c.

(b) ok ſendi þá eptir mønnum.] I. K. L. N. O. Q. S. at ſafna m. ad conducenda auxilia. || þá.] R. þadan, inde.

(c) er í ſk. erv *omittit* Fr. c.

(d) ímóti boriz.] id. til boriz.

(e) í ferd þeſſi *omittit* id.

(f) *Huc addit* id. oc mællti, infit. *nec tamen omittit* ſegir hann.

A. C. 989. Vos temere (g) jacetis, inquit: quà autem gratiâ hoc iter (h) factum? & sanè Gunnarr non est (i) ad superandum opportunus: sed enim, si verum (k) pronuntiabo, maximae hae sunt vitae insidiae. Vos scitote (l) nunc eum (m) auxilia cogere; huc (n) celeritèr adueniet, vos occisurus, nisi concedentes hinc (o) domum equitetis. Tum (p) illico se mouent, (q) ac non modicé pauefacti, arma rapiunt, (r) conscensis equis admissisque domum, ad Thrihyrningum, repetunt. Adit Niall ad Gunnarem; monet accitam ne multitudinem (s) dimittat: ego autem pacificatum ibo; nunc enim sunt reor (t) opportune timidi. caeterum pro his insidiis non minor multa faxo dependeiur, quando res est cum omnibus illis, (u) quam soluenda fuerit pro caede alterutrius cognominum, si ea fortè incidit. hanc pecuniam reseruabo & sic prouidebo, ne non ea tuo, quum tibi vsus fuerit, commodo inseruiat.

CAP.

(g) liggit þer.] id. sofit er, dormitis.

(h) ger.] id. gør, id.

(i) fectvnarmadr.] R. flektanarmadr. Fr. c. flectonarmadr. I. & S. fleckunarmadr. C. flektingarmadr. || B. E. K. L. P. Fragm. a. glettvnarmadr, ad lacessendum opp.

(k) skal vm. tala.] Fragm. c. skolom tala, pronuntiabimus.

(l) *Huc add.* id. nafnar, cognomines.

(m) lidsamnadi.] id. lidsamnan. O. lidsafni.

(n) brátt *omittit* Fragm. c.

(o) of heim *nescit* id.

(p) brugdv vid skiótt.] E. P. brugdust vid fast. || R. &. Fr. c. bioggus skiótt, raptim se comparant.

(q) ok vard — felmt *omittit* E.

(r) ok stigv — sína *omittit* Fr. c.

(s) eyda.] F. &. Fragm. c. slíta, id. || E. G. P. Fragm. a. auka, ne multit. augeret.

(t) hófliga hræddir.] E. P. Fragm. a. & c. hæfiliga hr. || B. hófliga hardir, modicè duri *(sc. in accipienda reconciliatione)*. F. ofliga hardir, nimis duri. *absurdé, nisi per Ironiam; aut ofliga per Aphaeresin pro hófliga dicatur, sed ea confusio vitanda.*

(u) *Hic locus in Textu impresso mendosus omnino est, & ab Editore miror cur non correctus. quid enim sibi velit, non aliter inueniri potest, quam si post* koma

minna

Cap. LXXI.

A. C. 989.

(v) Dona Olafi *Pauonis* in Gunnarem.

Actis sibi a Gunnare de opera sua gratiis Niall ad villam sub Thrihyrningo profectus cognominibus indicat, Gunnarem non prius (x) dimissurum esse concitam (y) multitudinem, quam (z) composita res foret. Illi, formidine pleni, conditiones pro se quisque ferre; rogitare Nialem, se (a) in pacificationem vt interponeret: qui se (æ) id vnicè agitaturum dixit, cui fraus non subesset. Illi orare, vt ipse arbiter esset, confirmantes (b) se, quod judicâsset, sancti habituros. at se disceptaturum negauit nisi in Comitiis, (c) idque praesentibus optimis viris: quod & approbabant. porrò sic intercessit, vt induciae & reconciliatio (d) mutuo stipulatu confirmarentur. Ipse arbitris, quoscunque voluisset, adsumtis causam decideret. Paullò pôst (e) Mördum Valgar-

minna *subaudiatur* en fyrir víg annarsh. rc. *& rursus post* þeirra nafna *subintelligatur* en fyrir þessi fiorrad. *sed haec repetitio non toleranda. Emendandum ergo, & pro* en eigi skal meira koma fyrir, *legendum* en koma skal fyrir, *sic ut explicaui. In eadem sane causa sunt codd.* B. C. D. F. H. M. P. & Fragm. c. *caeteri vero* E. G. I. K. L. N. O. Q. S. & Fragm. a. *recte legunt* en fyrir víg rc, quam pro caede &c.

(v) Giafar Ol. Pá vid G.] Fragm. c. sættir á alþingi. vestr reid Gunnars til Dala, Pacificatio in Comitiis (&) profectio Gunnaris in *Valles* occidentales.

(x) eyda.] id. slíta.

(y) flokkum.] id. flockinom. B. I. K. N. fiölmenni.

(z) orsliti.] Fr. c. lyci, transacta.

(a) sáttarbodom.] id. sættarordom til Gunnars, vt Gunnarem placatum iret.

(æ) med því einv.] id. þess æyrindis, id negotium.

(b) þat hallda mundv er hann gerdi.] I. K. L. N. O. Q. S. h. m. hans ummæli, se sententiam ejus.

(c) ok væri vid rc.] Fragm. c. þá er vid veri hinir vitrozto, cum praesentes essent viri sapientissimi.

(d) handsölvdv.] F. handsellדv.

(e) fvndv þeir Mörd Valgardsson.] Fr. c. fvndvz þeir Mordr V. oc þeir nafnar, Mördus V. filius & cognomines conuenerunt.

A. C. Valgardi filium conueniebant, qui illos acriter reprehendit, quod Niali judicium permisissent, vtpote qui maximus Gunnaris fautor esset; eam rem illis
990. malè successuram ait. Dein pro more ad (f) Comitia vniuers. itum: aderant ibi partes vtraeque. Niall, postulatô silentiô, (g) optimum quemque illorum, qui conuenerant eò, rogat, quid iis videretur Gunnarr (h) a cognominibus de insidiis petere posse? Dicentibus illis, reri se tanto viro multum de sui
p. 106. laesione deberi: pergit, eine res esset cum singulis, an (i) principes pro omnibus respondere debeant? Illi magnum in singulis, at maximum in capitibus (k) residere crimen asserunt. Hic Mördus: Multi, credo, fatentur hoc non innocenti factum esse Gunnari, siquidem in cognomines pacta fregerat. Niall contra: Nulla verò est pacti violatio, vnum cum altero ex jure agere; nostra enim ciuitas (l) per justitiam stabiliri, sed (m) per injustitiam desolari debet: porrò (n) illis indicat, Gunnarem cognominibus fundum aliasve res pro Moëidarhvole obtulisse. Unde illi, se (o) a Mördo circumductos intelligentes, eum grauiter incusabant, ac propter eum contingere, vt hic pecuniam soluerent, ajebant.

(f) alþíngis.] id. þíngs.

(g) spurdi alla * ena bezto — þeim þætti Gunnarr.] F. ok mællti. hvert mál þikkir ydr G. sic ingressus est: quantum videtur vobis G. || * *Hic inserunt* E. P. & Fr. a. höfdíngia ok, magnates (omnes) &. || Fr. c. *legit*, hina vitrozto, sapientissimum quemque.

(h) á þeim navfnom fyrir fiorrádin.] E. P. Fr. a. á þeim fiorrádom, de illis vitae insidiis.

(i) fyrirmenn at svara fyrir alla malino.] Fr. c. han vid fyrirmann æinn at svara m. contra solum auctorem caussam agere debeat. *ubi nota contrarium sensum in verbo* svara, *eumque rarissimum.*

(k) standa *omittunt* E. R. P. Fr. c. *neque id non eleganter.*

(l) *Praepositionem* med *utrobique non sine elegantia nescit* F.

(m) *Post* en *addunt* E. P. G. & Fr. c. eigi, non. *&* *sic tollunt. figuram, quae in Textu est.*

(n) þeim.] Fr. c. mönnom, praesentibus.

(o) af Mördi.] id .af vera. *a. Niale sc.*

ajebant. Niall XII. arbitros, qui (p) caufam deciderent, elegit. (q) Tum singuli, qui infidiatum ierant, C. argenti, fed cognominum vterque CC. expendebant: quam pecuniam Niall accepit & referuauit: denique pax & fides ab vtrifque mutuò fancita, illo praceunte. His a comitiis Gunnarr in *Valles* occidentales, Hiardarholltum (r) iter fecit, ibique, ab Olafo (s) *Pauone* liberaliter exceptus, menfem manebat dimidium: adhoc paffim per (t) *Valles* inuifens, cum gaudio & amplexibus inuitabatur a cunctis. Eo autem difceffuro, Olafus (u); Tria tibi dabo, inquit: armillam auream; togam, quae (v) Myrkiartanis erat (x) regis Hibernorum; & (y) canem, in Hibernia mihi datum: is grandi eft corpore, neque fecundus homini ftrenuo comes: accedit & huc, quod fagacitate humana praeditus eft: (z) ille & quemcunque hominem inimicum intelligit tuum, latrabit; nunquam verò amicos tuos: (a) & ex vultu cujusque fentiet, benè an malè fit in te affectus: quin vitam pro fidelitate erga te deuouebit: (æ) hicce canis vocatur Samus. Deinde cani (b) dixit: Poft hinc tu Gunnarem affectator, teque huic talem, qualem (c) poteris, praebeto. Canis oppidò ad Gunnarem ingreffus, fe ad pedes ejus projiciebat (d). Monuit Olafus Gunnarem, vt praecaueret fibi; eum enim multos habere inuidos, quippe qui (addit) per omnem ciuitatem vir (e) A. C. 990.

Ee egre-

(p) málinv.] id. þeſſo máli, hanc c.
(q) Þá *omittit* Fragm. c.
(r) reid.] id. ríðr, it. facit.
(s) þái *omittit* id.
(t) Dali.] id. Dala. *Acc. antiquus.*
(u) *Huc add.* id. til Gunnars, ad Gunnarem.
(v) Myrkiartan.] id. Myrckiartan.
(x) Irakonúngr.] id. Konúngr á Irlandi, regis Hiberniae.
(y) hund.] id. hundr. *Nominatiuus pro Accuſatiuo; quae conſtructio auctori Eddae familiaris.*
(z) han mun ok.] id. þvíat h. m. nam.
(a) hann ser ok.] id. þvíat ser, ſent. enim.
(æ) þeßi hundr.] id. hundrinn.
(b) hann mælti.] id. Olafr m.
(c) þú mátt.] E. & Chh. mer, mihi.
(d) *Huc addunt* E. & P. ok fagnaði honom, eique adulabatur.
(e) ágætr.] E. R. P. ágætaztr, Fragm. c. ágæztr, maximè egreg.

A. C. egregius duceris. Gunnarr de (f) muneribus ac salubribus consiliis gratias
990. egit: domumque profectus, (g) ibi per aliquantum tempus, quietis rebus, morabatur.

Cap. LXXII.
(h) Consultatio Mördi.

Breui post cognomines & Mördus conuenère; neque benè inter se consensêre, quod se illi hujus culpâ grandem amisisse pecuniam, at vicissim nihil profecisse (i) judicarent: (k) eòque vt aliam (l) institueret rationem, quae Gunnari damno fieret, flagitauêre. Mördus facturum annuit: Meum igitur
p. 107. consilium est, vti Thorgeirr Otkelis filius, cognatam Gunnaris (m) Ormhilldam attentet, quamobrem ille majus in (n) te odium conciperet: tunc autem ego id rumoris jaciam, Gunnarem (o) hoc vt impunè habeas, non facturum. Aliquantò post eum insidiosè adgrediminor, nec tamen domi suae; hoc enim (p) succedere non est opinandum quamdiu canis viuit (q). Haec

---

(f) giafir ok heilrædi.] I. L. N. O. Q. S. (allan) sinn velgiørning, (omnibus) ejus beneficiis.

(g) *Reliqua nesciunt iidem.*

(h) Rádagerd Mardar.] Fragm. c. frá Merdi ok þeim nøfnom, de Mördo & cognominibus.

(i) *Huc addunt* I. K. L. N. O. Q. S. utan skøm, nisi ignominiâ. M. *add.* nema skøm ok skada, nisi ignom. & damnô.

(k) *Haec nesciunt* I. L. N. O. Q. S.

(l) setia.] Fr. c. enn setia, porrò inst.

(m) Ormhilldi.] id. Ormgerdi.

(n) þik.] F. hann, eum. *atque ita transgressionem a tertia persona ad secundam uti Textus, non facit.*

(o) muni eigi sva hafa vid þik gert.] R. & Fr. c. m. c. hafa sva búit vid þik (vid hann, eum. *rursus a secunda ad tertiam*) id. || E. P. Fragm. a. m. eiga sekótt vid þik, injurias habere tecum.

(p) má eigi ætla] C. E. P. Fr. c. R. má engi (ser) ætla (gera), se effecturum nemo sibi sumat.

(q) *Huc addit* Fr. c. Sámr, Samus

Haec ratio vti confieret, inter ſe conſtituerunt. Dilabente aeſtiuo tempore A. C.
(r) Thorgeirr ad Ormhilldam ventitare (s) inſueſcebat, Gunnare id tam
aegrè ferente, vt magnum inter eos naſceretur (t) odium pari modo hyems 991.
tranſigitur, redeunte aeſtate, furtim etiam crebrò conuenerunt. Thorgeirr (u) ab Thrihyrningo & Mördus quam ſaepiſſimè coëuntes, Gunnarem adoriri, quum in inſulas deſcendiſſet famulorum opus recognitum, decernebant. Aliquando Mördus eum illuc degreſſum certior factus, ad Thrihyrningum mittit, qui Thorgeiri nuntiaret, nunc (v) maximè tempeſtiuum fore aggreſſionem Gunnaris periclitari. (x) Ille ſe cum ſuis raptim comparat, indeque XII. vnà proficiſcuntur. Vbi Kirkiubæium deuenerunt, hic (y) XIII. alii aderant. (z) tum ad Rangam deſcendere, ibique viam Gunnari inſidere conſtituunt. Gunnarem verò ex inſulis adſcendentem comitabatur Kolſkeggus: ille arcum, (a) ſagittasque & bipennem, hic machaeram, juſtamque armaturam habuit.

Cap. LXXIII.

(æ) Caedes Thorgeiris, filii Otkelis.

Gunnare & fratre (b) ad Rangam adſcendentibus, caſu accidit, vt (c) multus ſanguis bipennem tingeret. Sciſcitanti Kolſkeggo, quid iſtuc (d) ſibi vellet?

(r) *Huc addit* C. allt úr hendi, elapſa omnino aeſtate.

(s) veur] E. vendir, animum conuertit ad inuiſendum Ormhilldam.

(t) óþocki mikill.] F. óþykt mikil.

(u) undan Þríh.] Fr. c. Starkadarſon.

(v) vænazt til at leita at fara.] id. honom vænligazt at fara, ei optimam dari occaſionem Gunnarem vi adeundi.

(x) Þeir brugdu.] id. Þorgeirr brá.

(y) XIII.] E. P. Fr. a. &. c. XII.

(z) *Pro his legit* Fragm. c. ridu Þeir nú at. ok ſitia fyrir Gunnnari er han rídr nedan or eyionom; jamque ad locum (inſidiis deſtinatum) eunt, viamque Gunnaris, dum ex inſulis adſcendebat, obſident.

(a) ok ørvar ok atgeirinn *omitt.* id.

(æ) Víg Þorgeirs Otk.] id. bardagi vid Ránga, praelium apud (amnem) Rangam.

(b) at.] id. med, ſecundum, propter.

(c) mikit *omitt.* id. *&* *pro* kom *legit* fell, caderet, plueret in bip.

(d) ſæta.] C. E. G. P. Fr. a. gegna.

A. C. 991. vellet? respondit Gunnarr, si quando talis casus (e) superueniret, ab exteris nationibus id (f) appellari (g) *benraugn* (*vulnerum imbrem*); mihique, (addit,) Ölver (h) vir egregius narrauit, id celebres pugnas (i) portendere. Inde perrexerunt (k), vsque quò homines conspicerent (l) sedentes ad amnem; qui equos religauerant. Gunnarr infit: Ecce (m) nunc insidiae. Kolskeggus respondit: Diu (n) suspecta fuit illorum (hominum) fides: jam verò quid consilii capiendum? Eos, inquit Gunnarr, admissis equis praeterlabemur ad vadum vsque, ibique praeparabimur. Qua re animaduersa, propere se ad illos (o) conuertunt (aduersarii). Gunnarr adducto arcu sagittas adhibet,
p. 108. humi (p) ante se effundit, &, simul ac venissent (q) quô adjici telum posset, jaculatur. Hoc modo permultos eorum vulnerauerat, nonnullos interfecerat: cum Thorgeirr Otkelis filius ait: Hoc nobis nihil expedit; sed aggrediamur quam *) accerrimè. Sic faciunt: Önundus *Pulcher*, cognatus Thorgeiris, primus procedit. (r) in eum Gunnarr bipennem mittit; quô (s) exceptus ictu clypeus in (t) duas dissiluit partes; ferrum verò hominem trans-

---

(e) yrdi.] Fragm. c. verda.

(f) væri kallat.] id. er kallat.

(g) benravgn.] E. R. Fr. a. Chh. benregn.

(h) bóndi.] R. & Fragm. c. bóndi í Hísíng. || E. bóndi minn, hospes (quondam) meus.

(i) yrdi fyrir.] Fr. c. væri iafnan fyrir, semper, vbique port.

(k) *Huc addit* Fragm. a. upp med ánni, propter amnem adscendere.

(l) sitia *omitt.* Fr. c. || sitia. ok hesdv.] C. E. P. siá at þeir (mennirnir) sitia ok hafa, quos (homines) confidentes animaduertunt, & equ. religauisse.

(m) nú.] Fragm. c. þar, illic.

(n) ótrúligir.] E. Fr. a. útryggiligir. P. ótryggvir, malefidi.

(o) snúa.] K. sækia, illos petunt.

(p) fyrir sik.] Fragm. c. f. fætr ser, ante pedes.

(q) í skotfæri.] C. E. G. P. í skotmál, intra teli jactum.

*) hardazt.] O. drengiligazt, fortissimè.

(r) til hans.] Fr. c. at honom.

(s) í skiølldinn.] id. á sk. *rarius.*

(t) tva.] B. I. L. N. O. Q. S. þriá, tres.

transfodit. Ögmundus (u) Floke (lana; ſolox) Gunnarem a tergo incurrit: A. C. (v) hoc viſô Kolſkeggus, vtrumque illi pedem ſtatim ſubſecat, in Rangam 991. protrudit: & mox obrutus (x) aquâ eſt. (y) Tum aſperior pugna fieri. Gunnarr altera manu caeſim, altera punctim rem gerit. Kolſkeggus necem (z) ſtrenuè quibusdam, vulnera multis infert. Thorgeirr Starkadi filius cognomini fatur: Minimè apparet tibi parentis tui mortem eſſe vindicandam (a). Qui reſpondit: Non equidem (æ) pulchrè progredior, nec tamen tu veſtigiis (b) inſtitiſti meis: caeterum (c) tuas non patiar exprobrationes. Mox ad Gunnarem prorumpit, (d) magna concitus irâ: ſcutumque & (e) manum ejus haſtâ trajicit. Gunnarr tanta vi ſcutum contorquebat, vt palus (ſcapus) haſtae frangeretur. Hic alium hominem ſentiens, datâ caedendi facultate ſibi imminentem, ictu ferit peremtorio. Quo facto bipennem vtraque manu corripit; ſeque ad Thorgeirem Otkelis filium, qui cum (f) ſtricto gladio jam aggreſſus proximè fuit, effuſo impetu conuertens, eum bipenni transuerberat, ac (g) repente ſublatum (de terra) in (h) Rangam abjicit: corpus profluente in vadum vſque abreptum ſaxo cuidam adhaereſcebat, ex eôque illud *vadum Thorgeiris* appellatur. Hic Thorgeirr Starkadi filius: Nunc nos fugia-

(u) Flóki *neſcit* Fragm. c.

(v) Kolſkeggr ſá þat ok.] E. P. 'en Kolſk. (kom) at hanom ok, K. verò ad illum (illi intervenit) & vtr.

(x) *Poſt* drukuadi *add.* Fr. c. han, ille.

(y) þá bardagi hardr.] id. nú b. micill.

(z) driúgt.] id. oc driúgan.

(a) *Huc add.* F. á Gunnari, de Gunn.

(æ) er eigi vel fram gengit] Fragm. c. geng ec e. v. fr. id. C. E. R. P. hef ek eigi v. fr. g. — proceſſi (adhuc).

(b) *Ante* gengit *addit* Fr. c. enn, adhuc. *& mox*, í ſpor.] id. fótſpor, id. || F. iafn, tu pariter atque ego proceſſiſti.

(c) þín.] Fr. c. þer.

(d) af mikilli reidi.] id. med ꝛc. cum magna ira.

(e) hondina.] I. L. N. O. Q. S. handleggin, brachium.

(f) reiddv.] Fragm. c. brugóno.

(g) bregdr honom.] E. G. P. Fragm. a. vegr hann, id. || honom *omittit* Fragm. c.

(h) Rángá.] Fr. c. ána, amnem.

A. C. fugiamus, nam in praeſenti fors nobis (i) victoriam non dabit. tunc vni-
991. verſi terga (k) vertere. (l) Inſequamur homines, ait Kolſkeggus; tu arcum & ſagittas (m) cape: & credo tibi (n) fore poteſtatem feriendi Thorgeirem Starkadi filium. (o) Gunnarr carmen cecinit.

(p) Quaeſtor ignis amnici,
Noſtrae crumenae exhaurientur, etſi
Damna demus [his viris]
Non pluribus, qui luſitant verutis;

Porrò

(i) ſigr.] id. ſigvrs, id.

(k) ſnerv.] id. ſnúa, vertunt.

(l) ſœkium.] C. G. leggiom, id.

(m) taktu.] Fragm. c. tacþu.

(n) *Ante* komaz *add.* id. enn, rurſus.

(o) *Sequens carmen omittunt* C. E. R. *Fragmenta & plerique Cbb.*

(p) *Ordo verborum in hoc carmine talis eſt:* Eydaz mvnv feſiódar várir, ár 1) elsbeidir α), þó at eigi 2) giørvim fleirvm geirleiks ſtøfvm β) geig: Ef ek en *(ſiue rectius* enn) 3) ſkal bæta þá giørfalla vnnviggs rvnna γ) er her liggia. nem þú mín mál ok greinir mætr.

1) B. elldbeidir, id. *& meliori quidem Orthographia.* 2) H. giørvm̃, id. 3) D. ſkil. *quod ego quidem neſcio an in Futuro dici poſſit, ideoque legebam* ſkil-bæta, *Conjunctiuo Praeſenti;* abſoluta multa v. expedito aere reſarciam.

α) *In voce* els *alterum* l *excidit, & ſanè legendum eſt* ells ɔ: elds, d *enim poſt* ll *ſaepius excluſum reperitur, ut in* hiallr *(pugna) pro* hialldr, ellri *(natu major) pro* elldri, *&c. Tamen, ſi lectio melior, quae huc facit, deficeret,* el, *quod proprie nimbum denotat, pro* pugna *capi poſſet, quemadmodum* hírd, *vulgó tempeſtas niuoſa, etiam praelium denotat. Hoc quidem ſenſu* elsbeidir *ſatis in Kolſkeggum (quem poëta hic adloquitur) utpote praelium rurſus deſiderantem, conuenit; ſed verò vocabulum* ár *ſic non amplius amnem, verùm (namque Aduerbium foret)* maturè *ſignificaret, quod parum ad rem. Sequendam igitur lectionem* elldbeidir *putabam; unde per* ár ell *ſ.* elld, *ignem amnis, intelligendum eſt* aurum. β) Stafr *propriè columna, per Synecdochen quodcunque lignum; hic ſecundum Eddam ad viri appellationem transfertur.* geirleiks ſtafir, *haſtis ludum edentes* ɔ: praeliatores. γ) runnr, *arbuſtum, virgultum, Synecdochicè lignum.* úðr *ſ.* unnr, *mare:* unnvigg *ſ. equus marinus,* nauis. *ergo* unnviggs runnar, *homines nauigandi periti v. nauiculariam facientes.*

Porrò si necesse erit A. C.
Equi magistrûm Nerei hic jacentûm 991.
(Ecce, causa sensaque,
Dilecte!) caedes omnium piare.

(q) Gunnarr ait: Exhaurientur, puto, facultates nostrae, (r) cum multa caedis p. 109.
eorum (s), qui exsangues hic jacent, soluta fuerit. Non verò continget tibi, ait Kolskeggus, (t) pecuniae penuria: sed Thorgeirr (u) non prius requiescet, quam auctor caedis tuae exstiterit. (v) Gunnarr carmen pronuntiauit.

(x) Imperitans, quîs per piratica vaditur arua,
Calopodis; steterint aliquot me
Aduersus,

(q) Gunnarr segir — nú davdir *omitt.* B.

(r) vm þat.] Fragm. c. of þat, id. C. E. P. G. þá þikkia (þó þikkiazt), exhaustae videbuntur tum.

(s) *Post* þessir erv bættir *addit* G. bólgelltirnir, sues domestici, *vel (si* ból *pro spelaeo ceperis)* apri.

(t) fefátt.] Fragm. c. fescortr.

(u) eigi fyrr afláta enn hann rædr þer bana.] id. alldri afl. fyrr enn ꝛc. nunquam quiescet, donec auctor &c. E. G. P. Fr. a. — enn han hefir þik daudan, id. || C. — enn þú fær dauda, quam tu mortem acceperis. || Q. S. mun æ vm þik sitia, semper tibi (occasioni te occidendi) imminebit. || O. mun þer alldri trúr verda, nunquam tibi fidus erit.

(v) *Hoc iidem Codd. qui praecedens carmen omittunt.*

(x) *Ordinem verborum in hoc carmine talem capiebam:* Vllr 1) ekkilsvallar andrs α), standa 2) mvn nokkvrir iafnir vnda rínar slefni β) á veg mínvm, Adr gætir fagra sætis γ) iardar girdis 3) mvnv hrædaz gny- 4) fausla δ) gliúfra ε) geisla 5) grædendr.

1) B. ekkilsvalar. *ubi sine dubio* l *excidit; nam* valar *neque metro congruit, neque aliter sensum conuenientem, ne dicam nullum, habet, nisi* vllr *pro dimidia tantum viri appellatione ceperis. sic autem* valar *erit Nominat. plur. a* Vali, *qui vnus Asorum erat; &* ekkils andrs valar s. Echilis (*piratae*) tabulae cursoriae Diui, *nauis rectores s. domini.* 2) B. manv (*non verò* mani) *pluralis Numeri. nam* mvn *est Singularis.* 3) *id.* mvnim *prima persona plural.* 4) id. frorsa. *vid. mox not.* ε). 5) id. giædendr, augentes s. auctifici.

α) Andr.

A. C. 991. Aduersus, pariter validi atque is, vulnera qui dat
Sanguine more fluentia Rheni:

Cum

α) Andr, *calopodium, v. potius asseres oblongi & pandi, quibus singulis solo pedum subligatis (non enim his vestiuntur pedes) per accumulatam decurritur niuem.* Ekkill *archipiratae nomen in Edda, cujus* völlr *s. campus est* mare, *ita* ekkilsvallar andr, *s. calopodium, quo per mare itur,* nauim *denotat.* Ullr, *unus Asorum; quorum nominibus viros appellari posse, idque honorificè, monet Edda. Et quidem hic poëta cum eleganter tum conuenienter junxit* Ullr *&* andr; *nam Diuus ille Ullus insigniter peritus (in Edda) perhibetur tabulis illis cursoriis labendi. β) Per* unda rínar stefni *s. ductorem Rheni vulnerum* ɔ: *sanguinei, Thorgeirem intelligi vult poëta, ubi nomen fluuii* rín *accipi potest vel per Synecdochen pro quocunque aquae flumine; & flumen vulnerum simpliciter pro sanguine: vel ut Hyperbolicè positum: vel, id quod ego malim, per Ironiam: nam in hoc congressu Thorgeirr neminem occiderat, ne vulnerauerat quidem. γ) Per* iardar girdir, *s. cingulum telluris, hic significatum intelligo quemcunque* anguem, *ratione supra (pag.* 195. *not. α.) allata; atque per ejus* sæti *s. sedem,* aurum. *Gunnarem autem semet ipsum appellare* gæti iardar girdis sætis *s. auri administratorem, velle Textus videtur, codex verò B. Kolskeggiam casu Vocatiuo. δ)* Fausla *vox omninò ignota est. tamen, cum quidem vocabulum* piscis *statuere non ausim *), illam a vulgato nostro* fas *gestus, mores, arcessendam putabam: ita ut* fausla *sit Adjectiuum accus. plur. a Nominatiuo* føsull *s.* fausull, *gestibus turbulentis v. tumultuosis praeditus, quemadmodum* røsull *s.* rausull *(sternax) a* rasa. *Posset quoque* fausla *a* fúss *(lubens, promtus) deriuari; nam* a *ante* u *insertum non in paucis codicibus membraneis, quamquam quidem non optimae notae, reperitur: Sic autem* fausla *Adverbium (vix Adjectiuum; exempla enim desunt) foret, ex* fausliga *s.* fúsliga *(libenter, promtè), perinde ac* utarla *pro* utarliga, giørla *pro* giørliga, *contractum; & necessario ad verbum* hrædaz *pertinens: ubi quam parum quadret, quis non videt? Priorem igitur conjecturam secutus, vocabulum* gny *ab* iardar *separandum (quod sanè licet, quamquam in Membrana, utpote ubi multa disjungenda junguntur, commissa sint: immò debet; nam, si non ad* fausla, *tamen ad* girdis *pertineret, tumque* gnygirdir iardar *serpentem sibilum denotaret) & cum* fausla *jungendum censebam, idemque pro praelio s. strepitu pugnae, quod & apud poëtas non*

Cum circumdantis terram serpentis amoenae A. C.
Curator sedis pauitabit 991.
Partores radiûm conclusi rupibus aluêi,
Murmure belligero impetuosos.

Aliquot (y) ejus pares aduersus me stabunt, ait, cum ego illos formidauero. (z) Postibi domum equitant, & acta referunt. Quô laetata (a) nuntiô Hall-

Ff gerda

---

non rarò significat, capiebam. *) *Si* favsla (*in Nominatiuo* fausli, fausull, *v.* fausill) *nomen piscis esset, pars carminis posterior multò facilius explicari posset, verborum ordine taliter concepto:* ádr gætir fagra sætis gliúfra fausla mvnv *s.* mvnim hrædaz gný-girdis iardar grædendr. *i. e. antequam (cum) splendidae sedis rupium piscis custos timebit strepentis cinguli terrae radiorum paratores. Hic scilicet* gliúfr *pro terra capiendum; piscis terrestris pro* verme *v.* angue: *quod sanè non est nouum; nam, praeter alios, Egillus Scallagrimi filius vermes appellauit* dal-fiska ɔ: *vallium pisces. vid. Edd. in Denominationibus Aestatis. Hinc anguis sedes* aurum. *Porrò* gny-girdir iardar *pro mari, cujus* geisli *s.* geislar (*radii*) aurum. ε) gliúfr *vulgò alueum amnicum praeruptis fere rupibus hinc atque hinc coërcitum denotat, v. potius rupes abruptas, per quas flumen v. amnis alueum molitur; namque a Verbo* klyf, *infin.* kliúfa, *discuneare, findere,* k *in* g *mutato, descendit. Cum autem illud nomen nuspiam ferè obtineat, nisi fluuius, amnis vel riuus adsit, ita ut dixi comparatus;* gliúfr *per Metonymiam pro ipso flumine v. amni capere non dubitabam, atque* geisla *etiam Metonymicè pro igni. vnde* gliúfra geisli *l.* geislar aurum *denotant. Caeterum lectionem, quam post* gliúfra *praefert B.* frorsa *scilicet, ut verbulo tangam, ea quidem non modo mendosa respectu consonantiae metricae videtur, sed & aequè ignota est vt illud* fausla. *Forte legendum esset* forsa, *eliminato* r; fors *enim s.* foss *cataractam significat, & satis aptè cum* gliúfr *jungitur. Nisi statuere liceat Adjectiuum* frors (*a* frer *frigus, v.* frorr *frigidus*), *quemadmodum in Eyrbyggia-Saga legitur* stolls (*superbus, a* stolltr, *id. v.* stollts, *superbia*): frors *autem aeque ac* kalldr (*frigidus*) *ad inimicitiam & infestum animum transferri posset.*

(y) hans makar.] Fr. c. jafnokar hans.

(z) Sídan] id. Eptir þetta, post haec.

(a) *Huc addit* id. mioc, admodum.

A. C. gerda rem gestam laude plurima ferebat. At Rannveiga: (æ) Potest, inquit, hoc
991. facinus bonum esse; verum id me grauius (b) afficit, quam vt boni quid inde deriuatum iri credam.

Cap. LXXIV.

(c) De actione homicidiorum in comitiis.

Hac re passim inaudita, decessuque Thorgeiris multis mortalibus luctuoso: Gizurr *Albus* cum suis (ad locum pugnae) profecti caedes manifestarunt, accolas in Comitia citarunt; ac postea domum occidentem versus redierunt. Niall & Gunnarr conuenientes de praelio verba faciebant: cum huic ille fatur: Caue nunc tibi; jam (enim) d) duos ex eodem genere homines occidisti; talem igitur causam existima tuam, vt anima tua sit in dubio, nisi, quae (e) fiet, pacificationem seruas. Certum est, ait Gunnarr, nuspiam (f) inde deflectere: sed (g) vestro tamen adjutorio mihi in comitiis opus fuerit. Niall respondit: Fidem erga te meam ad fati diem seruabo. Post Gunnarr
992. domum reuertit. Instante comitiorum tempore, numerosum vtrique comitatum adhibent: (h) idque in comitiis (i) crebro sermone teritur, quò hae lites

(æ) *Caetera* I. L. N. O. Q. S, & K. *in margine codicem* Gullskinns (*Auri pellem*) *allegans*, *ita*: Þat uggi ek son minn at af þessum fundi leidi oss (ollum) mikit illt, Auguror, mi fili, futurum, vt ab hoc congressu (hac pugna) magnum (omnibus) nobis contingat malum.

(b) verdr ꝛc.] C. E. G. P. & Fragm. c. vard ꝛc. afficiebat.

(c) Frá vígsóknum ꝛc.] Fr. c. málatilbúnadr vid Gunnar, crimen aduersus Gunnarem institutum.

(d) tysvarsinnum.] id. & Fr. e. tysvar.

(e) *Post* sem *add.* Fr. e. nú, nunc, vide hac re.

(f) af.] F. af henni, ab illa.

(g) ydvart.] Fragm. c. þitt, tuo.

(h) er vm þetta — vndir sik málit, *nesciunt* I. L. N. O. Q. S.

(i) allfiolrætt.] Fr. c. alltídrætt.

lites forent euaſurae. (k) Conferebant inter ſe Gizurr & Geirr *Pontifex*, vter cauſam occiſi Thorgeiris denuntiaret: eò autem res venit, vt (l) Gizurr accuſationem reciperet (m), crimenque ad jurisdicundi rupem ederet, tali formula. *Denuntio Gunnarem Hamundi filium aggreſſionis* (n) *lege definitae* (o) *reum, propterea quod is Thorgeirem Otkelis filium aggreſſione lege definita impetens, vulnere in cauum corporis* (*interna viſcera*) p) *inflicto ſauciauit, quod lethale* (*vulnus*) *exſtitit, & vnde Thorgeirr mortem* (q) *accipiebat. Dico* A. C. 992. p. 110.

 illum

(k) *Haec* Fr. c. *ita:* Gizurr mællti. Hvarr occarr Geirr villtu at lyſi vígſ. Þorg. Gizurr infit: Vter noſtrûm vis tu, Geirr, ut cauſam caedis Thorg. edat.

(l) Gizurr.] *Contra* E. F. K. O. Fr. a. c. & e. Geirr Godi, *hic & infra.*

(m) ok lyſti ſavk — ek lyſi lavgm.] I. L. N. O. Q. S. Einn dag at løgbergi ſtód Gizurr upp. ok mællti. lyſi ek her í dag løgm. Quodam die Gizurr ad rupem judicialem ſurrexit, & (hoc modo) ingreſſus eſt: Hic hodie denuntio.

(n) lavgmætv.] E. F. P. Fragm. a. c. & e. løgmælltu, id. *hic & infra.*

(o) á havnd Gvnnari Hámundarſyni.] Fr. c. á Gunnar Hámundarſon, in G. H. f. aggreſſionem lege definitam.

(p) *Hic addit* G. eda helundarſári, vel mortifero vulnere. *Rectius fortè legiſſet* heilundarſári; *nam* helundarſár *neſcit Grágás Titul. de Homicidiis Cap. VII. vbi ſpecies vulnerum recenſet:* Þav ero hin meiri ſár, heilvnd oc holund oc mergund. Þat er heilund er rauf er á hauſi til heila. Hvart ſem hau er havggvinn eda rifnadr eda brotinn. En þá er holund. ef blód má falla á hol or ſári. En þá er mergund ef bein er í ſundr til mergiar. Þat ſem mergr er í. hvart ſem þat er høggvit eda brotit. i. e. Majora vulnera ſunt, *vulnus cerebri, vulnus cauitatis (cauum), & vulnus medullae.* Vulnus *cerebri* id eſt, cum apertura ineſt caluariae ad cerebrum uſque, ſiue haec (ferrô) caeſa, ſiue (alio modo) diſrupta aut fracta ſit. Tum autem vulnus *cauum* eſt, ſi ſangvis ex vulnere (introrſum) in cauum corporis penetrare queat. Vulnus verò *medullae,* ſi os, cui medulla ineſt, medullam vſque ruptum eſt, ſiue (ferrô) ſit caeſum, ſiue fractum. *Caeterum oportuiſſe videtur factam in Textu mentionem vulneris medullaris; hoc enim ſemper ultimum in formulis ponitur, eòque pertinere ſuſpicor illa,* er at beu giørdiz; *quippe quod per ſe minus letale, quam caetera in cerebrum aut viſcera impreſſa. Vide formulas infra Cap. CXXXVI. CXLII. & CXLIII.*

(q) fekk.] F. hlaut.

A. C. *illum hac de causa* (r) *proscribi oportere*, (s) *non alendum, non vehendum*,
992. (t) *nihil omninò saluti ejus consulendum. Dico* (u) *bona illius commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus* †), *qui* (v) *publicata bona ex lege capere* (x) *debent.* (y) *Denuntio causam in judicio prouinciali,* ††) *in quod legitimè deduci*

(r) *Hic malè interpolant* Q. & S. ſekan fiorbaugsmann, ad *annulum vitalem* soluendum damnari. *Et* O. ſekan fiórdúngs mann, ex quarta parte regionis (prouincia sua) relegari.

(s) úælan.] Fr. c. óælanda. Chh. óalanda, id. || C. óhælan, non testô recipiendum.

(t) útrádanda.] *Omnes alii*, úrádanda. *quod sequebar. Potest tamen* útrádanda *idem significare, quamquam mendosa lectio esse videatur.*

(u) ſekt ſe (*non* ſektſe).] E. P. ſegta (ſekta) ſe, pecuniam, quâ multabitur. || *Post* ſe *addit* Fragm. e. allt, omnia. *quod & in Textu subaudiendum, secundum formulas Cap.* CXLII. || Fr. c. hálft *pro* allt.

(v) ſektar ſe.] F. *tantum*, ſektar, multam.

(x) *Post* taka *addunt* E. R. P. Fr. c. *&* e. eptir hann, post eum, ɔ: ejus proscripti bona. *quae locutio de mortuis propriè usitata, pulchrè transfertur ad proscriptum, ut de quo, amissa vitae securitate, actum esset.*

(y) lyſi — at lǫgum *omitt.* E. P. Fr. a. c. & e.

†) *Siue comprouincialibus rei: his autem facultates damnatorum ad sustentandos pauperes atque inualidos homines vindicabantur, quos inter liberi alimentariique proscriptorum & relegatorum: quod docet Grágás Tit. de Orphanis Cap. XXIV.* Skógarmanna eda fiorbaugsmanna bǫrn oc ómagar ſculo fara vm fiórdúng innan. þeir allir er þeir átto arf eptir at taca. of þann fiórdúng hverr ſem ſeráns-dómrinn var í áttr. i. e. Hominum proscriptorum & relegatorum liberi atque alimentarii debent intra prouinciam (*in qua sc. habitauit reus*) circulari; omnes ii, quorum haereditati capiundae idonei erant; quisque per eam prouinciam, vbi judicium de bonis possidendis habitum est.

††) *Haec ex Grágás Tit. de Homicid. Cap. XLVI. illustrantur*: Sakir þeſſar allar. ſem her ero taldar vm víg oc áverc med mǫnnom. ſculo coma í þann fiórdúngs-dóm. ſem áverkar hafa í fiórdúngi verit. i. e. Omnia haec crimina, quae hic de caedibus & vulneribus inter homines euenientibus sunt recensita, in ejus prouinciae judicium, in qua prouincia delicta sunt commissa, deduci debent.

deduci oportet, judicandam. Denuntio legitima denuntiatione, (z) *sic vt exaudiri possit ad jurisdicundi rupem. Denuntio accusationem* (a) *& absolutam in Gunnarem Hamundi filium proscriptionem.* (æ) Rursus idem, vocatis testibus, (b) crimen aduersus Gunnarem Hamundi filium edidit, quod ille Thorgeirem Otkelis filium vulnere in viscera illato sauciasset, quod lethale factum Thorgeiri necem attulisset (c) eodem in loco, quô Gunnarr aggressione lege definitâ Thorgeirem prior impetiuerat. Caeterùm hanc (d) denuntiationem ad superiorem formulam pronuntiauit. denique de rei curia & legitimo domicilio requirebat. Post haec a *juris dicundi rupe* discessum, cunctis eloquentiam viri praedicantibus. Hanc rem Gunnarr, se moderatissimè gerens, in medio ferè relinquebat. Veniente jam eo comitiorum die, quo judicium erat constituendum: Gunnarr & sui judicio Rangaënsium a boreâ, Gizurr a meridie adstiterunt. Hic nominatis testibus Gunnarem inuitat, vt suo jurijurando, (e) expositioni criminis, omnibus accusationis argumentis, quae (f) producere cogitasset, attenderet. mox jusjurandum praestat: dein (g) crimen (h) in jure, *) sic vt ediderat, (i) comparatum edisserit: tum (k) testimonia de mani- A. C. 992.

(z) lysi ek, *repetunt* Fragm. c. & e.

(a) *Huc addunt* E. P. Fragm. e. í sumar, hac aestate.

(æ) *Secundam proclamationem nesciunt* F. & Fragm. c. & e.

(b) ok lysti — hinni fyrri.] I. L. N. O. Q. S. og lysti øllu hinu sama á hønd Gunnari sem fyrr, omnia eadem ut supra contra Gunnarem denuntiauit. *Non sanè; sed haec, bone librarie, qui primus supposuisti, non notabas differentiam.*

(c) þeim vetfángi.] C. E. P. Fragm. a. því vetfángi. *neutro genere.*

(d) lysíng.] E. P. søk, hoc crimen.

(e) ok til — sinnar *nescit* Fragm e.

(f) hygdi fram at færa.] F. hefdi fr. at bera, proferre haberet.

(g) saúk.] Fr. c. sockina. Fr. e. søk sína, crimen a se institutum.

(h) í dóm *omittit* Fragm. c.

*) sem hann lysti, *om.* id. & Fr. e.

(i) skápada.] Fragm. e. skapa. E. skipada. P. skipad, id. F. stafada, tali tenore.

(k) vætti.] Fragm. c. vitni.

A. C. manifeſtata caede ferenda curat (l): poſtremò, cognitoribus adſidere juſſis, 992. reum, vti (m) hos rejiceret, prouocat.

CAP. LXXV.

(n) De tranſactione.

Tunc Niall infit: Hic (o) non ſedentariae locus operae fuerit: nunc eò nos, vbi ſedent coloni, accedamus. (p) quò idem ſuique ingreſſi, IV (q) ſolenni formula rejiciunt e numero (r) euocatorum: (s) reliquos autem quinque teſtimonium, cauſae Gunnaris profuturum, poſtulant: numne cognomines eâ
p. 111. mente ſe in congreſſum contuliſſent, vt Gunnarem, ſi poſſent, conficerent? quam rem (t) ita ſe habuiſſe omnes continuò affirmarunt. Hanc Niall exceptionem juſtam eſſe pro reo pronuntiat, ſeque interpoſiturum eam, niſi rem ad arbitros remitterent, aſſerit. Igitur complurium interuentu optimatum, vti tranſigeretur, ſuadentium, id efficiebatur, vt res ad (u) XII. arbitrûm ſententiam mitteretur, (v) eamque ratam habituros vtrique data dextrâ promiſſum irent. Mox deciſa lis, (x) multaque pecuniaria dicta, quae in ipſis comitiis

(l) *Huc addunt* C. E. G. P. en því eigi ſakartøku vætti (vitni). at han var adilinn, non autem de ſuſcepta accuſatione, propterea quod ipſe actor erat principalis.

(m) vm kvidinn *omittit* Fr. e.

(n) Frá ſættvm.] Fr. c. ſættir manna.

(n) eigi mega ſitianda hlut í eiga.] id. eigi ſitianda hlut í at eiga, id.

(p) þeir gengv þángat til.] id. & Fr. e. þeir gerdu nú ſva, ita faciunt.

(q) kvavddv.] C. E. R. P. Fr. a. rvddv.

(r) qvidinvm.] B. C. E. P. Fragm. c. & e. qvødinni, id.

(s) er eptir vorv *omittit* Fr. c.

(t) verit.] id. víſt verit, omninò ita &c. || B. ymtat verit, muſſitatam fuiſſe.

(u) xii. menn ſkylldv gera vm málit.] Fragm. c. dæma ſcylldi xii. menn, id.

(v) gengu — gert vm málit, *omitt.* E. R. P.

(x) ſegialld] Fragm. e. avra ſeg. m. d. certo vnciarum numero definita.

comitiis repraesentari debuit: Porrò Gunnarr & Kolskeggus peregrè abirent, A. C.
perque III. hyemes (y) patriâ carerent: sin Gunnarr solum, copiâ eundi 992.
factâ, non verteret, eum caesi cognatis (z) interimere liceret. Ille nihil aliud, quam probari sibi hanc decisionem, ostendens; Nialem, quam (a) apud eum deposuerat, pecuniam rogauit: hic (æ) foenore auctam statim omnem (b) adnumerat: (c) eaque multam Gunnari (d) expendendam coaequauit. (e) Postea domum itur. Niall & Gunnarr (f) vnà de Comitiis proficiscebantur, cum ille huic loquitur: Tu probè (g) cura, socie, hanc vt serues pacificationem; &, quid simus collocuti, memento. vt illa peregrinatio tibi (h) magna fuit ad honorem, ita (i) haec multò *) majorem tibi gloriam pariet. tu in patriam redux summa cum (k) dignatione, grandaevus euades: neque tum quisquam hominum (l) hic te superabit. Quod nisi

(y) vera í brottv.] Fragm. c. v. utan.

(z) dræpr.] Ead. Fragm. drepr.

(a) hafdi fengit honom til vardveizlu.] Fragm. c. scylldi víta. er Gunnarr átti, soluere debebat, & apud eum haberet. *ita legendum videtur, quanquam hoc verbum* (víta) *rarius sit; non autem* vita, *quod sensum paullo absurdiorem parit, nempe*: quam scire deberet sese (apud ipsum) habere.

(æ) áváxtat.] F. ávext. Fragm. e. ávaxat. || Fragm. a. annaz, pecuniam administrauerat.

(b) greiddi þá fram.] Fr. c. gr. af hændi.

(c) sióds þat á endvm.] id. qvad þat á end. standaz, eamque — exaequare dixit: v. eaque — exaequâsse dicitur.

(d) giallda.] Fragm. a. lyka, id.

(e) Rida þeir nú heim] Fr. c. & e. r. (ridu) menn nú h. af þíngi, p. d. a comitiis itum.

(f) saman.] Fragm. c. saman.

(g) gerdv ꝛc.] id. gør ꝛc. Fragm. e. geym nú sva til, nunc vide, soc. &c.

(h) mikil.] Q. S. mikit, magnum. R. til mikillar, magno f. honori. || mikil *omittit* Fragm. c.

(i) þessi.] Fragm. c. & e. siá, id.

*) meirr.] O. meiri, major ad honorem.

(k) mannvirdíngv.] Fr. c. virdíngo.

(l) her.] Fragm. e. her á Islandi. || I. L. N, O. Q. S. engi þinn jafníngi vera, tibi par inuenietur.

A. C. nisi mutas solum, & transactionem violas, (m) hac in terra obtruncaberis;
992. id quod amicis tuis miserum est scire. Gunnarr se (n) pacta rupturum negitauit. Domum peruectus de compositione referebat: laudabatque Ranneiga (o), quod filius peregrè iret, aduersariisque foret cum alio interim contendendum.

Cap. LXXVI.

Peregrè abitio (p) Kolskeggi.

Thrainn Sigfussonius vxori se hac aestate peregrè (q) abiturum significauit; &, illâ comprobante, (r) transitum per mare sibi cum Högnio (s) *Albo* pactus est. Gunnarr itidem & Kolskeggus cum Arnfinno (t) Vichensi. Grimo & Helgio Nialsoniis a patre (u) veniam peregrè proficiscendi orantibus, Niall, Tam ardua erit vobis (v) peregrinatio, inquit, vt in (x) discrimen venturum credam, an vobis contingat animam retinere: sed verò gloriam quibusdam
p. 112. in rebus ac dignationem consequemini: nec tamen (y) dubitandum, quin dubiae

(m) her á landi *nescit* Fragm. e.

(n) sættir.] id. sætt, Fr. c. settina. *Singulariter.*

(o) *Huc addunt* Ead. módir hans, mater.

(p) *Hic inser.* Fr. c. Þráins oc, Thrainis &.

(q) at fara *omittit* Fr. c. P. *Ergo*, ætladi vtan, peregrè cogitare. *subaud.* ire.

(r) fari.] id. & P. *hic & infra* far.

(s) hvíta.] E. P. Vikverska. || K. Fr. a. Færeyska.

(t) Vikverska.] Fr. c. Orysка v. Orverska.

(u) leyfa at þeir færi vtan.] Fragm. a. *eleganter*, at fara vtan, (patrem suum) peregrè proficisci or. ɔ: *ut ipsi p. proficiscerentur*, *s. sibi peregrè abire liceret.*

(v) vtanferdin.] Fr. c. vtanferd siá, haec peregr.

(x) tvísynt man.] Fr. e. tvísyni mvn á. E. P. Fragm. a. torsynt, visu difficile.

(y) orvænt.] E. P. ólíkligt, vero dissimile.

dubiae rēs inde, (z) reducibus vobis, proficiſcantur. Filiis (a) veniam eundi A. C.
crebrò flagitantibus, eò adducebatur, vt (æ) illos, ſi cuperent, ire juberet. 992.
Itaque (b) vecturam ſibi naualem cum Bardo *Nigro* & Olafo filio Ketilis (c) ab Ellda pacti ſunt: vulgô jam adeò multos (d) praeſtantiorum virorum dimitti ex tribu dictitante. (e) Tunc Högnius & Granius filii Gunnaris maturi fuerant aetate: homines ingenio diſſimiles; quippe hic multum ex indole materna hauſerat; ille verò boni fuit ingenii. Suas & fratris merces Gunnarr ad nauim deuehendas curat, & (f) omni commeatu ſuo (g) illuc deportato, nauique tantum non expedita; Bergthorshvalem aliasque villas adit, ſalutandi cauſſâ: omnibusque, qui operam ipſi dederant, (h) de lata ſibi ope gratias agit. Poſtridie iter ad nauim (i) multô mane comparans, (k) familiae omni domum ſe planè (l) relicturum ſignificat: de quo ea doluit, quamuis (m) porrò rediturum (n) ſperans. Cum accinctus eſſet, (o) domeſticos omnes amplexatur; (p) hique illum foras proſequuntur. Bipenne humi leuiter

 deſti-

(z) er þit komit út.] Fr. e. — út hingát, huc, domum. || Fr. c. ef þit komit aptr, ſi redire domum contigerit vobis.

(a) at fara *omittunt* E. P. Fr. e.

(æ) bad þá fara ef þeir villdo.] Id. veitti þeim, filiis (veniam) daret.

(b) fari.] Fragm. c. & e. far.

(c) or Elldo.] Fr. c. *tantum*, Elldo, (cognomine) Elldae. *Vid. Cap. CXX.*

(d) hinir betri menn.] G. virdingamenn, vir. honoratiorum.

(e) þá *addit* Fr. e. (*poſt* voro).

(f) oll favng Gunnars.] Fr. c. & e. aull þing G. (þeirra) omnibus rebus (ſarcinis) ſuis (& fratris).

(g) komin of ſkip.] Fr. e. *til* ſkips komin ꝛc. ad nauim deportatis. Fr. c. búin oc til ſkips komin oc þat, paratis (collectis) & ad nauim transvectis, eaque &c.

(h) *Ante* lidveizlu *add.* id. monnom.

(i) ſnemmindis *omitt.* Fr. c. & e.

(k) ollo lidi.] Fr. c. aullum heimamonnom ſínom, omnibus ſuis domeſticis.

(l) ríða í brabt.] Fr. c. & e. fara.

(m) ſídarr.] Ead. ſídan, poſtea.

(n) vænto.] Fragm. c. vættu, id.

(o) manna.] id. & Fr. e. heimamanna ſinna, domeſticos ſuos.

(p) menn.] Fr. c. heimamenn.

A. C. destituta, instratum in equum subsilit, & cum Kolskeggo vnà abequitat.
992. Vehebantur (q) propter flumen Markicum, cum Gunnarr, equo pedem offendente, desilit ab eo: &, oculis forte circumlatis in (r) pagum Hlidensem, ipsasque Hlidarendi aedes incidens, Amoena est *Hlida*, inquit, (s) adeo vt nunquam aeque amoenam viderim; flauentes agri, attonsa (t) prata (stercorata)! atque me (u) domum referam, ac nuspiam proficiscar. Ne committe, ait Kolskeggus, id inimicis tuis oblectamento, (v) vt resignes fidem pacificationis; hoc enim te facturum cogitauerit nemo: neque tu (x) credére non debes omnia, sic vt (y) praedixit Niall, euentura. Gunnarr contra: Nusquam abibo; quin tu ita facias velim. Nequaquam fiet, reponit Kolskeggus; (z) neque hoc (pactum) neque quicquam aliud, in quo mihi praestanda fides est, turpiter violabo: & haec vnica (a) fuerit causa, quamobrem nos diuellamur. denique tu consanguineis parentique meae nuntia, certum esse (æ) Islandiam nunquam reuisere; *) quoniam te, frater, defunctum inaudiam; neque sic vlla res me (b) ad huc redeundum impellet. Iamque ab inuicem discedunt: Gunnarr domum redit Hlidarendum; Kolskeggus verò ad nauim, ac dein peregrè

(q) með.] C. E. R. P. Fr. a. & e. at, ad.

(r) hlídarinnar.] Fr. c. Fliótzhlídar. i. e. pagum ab latere fluminis adsurgentem.

(s) sva — jafnfögr.] id. oc sva faugr — fegri, immò tam amoena, vt — amoeniorem.

(t) tún.] Fragm. e. túnin.

(u) rída heim.] id. fara h. E. K. P. Fragm. a. hverfa, d. reuertar.

(v) at þú.] Fragm. e. attu, id.

(x) muntu þat ætla mega.] Fr. c. & e. máttu þat hugsa, cogitare d.

(y) sagt.] R. & Fragm. c. þer fyrir sagt, tibi praed. Fr. e. þer spád, id.

(z) hvarki.] Fragm. e. hvergi.

(a) man — vera.] Fr. c. er, est.

(æ) ekki at siá Ísland.] I. L. N. O. Q. S. mer alldri aptr at koma, mihi, nunquam in Islandiam reuenire.

*) þvíat — útferdar *omitt.* iid.

(b) til útferdar.] Fr. e. til at fara til Íslands, ad reuertendum in Islandiam. Fragm. c. nú hingat, huc inuitabit.

peregrè abiit. Hallgerda domum reditione Gunnaris laetabatur, mater ſilen- A. C.
tiô fermè tranſiit. Sequens autumnale tempus hyemaleque domi egit Gunnarr, paucorum hominum (c) praeſidio vtens. Dilapſa jam ita hyeme, Olafus *Pauo* (d) illi Hallgerdaeque conditionem tulit, vt ſecum degerent; 993.
rem verò domeſticam genitrici filioque Högnio (e) traderent. Gunnarr (f) p. 113.
conditionis) primùm cupidus annuit, ſed inſtante migrandi tempore nolebat. Sequenti verò aeſtate (g) Gizurr & ſui Gunnarem (h) proſcriptum in comitiis pronuntiauerunt: anteque ipſum comitiorum finem, idem omnibus aduerſariis illius in (locum dictum) *Almannagia* †) concitis, Starkado Thrihyrningenſi filioque Thorgeire, Mördo & Valgardo *Vafro*, (i) Geire *Pontifice* ac Hialltio Skeggii filio, Thorbrando Aſbrandoque filiis (k) Thorleiki, Eylifo & (l) filio Önundo, Önundo ab Tröllaſkogo, Thorgrimoque Norvego de Sandgilo: Mens eſt, inquit, (m) ferre vobis conditionem, vt Gunnarem hac aeſtate adeamus occidamusque. Ego verò, regeſſit Hialltius, Gunnari hic in comitiis ſpoſpondi, cum ille meis maximè precibus perſuadebatur,

(c) med ſer.] C. E. G. P. vm ſik, circa ſe praeſ.

(d) baud Gunnari med ſer at vera.] Fr. c. & e. b. G. til ſín, G. ad ſe inuitauit. || C. E. R. K. M. P. Fragm. a. ſendi G. mann (menn) of bad hann fara veſtr þángat, Gunnarem miſſo ad eum homine (miſſis nuntiis) inuitauit, vt ad ſe in occidentem migraret.

(e) fá.] Fr. e. þau fengi.

(f) þetta (hujus rei) *addit* Fr. c.

(g) *Hic inſerunt* E. R. P. Fr. c. Geirr Godi of. G. Pontifex atque.

(h) ſekt.] Fragm. e. ſeck.

(i) *Hunc omittunt* Fragm. c. & e.

(k) Þorleiksſonum.] Fr. c. Þorláeſſonum, id. || F. Þorkelsſonum. || E. G. P. Fragm. a. Þorbergsſonum.

(l) Aunundi ſyni hans *omitt.* Fr. e.

(m) bióda.] C. R. Fr. a. & c. bidia, rogare vos.

†) Almannagiá *ad verbum denotat* hiatum vniuerſitatis ɔ: *hiatum terrae, ad quem vniuerſus populus conuenit, (v. qui vniuerſi capax populi eſt).*

A. C. debatur, me nunquam ſocium fore vi adituris eum: (n) atque ſic ſiat. mox-
993. que digreſſus eſt. Reliqui autem (o) Gunnarem aggredi dextris mutuo commiſſis, decreuêre, poenam in eum, ſi quis deſciuiſſet a ſe, conſtituentes. Mördus optimam illius ſuperueniendi commoditatem (p) ſpecularetur. Erant hujus factionis (q) XL conſortes: ſibi in expedito fore opinantes Gunnarem opprimere, (r) Kolſkeggo ac Thraine multisque aliis amicis ſuis abſentibus. Vt ex Comitiis domos reditum, Niall, ad Gunnarem adit, de (s) proſcriptione ejus, ſtatutaque in eum aggreſſione docet. Benè facis & amo te, inquit Gunnarr, (t) quod) me reddis certiorem. Et Niall: Nunc volo vt Skarphedinn & Höſkulldus filii mei (u) ad te migrent: ii, credo, ſalutem ſuam pro tua periculo exponent. Nolo, ait Gunnarr, filios tuos meâ de culpâ interimi; & ſanè tu de me aliter promeritus es. Niall contra: At hoc (haec praecautio) nihil proderit; eò enim, (v) te mortuo, vbi ſunt filii mei, turbae transfundentur. Neque id fidei abſonum, inquit Gunnarr, ſed propter me ne (x) contingeret velim. caeterum oro petoque (y), vos (z) Högnium vt reſpiciatis filium meum: at (a) Granium praetereo; is enim ad meam voluntatem (æ) pauca ſanè agit, (b) Fide in hoc datâ, Niall domum rediit. Dicitur Gunnarr

(n) ſkal ok ſva vera.] Fr. c. oc ſkal ek ſva gera, & (nunc) ita faciam.

(o) vid Gunnar.] E. G. P. at Gunnarſ.

(p) nióſnvm.] Fragm. c. vørd oc nióſnir til.

(q) xl.] E. P. xxx. G. xx.

(r) *Ante* Kolſk. *addit* G. ſiglðr, cum peregrè nauigaſſet Kolſkeggus.

(s) ſekt hans.] Fr. c. ſecð ſina.

(t) er *addit* id.

(u) hingat, huc, *addit* id.

(v) þá er þú ert látinn.] id. þegar er þú ert allr, quam primum tu finitus eris.

(x) hlytiz.] id. leiddi.

(y) *Hic inſerit* id. þic oc ydr fedga, a te atque filiis tuis.

(z) á med Høgna ſyni minum.] F. vm H. ſon minn, Högnio filio meo prouideatis ſ. conſulatis.

(a) ekki til Grana.] id. &. Fr. c. þar ekki til ſem (er) Grani er, id.

(æ) ekki margt.] Fr. c. ecki, nihil.

(b) ok het því.] id. eptir þetta, poſtea.

narr omnes (c) conciones, conuentusque forenses frequentasse, inimicis eum nunquam inuadere ausis: parique modo per aliquantum tempus atque indemnatus versabatur. A. C. 993.

Cap. LXXVII.

(d) Aditio ad Hlidarendum.

Proximo autumnô Mördus Valgardi filius nuntium (e) ad Gizurem *Album* & Geirem) misit, Gunnarem domi solum esse, (f) familiam verò omnem, vt crederet, in insulis absoluendo operari foenisecio. Id Gizurr *Albus* & p. 114.
Geirr *Pontifex* (g) simul vt audiissent, trans amnes orientem versus (h) & per Sandos (deserta glareosa) profecti Hofum veniunt. tum ad Starkadum sub Thrihyrningo mittunt: vniuersi (i) Gunnarem adituri *) illuc coëunt: (k) qua viâ rem aggrediantur, deliberant. Mördus eos Gunnari superuenturos insperanti negat, nisi, adhibitô proximae villae incola, cui nomen Thorkeli, hunc inuitum sequi ipsos cogerent ad excipiendum canem (l) Samum, illeque solus praeiret ad aedes. Dein Hlidarendum ad orientem profecti, qui Thorkelem acciret, mittunt: cui (manibus) comprehenso faciunt optionem, vt vel

 ab

(c) mannfunda ok løgþínga.] E. P. Fr. a. mannf. løgligra ok gamansfunda allra, legitimos conu. omniaque ludicra. C. G. løgþínga. ok gamans. ok funda allra, conv. for. & spectacula, caeteraque conuenticula.

(d) Atreid til Hl.] Fr. c. Frá Mørdi.

(e) Gizuri Hvíta ok Geiri add. E. P. Fr. a.

(f) lid allt mundi vera.] I. K. L. N. O. Q. S. húskarlar hans væru, famulos &c.

(g) yfir ár — frettv þat *omitt.* F.

(h) ok austr yfir sanda *omitt.* Fr. c.

(i) er at Gunnari skylldv fara.] I. K. L. N. O. Q. S. þeir er heitid høfdv àtfør at G. qui G. adgredi conspirauerant.

*) þar *nescit* Fragm. c.

(k) ok redv — fara *omitt.* E. F. P. Fr. c.

(l) *Nomen tacet* Fragm. c.

A. C. ab ipſis trucidaretur, vel canem (m) interciperet: ille vero *) ſalutem redi-
993. mere (n) praeuertens, eos ſequebatur. Erat ſupra ſeptum villae Hlidarendenſis trita via depreſſior. Cuncta inibi ſubſiſtente (o) turba, colonus Thorkell ſe propius ad aedes contulit: canem, qui ſummis in tectis excubabat, inde ſecum in locum aliquem humiliorem prolicit. eo momento canis homines adeſſe illic ſentiens, in Thorkelem euolat, (p) mordicusque ventrem corripit. Önundus verò ab Tröllaſkogo ſecurim in caput cani impegit, adeò (q) vt haec ipſum in cerebrum penetraret, canisque tanto ejulatu edito, vt (r) exemplo carens non mirus modò hominibus videretur, exſanguis humi caderet.

Cap. LXXVIII.

(s) Caedes Gunnaris.

Gunnarr in cubiculo expergefactus (t), Crudeliter, inquit, *) mi alimentarie Same, (u) adficeris: & (v) forſitan decretum eſt, vti me abs te breuis hora diſtra-

---

(m) taka.] E. G. P. Fr. a. drepa, occideret.

*) líf.] Fragm a. høfvd, caput ſuum.

(n) feyri.] Fr. c. villdi, malebat.

(o) *Hic interpolat* E. ſkækinſynir, nothi.

(p) grípr nárann.] Fr. c. gr. í honom n. || C. E. R. M. P. gr. í nárann (E. F. P. *add.*) ok rífr þar á hol (*ſolus* E.) ok fell han daudr nidr, m. v. corr. eumque dilaniat, illeque (Thorkell) exanimis humi cecidit.

(q) er allt kom í heilann.] Fr. c. at í heilanom nam ſtadar, vt ictus in cerebro ſiſteretur.

(r) þeim med — miklom vera.] E. P. Fragm a. undrum gegna, mirum quantum vid.

(s) Víg Gunnars.] Fragm. c. heimſókn G. violenta G. aditio.

(t) *Huc addunt* F. & Fr. c. er hundrinn qvad vid (hátt), cane ejulante (ingenti voce).

*) minn *addunt* F. I. L. N. S.

(u) leikinn.] I. L. N. Q. S. halldinn, haberis.

(v) búd ſva ſe til ætlad.] B. C. E. Chh myn ſva til ꝛc. credo, deſtinatum eſt. || R. má at ſva ꝛc. poteſt, vt deſt. ſit.

(x) diſtrahat. Erat cubiculum Gunnaris ex lignea ſolum materia factum (y) A. C. aſſereque tectum continenti: (z) feneſtrae (ſummis) trabibus laterariis adpo- 993. ſitae, obductis tabellis verſatilibus. In ſuperiore (a) cubiculi parte Gunnarr & Hallgerda materque illius dormitorio vtebantur. Vbi (hóſtes) propinquabant (æ) villae, quod (b) neſcirent an Gunnarr domi eſſet, (c) juſſerunt aliquis (d) ipſas praeiret ad aedes, (e) quidque rei animaduerteret, videret. ipſi conſidebant humi (f). Thorgrimus Norvegus (g) cubiculum conſcendit, Gunnarr (h) rubram tunicam conſpicatus (i) foramini obuerſam, (k) bipennem per feneſtram medium adigit in hominem: qui pedibus (l) deſtitutus, (m) amiſſo e manibus clypeô, de tecto recidit: mox ad Gizurem & ſuos, vbi ſedebant in ſolo, (n) regreditur. (o) Quem Gizurr intuens, Numnam, inquit, Gunnarr domi eſt? Cui Thorgrimus: Id vos ſcitis: ego autem illud P. 115. reperi,

---

(x) í medal.] Fr. c. í milli verda.

(y) ſúdþaktr.] B. ſúdþakidr. Fr. c. ſúdþakiþr.

(z) glanggar hiá brúnáſvnvm ok ſnúin.] R. gluggr á hiá brúnáſnom ok ſnúit. *omnia in ſingul.*

(a) í ſkálanvm *omitt.* Fr. c.

(æ) *Poſt* at *addit* id. bænum.

(b) viſſu þeir eigi hvart.] E. R. K. P. Fr. a. ſpurdi Gizurr hv. interrogauit G. an.

(c) ok bádu] iid. ok bad, juſſit. || Fr. c. Gizurr mællti, juſſit G.

(d) heim fyrir *omittunt* E. R. P.

(e) vita hvers víſs yrdi.] iid. forvitnazvm, rem exploraret.

(f) medan, interim, *addit* Fr. c.

(g) vpp á ſkálann.] id. heim á húſin, in tectum aedium conſc.

(h) ravdan kyrtil.] Fragm. a. rautt klædi, rubrum veſtimentum. R. hann berr vid glugginom. þvíat han var í ravdom kyrtli, foramini obuerſum videns, quod rubra velaretur tunica.

(i) glugginn.] Fr. c. glugginom.

(k) leggr út med atgeirinvm á hann midian.] id. l. atgeirnom út í gluggínn á auſtmanninom midivm, — in Norvegum.

(l) ſkruppv.] id. ſenppo. *fortè excidit* r. C. E. R. P. ſpruttu, id.

(m) vard lavſs ſkiølldrinn.] Fr. c. vard hállt á húſvnom, lubrico tectô gradum fallente.

(n) gengr hann.] id. g. h. ofan, deſcendit.

(o) leit vid honvm ok *omitt.* id.

A. C. reperi, bipennem ejus domi (p) eſſe, ſubinde moriens procubuit. (q) Mox
993. aedes oppugnant. Gunnarr excuſſis in eos ſagittis ſe ſtrenuè tutatur: neque efficere quidquam poſſunt. (r) Quidam (s) ſub tecta irrumpunt, impreſſionem inde facturi: in hos quoque ſagittas ingerit; ac nihil profecerunt. Sic peracta horâ, paullisper quieſcebant: denuo impetunt: Gunnarr (tela) etiam dum ejaculatur (t); illique fruſtrato omni conatu, iterum (u) repelluntur. Tunc Gizurr *Albus*: Nos acrius vrgeamus, nam nihil proficimus. (v) Fit ergo tertiùm impetus, diu inſtant, poſtea retrocedunt. Gunnarr fatur: Sagitta jacet in (x) pariete, vna certè hoſticarum: hanc ego in illos conjiciam, idque iis probro eſt, ſi (y) damnum propriis accipiunt armis. Mater ſuscipit: Noli facere, gnate mi, vt (z) homines, cum (a) ſe jam receperint, incites. Sagittam Gunnarr comprehendit, inque aduerſarios excutit: haec in Eylifum Ônundi filium (æ) veniens magnum inferebat vulnus; (b) caeteris, quod disjunctus ab iis ſteterat, ſauciatum ignorantibus. Gizurr autem, En manus illic exſerta (c), inquit, aureo ornata annulo, ſagittam in (d) tecto poſitam exce-

(p) er.] E. R. Chh. Fr. a. & c. var, fuiſſe.

(q) þá at húſvnvm.] Fragm. c. þá heim at bænum, m. ipſas aed.

(r) þá hliópv — vm hríd *omitt.* id.

(s) í húſin.] E. R. I. K. L. M. N. O. Q. S. á (uppá) húſin, in tecta aedium adſcendunt.

(t) *Huc add.* Fr. c. at þeim, in eos.

(u) hrvkkv.] id. hurfu, ſe recipiunt.

(v) gerdv þá hríd ena þridiv.] E. K. P. Fragm. a. gengu at hit þridia ſinn, tertiùm adoriuntur.

(x) vegginum.] Fr. c. þeckionni, tecto.

(y) geig.] F. mein edr geig.

(z) þá.] C. G. K. P. Fr. a. nú vid þá, eos denuo excites.

(a) hafa ádr frá horfit.] I. L. N. O. Q. S. villdv frá hverfa, ſe recipere voluerunt. || ádr *omittit* Fragm. c.

(æ) kom á.] id. ſcaut, collineans Eyl.

(b) hann hafdi — ſærdr *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(c) *Huc addunt* F. & Fragm. c. um glugginn, per feneſtram.

(d) þekivnni.] G. vegginom, pariete.

excepit: neque (e) tela, puto, foris peterentur, ſi intus (f) copia eſſet: quare A. C.
(g) vos rurſum impugnate. Hic Mördus: Comburamus cum tectis homi- 993.
nem. Iſtud nunquam fiat, ait Gizurr; tametſi (h) animam meam ſcio periclitari: tibi verò integrum eſt rationes (i), quae valebunt, proponere, qui adeò callidus homo audias. Iacebant in campo funes, ad firmandas (contra vim tempeſtatum) k) aedes adhiberi ſoliti. Tum Mördus: Capiamus funes & affigamus capitibus trabium; altera (funium) extrema ſaxis alligemus, (l) vectibusque implexis, tectum cubiculo detorqueamus. Adhibitis igitur funibus (m) hoc machinamentum perficiunt. Gunnarr, ea re non prius comperta, quam totum cubiculo (n) tectum detraxiſſent; arcu ſagittas ita excutit, nunquam vt ipſum inuadere poſſent. Tum iterum exhortante Mördo, vt (o) Gunnarem in domibus cremarent; ſuſcipit Gizurr: Neſcio, quî tu, quod e caeteris vult nemo, ſuadeas; neque id fiat vnquam. Hoc momento Thorbrandus Thorleiki filius in ſummum euolans parietem, neruum (arcûs) Gunnaris diſſecat: hic, bipenne vtraque manu correptâ, celeriter ad illum conuerſus, eam per corpus adigit, idque praecipitat (p) in terram. Mox Aſbrandus frater illius eſcendit: Gunnarr bipennem dirigit in eum; quae

 ſcutum,

(e) vidfánga *omittit* Fr. c.

(f) gnógt.] id. & Chh. pl. nóg, ſatis. E. nockt, id. || B. margar, multa.

(g) þer.] B. C. E. R. Chh. Fr. a. & c. ver, nos impugnemus.

(h) at líf mitt liggi vid.] G. víſan bana minn, certo ſcio hoc mihi exitio fore.

(i) *Huc addit* Fragm. c. noccor, aliquas. *Mox*, þad er ongi.] G. þad er líkazt er at yfirtaki, quibus veriſimile ſet vt vincamus. || þad er — kalladr omitt. O. Q. S. *& tantum habent*, er þer ſiálfrádt at þú leggr þad rád til? Satin' ſanus es, cum haec conſilia das?

(k) hús.] K. Fr. a. hey, ſtrues foeni.

(l) vindáſa.] Fr. a. vinda.

(m) veittu þeſſa umbúd alla.] O. Q. S. hyggy um, machinam parant.

(n) þakit.] C. E. G. P. ræfrit.

(o) Gunnar inni.] F. bæinn, aedes.

(p) *Huc addunt* R. daudom, mortuum.

A. C. 993. p. 116. scutum, quô se protegebat, perrupit (q); homoque, oblisis sibi ambobus brachiis, de (r) pariete relabebatur. Iamque Gunnarr VIII. homines vulnerauerat; II. autem peremerat, cum ipse duo vulnera accepit: idque nemo non dictitabat, neque plagis eum, neque morte vultum commutasse. Tunc Hallgerdae loquitur: Da mihi duos e crinibus tuis villos, tuque ac mater mea neruum ex his mihi contorquete. Num quid tibi in hoc est? inquit vxor. & ille: Vita mea in eo vertitur; nunquam enim, dum copiam arcûs habeo, me superare poterunt. Alapam igitur, regerit illa, (t) quâ me pulsâsti, tuo reminiscar malo: & nulla sanè curo, (u) diu te an parum tuearis. (v) Hic Gunnarr carmen cecinit:

(x) *Quilibet non de nihilo* cruentûm
Litis expertus jaculûm *celebris*:

Deprimit

(q) *Hic inserunt* B. C. E. R. Chh. Fragm. a. ok sva medal (i milli) handleggianna. snaradi Gunnarr þá atgeirinn sva fazt (hart) at skiolldrinn klofnadi, atque inter brachia penetrauit. Tum Gunnarr bipennem tanta vi contorsit, vt scutum disrumperetur (& vtrumque brachium oblideretur).

(r) vegginum.] C. E. G. K. P. Fragm. a. þekinnni, tecto.

(s) leppa.] I. L. M. N. O. Q. S. locka.

(t) þann — lavst mik, *omitt.* O. Q. S.

(u) lengr eda skemr *omittunt* R. *pro quo* E. & P. edr eigi, an tuearis te, necne.

(v) *Carmen nesciunt* C. E. R. Chh. Fr.

(x) *Ordo verborum in hoc carmine talis est*: Hverr dreyrgra darra dómreynir α) hefir til síns ágætis: sveigar Sága drepr mínum sóma nidr. Avngr lids rádandi β) skal lengi lítils bidia. fús *) verdr fenio fagr γ) miøls dísi havnd á veniv.

*) H. *in margine*, bregdr, id.

α) Darra dómr *praelium denotat*, & darra dómreynir *bellatorem. quae poëtica viri adpellatio cum locutioni accommodetur prouerbiali, Synecdochicè capienda est, ita vt non virum modo, sed & quemcumque* hominem *significet. si aliter ceperis, non amplius prouerbii vim habebit: neque de vxore poëtae, quae tamen his verbis stringitur, sed de bellatoribus tantum sermo foret. Caeterum hic loquendi modus poëtis septemtrionalibus adeo frequens, ut, quando homines generatim notare volebant, hos aliter*

Deprimit noſtrum redimita honorem
Nympha calyptrâ.
Nemo rem paruam rogitet frequenti
Poſſidens nauim *prece. Prona* Diuae
In ſuum Fenjae nitidae farinae *eſt*
Dextera morem.

(y) *Nemo de nihilo celebris (cenſetur)*, inquit idem; neque (z) hoc ego te diu rogitabo. Rannveiga ſuſcipit: Tu male facis (a), tuaque longo aeuo ſuperabit infamia. Egregiam fortique viro dignam Gunnarr pugnam edidit, tantis etiam VIII. alios plagis vulnerans, vt multi proximè ad necem (æ) peruenirent: ſeque ad eum finem propugnabat, donec prae laſſitudine caderet: quin, compluribus tum affectus luculentis vulneribus, e manibus aduerſariorum elapſus, ſeſe diu etiam tutabatur: at eo (b) tandem) res venit, (c) vt eum interficerent. Propugnationem illius Thorkell (d) *Elfariorum (Gothalbenſium) poëta* ſequenti carmine cecinit:

Hh 2 Fama

aliter ſignificaſſe quam per virorum aut Metaphoricas aut ſimplices denominationes, rarius inuenias. β) Lid, *nauis appellatio in Edda & alibi*: lids rádandi, *nauigator, rurſus per Synecdochen pro quocunque* homine *dictus. Secundum autem vulgarem notionem* lids rádandi *verti potuit*, Ipſe (*v.* qui eſt) opis compos *ſ.* auxilii compos: *verum hoc pacto ſententia prouerbii non amplius fuiſſet generalis. Hoc prouerbium hodie ſic enuntiatur*: Ecki (eigi) ſkal lengi lítils bidia. *vide var.* z). γ) Fenio miøl, *ſ. farina Feniae*, aurum *ſignificat: qua ratione, diſcitur ex carmine* Grottuſaungr *in Edda Sn.* Fenio miøls Dís *ſ. auri Nympha*, mulieris *adpellatio, qua poëta uxorem intelligit: addito prouerbio, malè conſulendi (in viros ſuos) habitum uxoris indicans. Idem prouerbium in* Grettisſaga Aſm. ſ. *Cap.* LXXXIII. *enuntiatur*: Giørn verdr hønd á venio.

(y) hefir hverr.] I. L. N. O. Q S. hafa verdr hverr, oportet (neceſſe eſt) vt quilibet de aliqua re cenſeatur. || hefir hverr — lengi bidia, *neſcit* B.

(z) þik þeſſa eigi lengi bidia.] R. eigi lengi lítils bidia, res exigui momenti diu expeti non debet.

(a) *Huc add.* R. til hans, in virum.

(æ) lá.] I. L. M. N. O. Q. S. hellt.

(b) vm ſídir, *addunt* R.

(c) at.] Iid. er.

(d) elfara.] G. Ælfara. K. Olfara. O. S. Elfarar.

A. C. 993. (e) Fama tulit nobis rutatus quomodò sit se,
Feruidus in pugna dum, ceu vestigia vbi Mars

Ipse

(e) *Verba hujus carminis ita in ordinem redigebam:* 1) Syyrdv ver 2) hve 3) vígmóðr α) Gunnarr vardiz fyrir sunnan Kiøl β), 4) Kialar γ) 5) slóda 6) gnystærandi 7) geiri. Havdr δ) 8) mens 9) sókurvrir 10) vann 11) xvi. (ɔ: sextán) 12) vidris ε) 13) mána 14) hrídar herdi 15) meida 16) sára, 17) en 18) ii. (ɔ: tva) dauda.

1) C. R. K. N. spurdum. E. Fragm. a. spurdumzt. P. spurdunst, id. 2) O. hvar, vbi. E. Fr. a. K. P. þá er, quod, cum. R. þar er, id, vbi. 3) B. viggriódr. *unde* kialar slóda viggriódr, carinae viarum (ɔ: maris) equi (ɔ: nauis) vastator *viri bellatoris v. naues piraticas debellantis appellatio erit; eaque in Gunnarem adeò conueniens.* 4) M. kialars. 5) E. R. K. P. Fragm a. slódar. *Singularis.* 6) D. gnystæradinn, *ubi forte excidit* n, & *scribi debuit* gnystærandinn, excitator strepitûs bellici. || O. S gnystyrandi, *ad verbum*, strepitum regens. || Q. gnystyranda (geiri, telo) strepitum (praelii) concitante. || E. R. K. P. Fragm. a. gladstyrandi (*sc.* kialar slóda, ɔ: maris) equum (nauim) gubernans, nauigator. *vel si mauis*, alacriter praelium faciens. || M. gladsstyrandi. *quod malè consistit cum* kialars. || C. gladsstyranda. *unde ita construendum:* vardiz kialar slóda gladsstyranda, defenderit se ab nauigatore, *scilicet Gizure Albo.* 7) H. *in margine*, geira, hastarum (sonitum ciens, Kialar slóda ɔ: á Kialar slódum, in arena). 8) Fragm. a. men. *quod, si legas* men-havdr, *eodem redit.* || E. K. P. menn, homines. I. N. O. Q. mans. *vid. not.* 12). 9) O. sókurvra, ad pugnam imbelles (homines) || Q. S. sókurvrann. *malè.* || Fragm. a. sóknfyri, igne pugnatorio ɔ: gladio, hasta. 10) O. nam særa, sauciauit. 11) P. XVII. (ɔ: sautián). 12) H. *in marg.* vidu. *unde verborum ordo:* sókurvrir vann xvi. herdi hrídar vidv sára, en ii. havdr mens mána meida dauda, depulsor impetus (impetentium) effecit XVI. gladii tempestatis editores ɔ: pugnatores sauciatos, II. autem terrae cinguli (maris) lunae (ɔ: auri) consumtores mortuos. || G. vidvrr manna. *unde ordo:* Havdr mens hrídar vidurr sókur. vann xvi. manna sára, en ii. herdi meida dauda, terrae cinguli (maris) tauri (ɔ: nauis) Othinus (dominus) vulneratos effecit XVI. homines, duos autem gladii confectores (bellatores) occidit. || D. E. K. Fragm. a. vidr, lignum, poëticè effector, *eandem con-*

Ipse facit, ciret strepitantia murmura telô A. C.
Gunnarr australi [montanae] a parte *Carinae*. 993.

 Impe-

---

constructionem admittit. || C. vidar. *ergo*: Sóknr. vann xvi. herdi hrídar meida haudrmens mána vidar sára, saucios reddidit XVI. gladii procellae concitores terrae cinguli lunae consumtoris, ɔ: *bellatores s. milites liberalis viri*, *subaudi*, *Gizuris*. *vel*, haudr mens sóknr. vann xvi. vidar mána hrídar herdi meida sára, — sauciauit XVI. nauis lunae (ɔ: clypei) tempestatis (praelii) fortes editores. || N. O. Q. S. vídir. *talis igitur ordo*: Haudr vídir-mána sóknr. vann xvi. hrídar meida herdi-mans sára, Haudus maris lunae (auri dominus) vulnerauit XVI. dimicatores (milites) strenui viri (*sc. Gizuris*). || P. virdra manna. *vide. not.* 16) 13) F. K. & O. manna. *unde*: — vann xvi. manna sára, en tvo vidris hrídar herdi meida dauda, sauciatos dedit XVI. homines, sed duos Odini procellae (pugnae) strenuos concitores interfecit. 14) O. hirdir. *quod*, *si* mána, *non* manna, *recipiatur*, *hunc ordinem paris*: vídir mána hirdir nam særa xvi. mans, sóknrydra herdi haudr meida, maris lunae (auri) custos sauciauit XVI. homines, imbelles ad pugnam gladii foli (ɔ: clypei) abusores. 15) D. maiþa, id. || E. K. P. Fr. a. meidar. *unde sic construes*: Haudr mána hrídar vidr sóknr. vann xvi. menn herdi meidar sára, en ꝛc. Othini lunae (gladii) tempestatis editor vulnerauit XVI. comites (socios) gladii confectoris (bellatoris, *sub. Gizuris*). 16) P. særa. *Secundum hunc codicem talis verborum concipi ordo potest*: sóknrydrir vann særa xvii. virdra manna, en (vann) ii. menn herdi haudr hrídar meidar dauda, — vulnerauit XVII. honoratos homines, sed occidit duos comites gladii soli (scuti) procellae (praelii) concitoris (*sub. Gizuris*). *vel*: herdi haudr sóknr. — en ii. menn hrídar meidar d. Haudus gladii (bellator) vul. — sed II. socios pugnae auctoris interfecit. 17) N. O. Q. tveggia daudi, duorum pestis s. exitium (fuit). 18) I. S. tvo daudi, mors duos sc. (vann) vicit.

a) Vígmódr *pro* defessus pugnâ *per me capsis*, *ego autem scio* módr *significare si non idem atque* modigr *animosum*, *certe* ardentem *animi*: *vt in Gunnlaugs-S. Ormst. pag.* 180. *stropha* 4. *carminis*: *& etiam*, *meâ quidem (saluâ tamen Doctiss. Interpretum) sententiâ*, *in Suorr. Sturl. Tom.* I. *p.* 331. *ed. Havn. ubi legitur*:

Ut baud isfra hneitir
Elmódr af Svíþiódu,
Gunnr hellt gramr til gunnar,
Gunnbliks lidi miclo.

Sine

A. C. 993. Impetuum reprimens vim, crebro vulnere ſenos
Ac denos, facibus Vidris, fulgentibu' lunae
Inſtar, adornantes nimbum validè, adficiebat
Lunulae [inauratae] dominus, verùm duo morte,

Sic

Siue de Olafo rege Svionum, ſiue Erico ſatrapa viro bellicoſo hic ſermo ſit, conuenientius verti videtur gunnblics elmóðr, ardens *ad pugnam ſ. bellum, quam* defesſus *pugnâ; cum uterque paullo ante promtiſſimus fuiſſe ad expeditionem dicatur, eòque magnum imperarent exercitum.* β) Kiølr, *via montana, quâ ex prouincia Islandiae auſtrali in borealem transmeatur. Ex indicata verò regione poëta ille ignotus in pago Islandiae ſeptemtrionali fuiſſe colligitur. Caeterum veriſimile eſt, eum inde vocari* Elfara-ſkáld, *quod accolas Gothalbis carmine praedicauerit: quemadmodum Thormodus dictus* Kolbrúnarſkáld, *quod Kolbrunam, Thorbiörn* Skackaſkáld, *quod Erlingum Skackium, cecinerunt.* γ) Kialar ſlóð *(ſ.* ſlóðar) *Odini viam, intelligebam locum pugnae ſ.* arenam, *quatenus Odinus Deus belli eſt, quoslibet pugnantium, teſte Edda, morti addicens. unde* Kialar ſlóða gnyrr, praelium: *vel certè* ſtrepitus, *illius inſtar, quem Aſi, quorum ſummus erat Odinus, cotidie in area Valhallae faciebant, ſeſe armis & inuicem dimicandô exercentes. Forſitan etiam* Kialar ſlóða *clypeum. ſ. clypeos denotet, quatenus* ſlóði crates *eſt: & nihilo ſanè aptius denominatur ſcutum* Jálcs øndr ɔ: *Odini calopodia ſ. tabulae curſoriae. Snorr. Sturl. Tom. I. p.* 208. *ed. Hafn. &* vidris bálkr ɔ: *propriè, ſepes Odini. Landnama-b. ed. Havn. pag.* 265. *Quicquid hujus ſit, res eòdem redit. Caeterùm, quando* Kialar *non* Kialars *legitur, magnopere ſuſpicor poëtam dixiſſe* viggrióðr *non* vígmóðr, *atque ita laudes Gunnaris ab re piratica ceciniſſe. vide var. lect* 3. *ſub not.* e). *Poteſt tamen* s *Genitiui euphoniae cauſa omiſſum, & potius legendum* Kialarſlóða *junctim quam diuiſim.* δ) Haudr *Diui Eddici nomen.* men, *ornamentum collare tam virorum quam foeminarum. vid. Sn. Sturl. ed. Havn. Tom.* 1. *p.* 26. *unde* Haudr mens *viri appellatio, quemadmodum* menfergir. *ibid. pag.* 98. ε) Vidrir, *Odini nomen:* máni, *luna; hic, per Metonymiam,* lumen. *lumine autem Odinus non alio utebatur Aegerem conuiuio excipiens, quam fulgore gladiorum, qui in triclinium introlati uſum luminis praeſtabant. Hinc* vidris máni *per Metonymiam* gladium ſ. gladios *denotat, &* Vidris mána hríð, *ſ. tempeſtas gladiorum*, praelium.

(f) Sic verò Thormodus Olafi filius perhibet. A. C. 993. p. 117.

(g) Nemo fuit, radios solares ejaculatus
Sedis arenäi, *Terrae Glacialis* in oris,

(Fama

(f) *Haec & sequens carmen desunt in* C. D. E. R. Chh. pl. & Fr. *Hic autem* O. *interpolat:* Þessa getr B. S. S. á vorum døgum ok segir svo:

Kendr kurteiss bóndi
kundr var Hámundar,
randa brióts reyndi
rendur og yr nam benda.
greindr Gunnarr syndi
grand í fiúki randa
linda morgum lundi.
lendir á Hlidarenda. i. e.

Hujus rei mentionem facit B. S. S. *) nostris temporibus (viuens), dum ita dicit: Notus, moribus elegans vir, filius erat Hamundi, clypeorum fractor tentabat scuta & arcum intendebat. Dictus Gunnarr ostendit (obtulit) damnum in procella clypeorum (ɔ: pugna) multis baltei lignis (ɔ: viris). finitus (ipse tandem) est in Hlidarendo. *) *Hic sine dubio non incelebris suo tempore poëta Biörnus Sturlae filius, Hist. Eccl. Isl. Tom. III. pag.* 226. *memoratus. Caeterum hoc carmen non aliud quam exquisitum rhytbmi genus commendat.*

(g) *Ordo verborum in hoc carmine hic est:* Aungr sandheims α) sólar slaungvir var frægri Gunnari á Islandi, hægr β) hródr er af heidnum lydum. Hiálma hrídar Niordr γ) nam tva hlíf nunna δ) lifi, stála styrir gaf siórum sár tólf ok fiórum.

α) Sandheimr *s. domicilium arenae*, mare; Sandheims sól aurum, & sandheims sólar slaungvir virum *(munificum) denotat.* β) Hægr, *i. e.* commoda *vel ipsorum Ethnicorum nomini: vel* facilis *poëtae ad praedicandum carmine, cum res ipsa virtutem illorum loquatur. Quod autem* hægr, *tenuem s. paruum denotat, huc minimè pertinet; nam mens esse poëtae videtur: Quantumvis Ethnici rebus gestis celebres sint, Gunnare tamen laude fortitudinis majorem in Islandia fuisse neminem.* γ) Niordr, *Asorum unus:* Niordr hiálma hrídar, *poëticè*, bellator. δ) Nunnr *(Sic in Nominatiuo enuntiatum videbis Cap. sequ. var.* 5. *sub not.* a) *significare videtur eum, qui aliqua re potitur: nam & Verbum Passiuum* nunnaz *in Bandadrápa (Sn. St. Tom. I. p.* 296. *ed. Havn.) legitur, dicente poëta,* Os nunnaz scil, ɔ: *nobis argumenta dantur s. argumenta habemus: & Verbo Actiuae formae* nunna, *posse; sibi sumere, usus est poëta sacer nostras* Sigur-

A. C. 993. (Fama cluet veterum populorum commodâ) qui sit
Virtutis majus quam Gunnarr nomen adeptus.
Editor abripuit tempestatis galearum
Scutorum dominis lumen vitale duobus,
Vulneraque inflixit, chalybem qui rexit acutum,
Perniciosa [viris] duodenis atque quaternis.

Gizurr infit: Magnum praeliatorem hic dejecimus, idque tam difficulter, vt defensionis illius fama, quamdiu terrae (nostrae) cultor, superstes futura sit. Mox ad Rannveigam aggreditur his verbis: Visne duobus nostrûm qui mortui sunt, (h) humum, (i) quò hìc tumulentur, commodare? Tantò magis duobus, reponit illa, quod vobis omnibus id officii libentissimè (k) praestarem. (l) Huic ignoscendum fateor, ait Gizurr, quod tu ita dicis; magnum enim passa dispendium es: &, nihil rerum vt ibi raperetur, nihil turbaretur, pronuntiat. Postquam decesserant inde, Thorgeirr Starkadi filius infit: Non licebit nobis per Sigfussonios domibus nostris agere, nisi tu, Gizurr, tuve Geirr, in his partibus australibus maneas. Sic res est, arbitror, inquit Gizurr: &, jactis sortibus, remansio Geiri contigit: isque mox Oddium profectus, ibi remanebat. Ei filius erat nomine Hroalldus, furtiuis nuptiis ex (matre) Biarteya genitus, (m) sorore Thorvalldi Veilii, qui ad Hestlækum (riuum equi) caesus erat in Grims-

Sigurdus Jonae f. in Paraphrasi Meditat. Gerhard. Psalm. 15. v. 4. & Psaml. 42. v. 3. neque id tam barbarè ut quidam judicant. Porrò si nunnr *&* nunnaz *non a* nem *capio, (vt ego suspicor, cum alibi legatur* nunnaz) *deriuantur, certe conuenit nostrum* nenni *& Dan.* nenner, *induci possum, a me impetro.*

(h) iorð.] R. Chh. leg, locum, quô.

(i) of se — heygðir, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(k) mynda.] Iid. & R. villda, praestare vellem.

(l) varkynn er.] B. C. E. R. P. v. er þer til þess, Hoc tibi ignosc.

(m) of var — Grímsnesi *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

Grimsneſo. Ille ſe Gunnari letalem intuliſſe plagam (n) jactauit. Vnà cum patre A. C.
morabatur Oddii. Thorgeirr quoque Starkadi filius de alio, quod Gunnari infli- 993.
xiſſet, vulnere gloriabatur. Gizurr domi egit Mosfelli. Caedes Gunnaris diuulgata grauiter ab omnibus damnabatur, multique (o) mortales deceſſum ejus doluêre.

Cap. LXXIX.

Gunnarr carmen cecinit mortuus.

Niall & Sigfuſſonii in occaſu Gunnaris malè acquieſcebant. His interrogantibus, an Niall crimen de caede illius denuntiandum aut inſtituendum cenſeret? id (p) licere negauit, quod homo proſcriptus fuiſſet: potius (q) p. 118.
detrimentum gloriae occiſorum inferendum, ſanguine aliquot hominum illi parentandô. Excitato tumulo Gunnarem condiderunt, &, vt erectus in eo ſeſſitaret, curarunt. Bipennem tumulo inferri Rannveiga noluit, aſſerens, hanc ei ſoli, qui Gunnarem vlciſci vellet, contingendam: neque ideò quisquam (r) bipennem contrectabat. In Hallgerdam adeò ſaeuiit, vt ſe vix contineret, quin interimeret eam, fuiſſe auctorem caedis filii teſtata: vnde Hallgerda Griotam cum filio Granio profugit. Factâ igitur bonorum diuiſione,

(n) hróſadi því.] I. hælldizt um þat. L. hælldizt því, id.

(o) manni harmdavdi.] E. R. K. P. m. miøk harmd. m. d. ej. valdè. C. M. harmd. vinvm hans, amici ſui dec. ej. d.

(p) mega er madr var ſekr ordinn.] I. L. N. O. Q. S. veita um ſekan mann, nihil prodeſſe (dixit) in homine proſcripto.

(q) verda at veita þeim vegſkard í því at drepa menn nokkvra.] K. mundu vera at veita honom í því vegſemd at vega nock. eſſe dicens, vt honor mortuo praeſtaretur, ſangv. aliqu. &c. || vegſkard.] Fragm. a. & K. vígſkard, funeſtum damnum interfectoribus offerendum.

(r) á atgeirinvm.] E. P. atgeirinn, bipenn. ſibi vindicauit.

A. C. ſione, Hőgnio (s) fundus Hlidarendenſis cum re domeſtica, (t) Granio fundi
993. elocati cedebant. Accidit caſu Hlidarendi, vt paſtor & ancilla pecora propter tumulum Gunnaris agerent, isque illis hilarus videretur atque in tumulo canens. Domum regreſſi matrem ejus, quid eueniſſet, edocuêre: haec verò illos Niali nuntiare juſſit. Itaque Bergthorshvalem profecti, Niali rem narrant: ille ter eandem exponi ſibi fecit; poſtea cum Skarphedine, ſemotis arbitris, prolixè collocutus: hic (u) acceptis armis, ſe cum paſtore & ancilla Hlidarendum contulit. Eum Högnius & Rannveiga benignè complectebantur, aduentu ejus magnopere gauiſi: illa, vt ſecum diu degeret, rogauit: ille promittebat. Idem & Högnius ſemper vnà egrediebantur (v) & introibant. Strenui viri ſpeciem reddebat Högnius, bonisque artibus dotibusque praeditus erat; ſed incredulus: quare, quod acciderat, narrare illi dubitarunt. Quadam veſpera Skarphedinn & Högnius foris (x) ad tumulum Gunnaris, quâ vergit ad meridiem, ſubſiſtebant. (y) clarè ſplendebat luna, nubibus modò inuoluta: apertus videbatur tumulus, ſeque in eo Gunnarr conuerterat ac ſidus aduerſum intuebatur. crediderunt cernere IV. luminaria intra tumulum ardentia, vmbra ſe nullibi erigente: ſimul Gunnarem hilari ac (z) laetitiae ſpeciem praeferente vultu. Qui tam alta voce carmen cecinit, vt, quanquam diuerſius conſtituti, clare (a) tamen audire quiuerint:

Eſt

(s) hafa land.] C. E. R. P. taka l.

(t) Grani ſkylldi hafa leigvlønd.] I. L. N. O. Q. S.: þau Hallgerdr útiardir, Hallgerdae & filio (Gr.) fundi longinquiores.

(u) vapn ſín.] C. E. R. P. exi ſína, accepta ſecuri ſua.

(v) ok inn *omittunt* E. & P.

(x) hiá havgi Gvnnars ſvdr frá.] Iid. R. & Fragm. a. ok voro fyrir ſunnan haug Gunnars, conſtituti erant ad &c.

(y) túnglſkin var biart.] E. P. Fragm. a. túngl var b. R. túnglit ſkein b. id.

(z) gledibragdi.] C. gledimóti. || E. P. Fragm. a. mikilli gledi, magnam laetitiam praef.

(a) þó mátti.] C. R. þeir máttu.

(æ) Est deprehensus distributor annulûm A. C.
Erectus animis ille, qui res gesserat, 993.

Ii 2 Os

(æ) *Ordinem verborum in hoc carmine talem recipiebam:* 1) Mætti α) 2) biartr 3) fadir Høgna benravgn, sá dádvm 4) rakkr 5) davgla β) deilir er hádi (benravgn) med 6) beztv hiarta. Helldr 7) qvaz 8) siá hiálmi falldinn 9) hiørþiliv γ) 10) dravgr 11) valfreyio δ) stafr vilia deyia, en 12) vægia 13) vætti.

1) F. I. L. N. O. Q. S. mátti, Potens fuit, effecit (imbrem vulnerum). knátti, id. *Tradux Regiorum, adnotante b. Arn. Magnaeo.* || G. M. mællti, dixit, *quod sc. pars carminis posterior habet.* 2) Q. birtir (med bestu hiarta) id aperit (palam facit) sincerissimo corde. 3) F. K. Fragm. a. faudvr. *casu obliquo: sed potest tamen esse Nominatiuus, quemadmodum* Sigfaudr & Alfaudr *pro* Sigfadir, Alfadir *dicitur.* 4) B. I. L. N. O. Q. S. rakr, id. P. reikar. 5) F. dólga deilr. *unde ordo:* sá er hádi dólga deilr, qui hostium (hostiles) rixas (praelium) edidit. 6) F. bitro, amaro, G. beisko, acerbo (animo). 7) E. R. Fragm. a. qvedz, dicit. B. lezt, ostendit. 8) E. K. P. Fr. a. sá, id. || G. stafr. *mendosè.* 9) P. hiørdiliu, id. 10) O. draugriun. 11) id. á valfreyiustødum, in bellonae (villa) sede ɔ: arena. 12) I. L. O. Q. S. vægi. 13) K. Fragm. a. vætki, id. I. L. N. O. Q. S. veitti. M. vætta.

α) *Alterutrum*, mætti *vel* hádi *absolutè capiendum, nisi ad utrumque referre volueris* benravgn. mæta *sensu vulgari & absolutè significat sistere se, ad constitutum venire; qui si huc transferatur, vertendum, Copiam sui fecit: & consequenter*, sá er hádi benravgn, *Qui effectum dedit plagarum nimbum. Caeterum illa, Strophâ* 3. med beztv hiarta, *verti quoque possunt, Optimo (laetissimo) animo.* β) *Vocabulum ignotum* davgla *ea ratione annulos denotare credo, quod annulus ille aureus* Draupnir *in Edda Fab. XLIV. & LIX. memoratus, alios annulos, idque VIII. nona quaque nocte, ex sese per stillationem produxisse fingitur: atque ut* draupnir *a* driúpa, *stillare, nomen habet; ita caeteros annulos* davgla, *a* døgg, *ros, pluuia, quasi destillatos, appellari censeo. Caeterà* deilir *hic potius diuisorem quam cognitorem videtur significare, quanquam quidem illa notio vocis, Nostratibus nunc frequens, veteribus sit rarissima.* γ) Hiørþiliv, clypeum *appellat poëta.* dravgr, *arboris nomen; unde* hiørþiliv dravgr, bellatoris *appellatio.* δ) Valr, *strages:* Freyia, *Diua Eddica: unde* Valfreyio stafr, *s. Bellonae columna, viri pugnatoris nominatio. Quam speciosiùs forsan & latiniùs reddidissem*, In acie stantem; *sed a Textu recedere non placebat.*

C. A. 993. Os candidus, fortissimo cum pectore,
Nimbô cruoris, procreator Högnii.
Se dixit idem tectus alta cassidâ
Tabulationis ensibus contrariae
Destructor, vlla quam re cuiquam cedere,
Bellonae columen, malle mortem perpeti.
Bellonae columen, malle mortem perpeti.

p. 119. Mox occludebatur tumulus. Crederes hanc visionem, inquit Skarphedinn, si (l) Niall egove tibi narraremus? Crederem, ait alter, si Niall memoraret; quippe nunquam falsum dicere perhibetur. Mirum est tale visum, inquit Skarphedinn, quod ipse nobis (c) apparet; & interire, quam aduersariis cedere malebat: quo & nos consilio instruxit. Högnius: At ego nihil (d) effecero, nisi tu mihi (e) dare operam velis. Et ego nunc (respondit) in memoriam reuocabo, qualem se Gunnarr (f) post caedem cognati vestri Sigmundi praebuit: vos, quantum opis est meae, adjuuabo: quod & pater meus Gunnari, sicubi tua matrisve illius referret, promittebat. Dein domum remeauerunt Hlidarendum.

Cap. LXXX.

Parentatum Gunnari ab Hlidarendo.

(g) Hac ipsa nocte, ait Skarphedinn, domô ibimus; nam si (aduersarii) hic me agere cognôrint, (h) majore sibi praecauebunt curâ. & Högnius, Tuo

---

(b) Niáll segdi þer eda ek.] G. adrir segdi, alii (tibi) narrarent.

(c) vitraz.] G. vitradi, significauit.

(d) til leidar k.] E. til vegar k.

(e) veita.] Fragm. a. fylgia.

(f) eptir.] F. um, in caede.

(g) Nú skolu vid fara segir Skarphedinn þegar.] F. Nú talar Skarphedinn vid Høgna. vid skulom fara þegar, Porro Skarph. Högnio loquitur: Nos hac ipsa n. domo ib.

(h) *Ante* varari *addunt* C. E. R. P. Fragm. a. at øllu, in omnibus rebus.

Tuo de conſilio faciam, inquit. Poſtea verò quam omnis familia (i) ſe A. C.
lectis compoſuerat, arma capiunt. Högnius bipennem depromit, magno in- 993.
ſonantem crepitu. Quo ſuſcitata Rannveiga, magno cum furore, loquitur: Quis bipennem aufert, quam ego contrectare omnibus interdixerim? Eam, inquit Högnius, patri ſum allaturus meo; quò in Valhallam portet, atque in armiluſtrio proferat. Illa regerit: Nunc ipſe potius geſtabis, patremque vlciſcêris tuum; bipennis enim vnius, ſi non plurium hominum necem (k) eſt ominata. Dein egreſſus Högnius, (l) verba Skarphedini, quae cum auia feciſſet, retulit. Mox Oddium tendunt, (m) duobus per totam viam ſecundo volatu ſequentibus coruis. Noctu Oddium peruenientes, pecora (n) ſuper ipſa tecta adigunt: excurrunt foras Hroalldus & Tiörfius, pecoraque in lacunas (o) ſupra villam abigunt, arma ſecum portantes. Hic Skarphedinn ſubitò exſurgens, Non opus eſt tibi, inquit, (p) circumſpicere; proinde res eſt, vti tibi videtur; adſunt hic homines. moxque Tiörfium ictu caedit peremtorio. In Hroalldum, haſtam manu tenentem, impetum facit Högnius; telo, quod ille direxit in ſe, manubrium abſcindit, ipſumque bipenni transfodit. (q) Relictis deinde cadaueribus, ſurſum ſe ad Thrihyrningum vertunt, Skarphedinn in ſumma tecta ſcandens, herbas vellit; qui in domibus erant, oues (r) eſſe credentibus. Starkadus & Thorgeirr veſtes induunt, (s) armisque ſumtis (t) egreſſi, ſupra (u) ſeptum (villae) ambulant: at Starkadus viſo p. 129.

 Skarp-

(i) í rekkivm.] E. P. i ſvefni, ſomno ſuccubuerat.

(k) ſagdi.] B. E. Chh. ſegir, praenuntiat.

(l) ordrædv þeirra ommv hans.] E. P. ord ommu ſinnar, verba auiae ſuae.

(m) II. *omittit* E.

(n) á húſin.] E. P. at húſvnum, ad.

(o) vpp.] G. nordr, boream verſus.

(p) hyggia.] E. P. líta á.

(q) Sídan gengv þeir frá þeim davdum. ok ſnúa.] I. L. N. O. Q. S. *tantum*, þeir ſnúa ꝛc. ſurſum &c.

(r) væri.] Iid. mvndi vera á húſunum, in tectis aedium eſſe.

(s) vopn *omitt.* C. E. G. K. P. Fr. a.

(t) fórv út ok vpp.] Iid. hlvpv vpp, ſupra ſ. v. excurrerunt.

(u) gardinn.] G. húſagardinn.

A. C. Skarphedine conſternatus, (v) retro cedere voluit: ſed ab illo (x) ſtans ad
993. ſepimentum conciditur. Tum Högnius Thorgeiri obuiam factus, eum bipenne conficit. Inde Hoſum petunt: Mördusque foris (y) in prato deprehenſus, veniam orauit, juſta ſatisfactione oblata. Ei Skarphedinn quatuor hominum occiſionem retulit, (z) carmenque addidit:

(a) Ego & ſodalis quattuor dejecimus,
Qui tela direxêre, pretii maximi
Viros, eosdem faxo tu, qui corrogas
Nerêidis ignem, ſubſequêris inſuper.

Coga-

(v) aptr ſnúa.] I. L. N. O. Q. S. vndan leita.

(x) vpp vid g.] E. K. Fr. a. nidr v. g. || P. ſundr í midiu, medius diſtruncatur.

(y) á velli, *neſcit* P.

(z) *Hoc carmen omittunt* C. E. G. Chh. & Fragm. a.

(a) *Ordo verborum hujus carminis talis eſt:* Ver høfvm fellda fióra dyra ſteinſtyranda, þeim 1) beimvm ſkalltv beidir 2) bylgiv 3) lavgs *α)* of fylgia. Kúgvm karl ſva 4) at eigi kalldrádvm *β)* ſkiallda hlyn. avmr 5) avdrunnr, felldv ſyni Gunnars alla dóma.

1) F. beini. 2) Id. vm bulgio log fylgia. *Offendit ſanè hic librarius, dum* beini vm *pro* beimvm *poſuit. Caeterum* bulgio log-beidir *eodem redit ac* bylgiv lavgs beidir. *Tradux ejusd. legit*, bulgþi os fylgia, *ſine ſenſu.* 3) D. logs. 4) at *neſcit F.* 5) Id. audnunnr, opum potens. *vid. pag.* 247. *not.* δ).

α) Ne quis putet voculam lavgr *hic liquorem aut mare denotare, monendum eandem omninò eſſe ac* leygr, ignis: *nam* a & e, *item* y & u, *ſed &* au & ey *non rarò veteribus alternant; ut* augdr *pro* eygdr *(oculis praeditus)*, þraus *(telum. Edd. cod.* Worm.*)* & þreys *(Edd. cod. Reg.)*: *item* ſaudr *pro* ſeydr *(gladius) Egilsſ. Scallagr. Cap. LXVIII. ſtrophâ carminis ultimâ. Vnde* bylgio lavgr *ſ.* log, aurum. *β) Per appellationem viri* ſkiallda hlyn, *clypeorum uſurpatorem, poëta Högnium notat: eique, dum* eigi kalldrádvm *dicit, benè conſultum cupit Mördum territandô.* kalldræd *unâ voce pro* ræd kalldt, *quemadmodum* vndrlæt *pro* læt undr *(mirum duco) & inde* vndrlátr. *Caeterum non longè aberam, quin* kalldrádvm *ut Adjectiuum caperem, & ita verterem,* Vt extimeſcat maleſuadus peltifer *(nimirum Mördus). ſed dubitans, an* eigi *pro* ægi *ratione radicis probè ſcriberetur, alteram illam explicationem praeferebam.*

Cogamus [hunc] homuncionem nos ita, A. C.
Ne consulamus perperam scutario. 993.
Miselle! totam trade rem sententiae,
Pecuniarum exercitor, Gunnaridae.

Et (æ) sanè tu idem iter insistito, ait Skarphedinn, nisi Högnio arbitrium, (b) modò accipere velit, permittis. Högnius sibi propositum ait, (c) parentis sui occisores non in gratiam recipere; sed (d) denique tamen causam judicaturum annuit.

Cap. LXXXI.

Transsigitur cum Högnio de caede Gunnaris.

Cum vindicibus mortis Starkadi & Thorgeiris Niall (e) egit, vt compositionem inirent: atque (f) habito conuentu curiato receptisque arbitris, omnium rei circumstantiarum ratio habebatur, (g) violentae etiam in Gunnarem, quamuis proscrip-

(æ) slika favr segir Skarph. — villdi taka.] B. mantu slikan fyrir haundvm eiga. s. Sk. nema Høgni vili taka sættir af þer. tibi idem fatum impendet, inqu. Sk. nisi Högnius abs te satisfactionem accipere voluerit.

(b) ef hann villdi taka ꝛc.] I. L. N. O. Q. S. ok sva lauk med þeim, atque ita euasit res inter eos. *reliquis omissis.*

(c) fødrbana sína.] F. K. fødrb. sinn, p. sui occisorem.

(d) vm sídir.] F. af Merdi ok sidir, tandem t. arbitrium recepit a Mördo.

(e) átti lvt at vid.] E. P. átti hlut í at sætta vid, paciscebatur.

(f) var herads fvndr — á endvm standaz.] I. L. M. N. O. Q. S. vard þat med hans umsilli (umsiá Niáls). en slikt (allt þat) sem gert var. let Høgni Mørd giallda ok let þat á endum st. id factum est ejus operâ (consilio Nialis). multam verò (omnem) Högnius Mördum expendere fecit, aequalem alteri constituens. ɔ: *parem multam de insidiis & caede patris sui irrogauit, atque de caede interfectorum ejus conuenerat. idem Textus vult, quamquam oratio paullò sit perplexior.*

(g) tilfavr.] E. R. P. í tilfavr, quae ad aggressionem Gunnaris pertinebant.

A. C. proſcriptum, aggreſſionis: quanta verò (h) multa pecuniaria conueniebat, (i)
993. hanc Mördus omnem expendit; (k) nam in eum ſententiam non prius pronuntiarunt, quam altera de cauſa judicatum eſſet: & aequalem vtrinque multam conſtituerunt. Hic (l) abſoluta quidem compoſitio facta: (m) ſed in Comitiis grauis orta diſceptatio: quae tamen eò rediit, vt Geirr *Pontifex* & Högnius reconciliarentur: fidesque inuicem pactis porrò exſtitit. Geirr *Pontifex* ad fati diem Hlidae habitabat: de quo plura literis hic non prodita. Niall vxorem Högnio petiit Alfeidam (n) Veturlidii *Poëtae* filiam; quae & illi tradita eſt. Horum filius (o) Arius, qui in Hialltlandiam (p) enauigârat, vxoremque ibi duxerat: ab hoc Einar Hialltlandus, vir (q) ſtrenuiſſimus, oriundus. Amicitiam cum Niale (r) Högnius colebat: neque de hoc plura memoriae mandabimus.

p. 121.

Cap. LXXXII.

De Kolſkeggo baptiſma recipiente.

(s) Iam de Kolſkeggo memorandum eſt, in Norvegiam delatum in Vicha orientali (t) perhiemauiſſe: ſubſequenti verò aeſtate in Daniam (u) orientem verſus

(h) fegialld.] B. fe, pecunia.

(i) þá *omittit id.* & R.

(k) því er.] B. C. R. þvíat. || því er *omittunt* E. & P.

(l) alſáttir.] I. L. M. N. O. Q. S. álſáttum ſáttir, id.

(m) en á þ. — ſídan *omittunt Iid.*

(n) Vetrlida.] F. Veſtlida.

(o) Ari.] O. An.

(p) *Huc addit* F. hinn vaſkaſti madr, vir ſtrenuiſſimus.

(q) vaſkazti.] I. L. M. N. Q. S. kaſkaſti. O. røſkvaſti.

(r) *Huc addunt* E. P. til davda dags, ad diem emortualem.

(s) Nú er at ſegia frá Kolſkeggi at hann kemr til Noregs.] F. Kolſkeggr fór vtan ſem fyrr var ritat. ok kom vid Noreg. Kolſkeggus peregrè, vt ſupra demonſtratum, profectus ad Noruegiam adpulit.

(t) vm vetrinn.] E. K. P. vm ſumarit ok vm vetrinn, reliquam aeſtatem & hyemem exegiſſe. *Mox* P. en vm vetrinn, ſequ. v. hyeme, *pro* en vm ſumarit.

(u) avſtr.] I. L. N. O. Q. S. ſudr, auſtrum verſus. || auſtr *omitt.* P.

versus profectum se Regi Danorum Sveini *Furcibarbo* (v) commendasse, ibi- A. C.
que in magno esse honore habitum. Quadam nocte (x) imaginabatur venire 993.
ad se hominem, lucida facie, a quo se (y) expergefactum credidit: eum sibi dicere, Surge tu, & me sequere. ipsum, Quid me vis? interrogare. (illum respondere:) Conciliabo tibi matrimonium, tuque eques eris meus. cui se adstipulatum existimabat. Postea somnô excitus, sapientem quendam adiit, eique somnium enarrat: hic verò ita conjecit, eum in terras (z) australes peragraturum esse, ac *Dei* futurum *equitem*. In Dania baptismum recepit Kolskeggus: (a) at nulla ibi commorandi lubidine inuenta, Moscoviam ad orientem versus periit, (æ) vnamque illic transegit hyemem. Mox inde Constantinopolim profectus, (b) ibi stipendia coepit facere. Nouissima de illo fama tulerat, illic matrimonio junctum & custodibus regni praefectum, ad supremam diem permansisse: atque hic mentio ejus clauditur (c).

CAP. LXXXIII.
De Thraine Kolum occidente.

(d) Hic sermo de Thraine Sigfussonio, in Norvegiam veniente, repeten- 992.
dus est. Is cum sociis Halogiae in boreali regione aductus, Thrandheimum austrum

(v) selst.] L. M. O. Q. bydst. I. N. byst. S. bidst. G. bindz. || F. var med Sveini 2c. apud regem D. Sveinem commoratum esse.

(x) dreymir hann at madr.] K. Fr. a. var Þat at madr, accidit, vt veniret ad eum homo quidam.

(y) vekia.] F. qvedia, compellatum, salutatum.

(z) sudr.] I. K. L. M. N. O. Q. S. út, exteriores.

(a) en nam Þar eigi yndi. ok fór.] K. Fragm. a. ok nam Þar frædi Þau er Þar liggia til. Sídan fór han, praeceptaque eò pertinentia ibi addidicit. Deinde idem Moscoviam &c. || en — yndi *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(æ) einn vetr.] F. um vetrinn, sequentem — hyem.

(b) ok gekk — mála, *omitt.* O.

(c) *Huc addunt* C. E. K. P. Fragm. a. ok Þótti (vera) hinn vaskasti madr, idemque vir fortissimus habebatur.

(d) Nú er Þar 2c. — til Hlada.] F. Þráinn

A. C. austrum versus, itàque Hladas petiit. Quod cum audìsset Hacon dynastes, exploratores ad nauim misit, quid esset hominum in ea, resciturus: ii redeuntes, qui essent, renuntiarunt. Tum dynastes Thrainem arcessit, & (e) suum in conspectum venientem, quibus ortus sit natalibus, percontatur. ille se arcta cognatione stirpi Gunnaris ab Hlidarendo annexum profitetur. Dynasta, Haec res, inquit, tibi proderit: (f) multos enim Islandos, at (g) parem illi neminem vidi. Thrainn: (h) Placetne tibi, Domine, me ad te
993. hiemare? mox a dynasta receptus, hyemem exegit ibi, seque bellè probabat.
loquitur; non eſt (g) intactus ſuſpicione. Karius: Quando iſtud reſpondiſtis antea? Quum, ait Skarphedinn, Sigmundum *Album* Gunnaris propinquum occidebam. Qua de cauſa? inquit Karius. (Skarph.) Quod Thordum *Libertinum* cecidarat paedagogum meum. Niale domum regreſſo, illi in Raudaſkridas adſcenderunt, ibique (h) manſerunt: hinc enim (aduerſarios) Dalô orientali decedentes proſpicere licuit. (i) Eo die ſol ſerenô aëre ſplendebat. Iamque Thrainn cum ſuis Dalô deſcendebant per oram fluminis; cum Lambius Sigurdi filius infit: Reſplendent clypei in Raudaſkridis, ſolibus illuſtrati: ibique ſine dubio nonnulli homines (k) inſident. Nos igitur, inquit Thrainn, flexo curſu ſecundum flumen deſcendemus, & ſic iſti, ſi (l) quid ſibi nobiſcum negotii eſt, obuiam ſe nobis ferent. Mox ad inferiora propter flumen diuerterunt. Unde Skarphedinn: Iam ſenſerunt nos, quando deflectunt a via: quare nobis nihil aliud reliqui eſt, quam deſcendentibus (m) occurrere. Ad quae Karius: Multi (n) vias inſident, (o) qui non (p) tam inferiores numerô ſunt, quam nos; illi VIII, nos verò V. ſumus. Mox curſum ſecundum flumen inſtituunt, vbi flumen infrà commiſſum glacie vident, tranſituri. Thrainn ſupra hunc ponticulum in ſtrato congelato ſubſiſtens, Quid verò, ait, homines iſtos velle? V modò ſunt, at nos VIII. Lambius Sigurdi

A. C. 998.

(g) hann grómlauſs.] L. N. O. honvm grunlauſt.

(h) bidv.] G. bidodo.

(i) *Haec neſcit* F. || vm dagin.] Fr. c. of d. Fr. f. vm myrgininn, Hoc mane.

(k) flokkr ok, (non nullorum hominum) coetus & (inſidiae), *inſer.* G.

(l) nokkur.] Fr. c. nacqvat.

(m) hlavpa.] id. ſnúa.

(n) mvnv fyrir ſitia.] B. hafa fyrirſát, inſidias ſtruunt. || G. þeim þikkia fyrir ſitia, videbuntur iis (aduerſariis) ſibi inſidiari. *per Ironiam.*

(o) at.] B. C. E. R. P. Fr. c. f. ok, ac. || hafa eigi þannig lidzmvn ſem ver.] G. er eigi þannveg lidzmvnr ſem ek villda, nec (tamen) ea inaequalitas numeri eſt, quam ego vellem.

(p) þannig.] F. Fr. c. þenna. Fr f. þann. B. ſlikan.

A. C. Sigurdi filius reſpondit: Auguror eos tamen (q) periculum facturos, quan-
998 quam etiam plures aduerſum ſtarent. Thrainn togam exuit, (r) demta ſimul
capiti galeâ. Id Skarphedini, (s) cum propter flumen decurrebant, euenit,
vt corrigia calcei ſui (t) diſſiliret, ideoque reſiſteret. Vnde Grimus: Quî
tu, Skarphedinn, adeò (u) retardare? Religo, inquit hic, corrigiam calcei
mei. Nos praecurramus, ait Karius; ſic enim reor, illum quam nos haud
ſerius adfore. Conuertunt ſe ad ponticulum glacialem magna feſtinatione.
p. 144. Skarphedinn ſimul vt (v) erat accinctus, raptim ſurgit, & ſecurim *Rimmu-
gygam* ſublimem geſtans, rectà procurrit ad flumen. Flumen verò tantae
fuit altitudinis, vt longè longêque (x) imperuium eſſet. (y) in ripa vlteriore
ingens erat congelatio, vitri modo lubrica: in qua media (z) Thrainn &
ſui conſtitêre. Skarphedinn, (a) eleuato corpore, alueum inter projecturas
glaciei, quae ripam vtramque praecingebat, apertum tranſilit, (æ) neque tum
inhibito curſu, ſed (b) continuo pedum lapſu prorſum fertur: tamque lubrica
erat glacies, vt ille velocitatem volantis auis adaequaret. Thraine capiti galeam
impoſiturô (c) Skarphedinn ad (d) hunc & comites ferens, ſecurim *Rimmu-
gygam*

(q) til hætta þótt manni ſtædi fleira.] F. til ætla at enn ſtædi fleiri, adeundi certos, quamqu. etiam pl. || enn *pro* manni *etiam* Fr. f. || ſæti *pro* ſtædi Fr. c.

(r) tekr.] Fr. c. ſætti, depoſita.

(s) er.] Id. at, id.

(t) ſtøkk í ſundr.] E. P. ſlitnadi.

(u) hvikar]. B. C. E. K. P. Fr. c. hvikaz.

(v) var búinn.] Id. hafdi bundit ſkóinn (ſkóþvenginn (ſceþvenginn, Fr. c.) religauerat calceamentum (corrigiam calcei).

(x) úfært] G. óreidt, equo imperuium.

(y) ardrum megin fliótzins.] F. Fr. c. fyrir auſtan fliótit, in ripa fluminis orientali.

(z) Þráinn, *addit* Fragm. c.

(a) á lopt.] id. upp á lopt.

(æ) ekki *neſciunt* C. E. G. Chh.

(b) at fram fótſkridu.] B. fótſkr. at fram þar þeir ſtódu, — eò fertur, vbi conſiſtebant.

(c) *Poſt* ætladi *add.* C. E. G. P. þá, jamjam. B. í þeſſu, F. í því, interea.

(d) þeim.] B. C. F. Fr. c. fyrri (fyrr) prius. E. P. ſkiótara, citius. G. miøk, proximè. Chh. í þeſſu, ſimul.

gygam in eum impulit, quae in caput veniens, id dentes vſque maxillares findebat, ita vt delaberentur in glaciem (e): quae res tam breui (f) momento accidit, nemo vt ictum infligere caedenti poſſet. ſed ſtatim effuſiſſimo curſu (g) auolans (h) ſcutum a Tiörſio pedibus currentis objectum, ſubſiliendo tranſiit, ac ſe tamen pedibus excipiens ad extremam glaciei marginem proruit. Tum Karius cum caeteris (i) occurrit, &, Viriliter, inquit, (k) hoc geſtum eſt. Deſiderantur adhuc veſtrae partes, ait Skarphedinn (l) & carmen fundit:

A. C. 998.

(m) [Vobis] ego nec ſerior adfui
Edenda nunc ad ferrea jurgia;

Nam

(e) *Huc add.* G. tók Skarphedinn vpp einn jaxlinn ok kaſtadi í púng ſer, ſuſtulit Skarph. vnum dentem maxillarem, atque in marſupium ſuum conjecit.

(f) ſvipan.] R. I. Q. ſkipan.

(g) frá.] C. E. R. Chh. frá ofan. deuolans inde. B. frá ofan med fljótinu, dev. ſecundum flumen.

(h) tørgv.] C. Fr. c. F. tavrgv búklara (— búklera). E. P. ſkilldi.

(i) at nedan, in occurſum ejus adſcendunt, *inſerit* Fragm. c.

(k) at farit.] N. at verit. G. I. K. L. atunnit. B. Fr. c. enn (at) farit, etiam nunc res geſta eſt.

(l) *Carmen omittunt* C. Chh. *pler.* & Fr. c.

(m) *Ordo verborum hujus carminis talis eſt*: Enn kom ek 1) eigi 2) ſídarr til vapna ſennv, þvíat ek let 3) ær α) falla 4) allhardan 5) avdz 6) æſki rýri β). En þvíat Jarl 7) hravd 8) vnnar elg γ) 8) fyrir Grím 10) ok Helga, er nú avlldv elldvidvm δ) efni at hefna 11) ſlíks.

1) D. ekki, nihilo (ſerius). 2) P. ſídr, minus. 3) D. H. er. *quod vel idem eſt vt* ær, *vel, ſi mauis*, vos, *hoc verborum ordine:* Eigi kom ek ſídarr enn er, non adueni ſerius quam vos. || P. ár, omnis. *vide mox var.* 6). || E. árr. *quod poteſt eſſe* maturus, *& Aduerbialiter ſenſum habere*, Mature feci virum cadere. 4) P. allhradan, promtiſſimum. 5) P. ydr, vobis (ɔ: non minus adfui quam vos). E. vdr, *id. ac* ydr. *Si verò* údr *legeres, poſſet hoc ad* ellda *referri, &* údar elldar aurum *ſignificare, niſi officeret Nominatiuus.* 6) D. eſki, id. || E. P. ellda

A. C.
998.

Nam promtus auri praebitorem
Perualidum dederam caducum,
Sed quod dynaſtes oceani [viris]
Nudauit alcem, quae Grimi & Helgî erat,
Nunc illud opportunitas eſt
Munificis data vindicare.

(n) Atque hoc alterum:

(o) Impetê ſublimem, thoraci pernicioſam,
Vulnificam inuehier feci vehemente *gigantem*;

Ad

---

ellda. *Unde, ſecundum* P. ár elldar, aurum, & *hujus* rýrir vir. *Secundum verò* E. ellda ryrir, *abſolutè ſignificat*, gladiorum conſumtorem. 7) B. hrud. 8) P. unnur. 9) id. á Grím ꝛc. aduerſus Grimum & Helgium. 10) of *neſcit* E. 11) |D. E. P. þeſs.

α) Ær *foemininum quidem eſt, ſed pro maſculino* ærr (ørr) *capio; nam librarii alterum* r *ſine dubio conſonantiae metricae & euphoniae gratia omiſerunt.* *β*) Audz æſki ryrir, *ſ. qui diuitias optat diminuere,* viri *appellatio; quâ Thrainem intelligit.* *γ*) vnnar elgr *ſ. maris alces*, nauis. *δ*) avlldv elldr, *aurum, cujus* vidir, *partores v. conſumtores*, viri; *qua adpellatione fratres notat.*

(n) *Hoc etiam omittunt* C. G. I. L. M. N. O. Q. S.

(o) *Verborum in hoc carmine talis ordo:* Brátt 1) let ek fram ríða 2) bryniv hætta bengríði. helldr fylldi 3) vand giálpar 4) nafna hrafn 5) á holldi. 6) Veitid Hrapp hríd á vídvm íſi, ſem 7) hetvd. Rimmvgygr 9) red roſtv ſavng 9) til 10) dimmvm lióðvm.

1) D. Fragm. c. læt, facio. 2) Iid. bryniom hætta, thoracibus. || F. brøgnom betta (*quod lapſu calami irrepſiſſe videtur, pro* hetta, *quemadmodum legunt* B. & Fr. c.) hominibus noxiam. *vel* betta *pro* beitta, acutam (aduerſus homines). Fr. c. *poſt* bryniom hætta *inſerit* beniom hetta, vulneribus (mortiferis) noxiam, ɔ: *quae haec infert.* 3) D. vangialldar, quae malè gratiam refert (v. cui malè rependitur). E. van |giallfar. ⁻giálf & giálp idem. || P. vár giálfar, noſtra (ſecuris *ſc.* foeminae giganteae cognominis). || F.

Vilgi-

A. C. 998.

Ad satiem coruum repleuit carne virili
Improba clamosae cognominis illa giganti.
[Eja age nunc] Hrappo, quae confirmatio vestra est,
In glacie latùm porrecta offerte procellam:
Occipiebat [enim mea] cantum bella cientem
Rimmugyga obscuro valdè quam vociferatu.

(p) Hoc (vt faciamus) conuenerit, ait Helgius. seque mox (q) ad inimicos afferunt. Grimus & Helgius, vbi Hrappus erat, conspicati, (r) gradum in eum continuò vertunt. illeque simul securi Grimum impetit. quô visô Helgius manum Hrappo ita percutit, vt câ detruncatâ securis decideret. Tunc Hrappus: (s) Hocce tu, inquit, opus vtilissimum, designasti; haec enim manus haud paucis hominibus malum intulit ac mortem. Hic verò tandem p. 145.

Vilgiálfra, foeminarum (gigantearum) quibus intestina crepitant. || K. valgiálpar. 4) id. nafni. *gen. mascul. unde* valgiálpr *oportet ut* Hedinis *appellatio sit, cujus cognominis erat Skarphedinn.* 5) D. & Fr. c. á havlldi, viro illustri ɔ: corpore illustris viri. E. K. P. at havlldi (hølldi) id. at *etiam referri potest ad* ván & vil *(sub not. 3.)* at ván, vil, ad spem *(ut sperandum fuit)*, ad voluntatem *(ex animi sententia)*. || F. í hilldi, in pugna. 6) P. veitt skal, dabitur (impetus in Hrappum). 7) id. ek heitta, ego promisi. 8) D. F. K. & Fr. c. reid savng ꝛc. irata cecinit obscuris bellicis clamoribus, v. turbas obsc. clam. *aut si mavis*; Invehebatur obscuris bellici clamoribus. || E. P. rógfesta (ránga festa) helldr raustvm Rimmvgygr ꝛc. *admodum obscurè.* 9) D. vid dimmvm, subobscuris. 10) F. K. dimmv. *unde ordo verborum*: til reid savng Rimmvgygr rostv dimmvliódum, nimis irata cecinit obscurò bellicô. *Vel*, reid til rostv ꝛc. invecta est ad (ciendas) turbas obsc. clam.

(p) Þat — Helgi *omitt. iidem, qui carmen. it.* E. P. & Fr. c.

(q) at þeim. þeir Gr. ok H. — honom.] B E. P. *tantum*, Grímr ok Helgi at Hrappi. ad Hrappum Gr. & H. conuertunt. || þeir Gr. — honom *omitt.* I. K. L. N. O. Q. S.

(r) snerv.] Fr. c. sækia, eum continuò impetunt.

(s) þetta.] B. E. P. Fragm. c. her, hic.

A. C. 998. tandem (t) finis erit, reposuit Grimus: hastaque Hrappum confodit, vt exanimus caderet. Kario se Tiörfius obtulit (u) hastam excutiens in eum: sic verò subsiliebat Karius, vt telum infra (v) pedes suos transuolaret: mox ipse, incursione facta, gladium in pectus hominis direxit; quo in viscera penetrante, neci datus è vestigio est. Skarphedinn & Gunnare Lambii & Granio Gunnaris filio comprehensis, Binos, inquit, hic cepi catulos; quid verò in (x) hos consulendum? (y) Est tibi facultas, ait Helgius, vtrumque occidendi, si mori eos cuperes. (At Skarphedinn:) Non sustineo simul facere, vt opituler Högnio (z), & fratrem ejus perimam. Erit quandoque, regessit (a) Helgius, quum hunc a te occisum fuisse voles; neque enim hic vnquam, neque quisquam eorum, qui nunc adsunt coram, fidem tibi integram praestabunt. Skarphedinn respondit: Nihil ego metuam ab his. (æ) Dein Granio Gunnaris & Gunnari Lambii, Lambioque Sigurdi filio & Lodini incolumitatem praestiterunt: (b) ipsi se domum conuerterunt. Niall, quae

(t) endir.] Fr. c. endi.

(u) skytr at honom — høggr til.] I. K. L. N. O. Q. S. *tantum*, høggr Kári til, Karius gladium in &c.

(v) fætr á Kára.] C. E. G. fæturna.

(x) þá, *addit* Fragm. c. || E. & P. af, *pro* vid, *legunt*.

(y) kosti áttir þú. s. Helgi — feiga.] F. kost á ek at drepa þá. s. Skarphedinn ef ek vil, Est mihi fac. eos occid. si vellem.

(z) at hverio máli, in quolibet negotio, *addunt* B. E. P. Fr. c.

(a) Helgi at þú mundir hafa viliat drepa hann] E. P. Grímr. attu villdir þá feiga ok þú mundir vilia drepa þá, Grimus, cum mortem eorum volueris occidendô maturare.

(æ) Sídan gáfu þeir — Lodni.] I. K. L. N. O. Q. S. Vóru þeim (þá) gefin grid.

(b) *Hic inserit* B. Sídan gengu þeir til fliótzins þar sem Skarphedinn hafdi yfir hlaupit. ok mældu þeir Kári lengd laupsins med spiótskeptum sínum. ok var xii. álnar. Deinde ad flumen accedebant quâ Sk. transiluerat, Kariusque cum sociis longitudinem transcursus metiebantur hastilibus suis, eaque XII. vlnas compleuit. *Lectio haud dubie proba: Sed quo-*

quae gesta essent, percontatus, & a filiis omnia quam planissimè doctus: A. C.
Graue hoc nuntium, inquit, & (c) quam veri simile est, hinc emanaturam, 998.
si non plus mali, vnius certè filiorum meorum mortem. Cadauer Thrainis Gunnarr Lambii filius (d) Griotam secum vexit, ibique tumulô conditum est (e).

Cap. XCIV.

(f) Conuentus de caede Thrainis pacificatorius.

Ketill Markensis, quod Thorgerdam Nialis filiam (g) in matrimonio habebat, sed & (h) frater erat Thrainis, se re adeò dubia circumuentum judicans, (i) Nialem adiit, &, (k) numquid sibi de caede Thrainis vellet satisfacere, quaesiuit. Is respondet: Satisfacturus cumulatè sum, voloque vt p. 146.

Rr tu

---

quomodò metiebantur, quando flumen longe longèque imperuium erat (Pag. praeced.)? sine dubio conligauerunt hastas; quemadmodum retia interdum jaciuntur: altitudo aquae exploratur &c. Rei veritatem adserit pag. (Textus sc. impressi) 185. Haec cl. G. Pauli *Islandicè. De autem longitudine saltus Skarphedinis nullus dubito; scio enim, imò his oculis vidi nonnullos meorum olim condiscipulorum saltum tantùm non XI ulnarum dantes per riuum Scholae Holensi adjacentem.*

(c) er þat líkara — sonar míns.] K. mun þetta daudi minn ok sona minna, haec, reor, mese filiorumque meorum mortis causa erit.

(d) fom heim ok, domum proficiscens, *inserunt* C. E. P.

(e) eptir fornre siðvenið, more majorum. *addunt* K. L.

(f) Sáttarfundr eptir víg Þráins.] Fragm. c. Sætt á víg Þr. transactum de c. Thr.

(g) sem fyrr var sagt, vti supra dictum, *inserit* G.

(h) var bródir Þráins.] E. P. han átti eptirmál eptir Þráin, caedis Thrainis erat actor.

(i) til Niáls.] Fragm. c. til móts við Niál.

(k) hvart.] id. ef, si.

A. C. 998. tu fratres tuos, quibus jure debetur (l) satisfactio, ad ineundam compositionem sollicites. Id se Ketill propensa voluntate facturum ait (m), primòque domum rediit. At (n) paullò post cunctis fratribus Hlidarendum conuocatis, (o) colloquium ibi cum his instituit, ipsique (*) in (p) omni oratione Högnius aderat: res eò perducitur, vt (q) arbitri (r) sumerentur, conuentusque ageretur. Et (s) statutum est pro caede Thrainis justum viri pretium, satisfactionemque omnes, quîs ex jure competebat, accepêre. porrò confirmata inuicem (t) fides, & securitati quam fidissimè consultum. pecuniam (u) Niall multatitiam plenâ manu ac promtè numerauit. Inde aliquamdiu tranquillitas. Quodam tempore Niall Markam adscendit, & cum Ketile perpetem

(l) bætr.] C. E. G. P. Fr. c. baugа, annuli debentur (multatitii). *De his copiose* Grágás *in* Baugatali ɔ: *Recensu annulorum multatitiorum: sed hunc qui interpretari queat, forsitan nondum sit natus. Caeterum annuli isti videntur praeter multam constitutam expendi debuisse caesi consanguineis: & fortè haec ratio, quamobrem tam exigua de homine caeso multa pecuniaria primitùs dicta fuerit.*

(m) *Huc addunt* C. E. G. P var þat þá ráð þeirra (ráðit) at Ketill skylldi fara at finna þá alla (er giølld áttu at taka, *add.* E. P.) ok koma á griðum, tum commune consilium (constitutum) erat, vt Ketill omnes illos (quibus multa competebat) iret conuentum, & pacem conciliaret.

(n) litlo sidarr.] Iid. ok ferr nú at finna (alla) brædur sína ok stefndi 𝔵c. mox conuentum it (omnes) fratres suos, & cunct. &c.

(o) vmrædv.] Fr. c. vmbredo, id.

(*) oc Kára, & Kario, *addit* id.

(p) allri vmrædv.] B. C. E. G. P. ollo umtali, id. F. øllvm ráðvm, omnibus consiliis.

(q) menn voro til gerdar — ger manng.] Fr. c. gør voro full manng. statueretur pro caede &c.

(r) tekuir.] E. P. nefndir, nuncuparentur.

(s) ger manng.] G. dømd full manng.

(t) trygdvm.] F. Fr. c. griðom, pax.

(u) þat er gert var, quae irrogata fuit, *inserit* Fragm. c.

tem collocutus diem, (v) vesperi domum reuertit, nemine (x) materiam deliberationis resciente. Neque multò post Ketill profectus Griotam, Thorgerdae sic loquitur: Quod ego fratrem meum Thrainem diu valdè (y) dilexerim, illud nunc ostendam; nam filium ejus Höskulldum educare polliceor. Hujus rei potestatem (z) tibi faciam, inquit illa: tu verò puerum hunc, (a) vbi adultus erit, quantum potes, augeto: mortem ejus, si ferrô caesus fuerit, vlciscitor; pecuniamque illi dotis caussâ conferto: (æ) quin haec facturum te jurato. In quae omnia Ketill fidem dedit, domumque secutus eum Höskulldus (b) cum eo aliquantisper morabatur (c). A. C. 998.

Cap. XCV.

Niall (d) Höskulldum suscipit educandum.

(e) Aliquandò Niall Markam adscendit, ibique liberaliter comprehensus pernoctabat. Vespere puerum Höskulldum ciuit, & (g) ad se protinus accedenti, annulum aureum (h), quem ipse habebat in manu, ostentauit. puer accepto auro, (i) id contuitus (k) digito suo indidit. Niall infit: Visne hoc

(v) vm kvelldit.] C. E. R. P. at kvelldi.

(x) rádagerd hafdi verit.] Fragm. c. rádagerdom var.

(y) vnnt.] F. Fr. c. unnat.

(z) þer.] Fr. c. ydr, vobis.

(a) þá er.] E. P. þar til er, donec.

(æ) þó sveria þess.] Fr. c. þetta allt sveria, haec omnia f. t. jurabis.

(b) ok er med honom nokkura hríd.] C. E. G. P. lídr nú sva fram nokk. hr. at han er med Katli, ita elabitur aliquantum temporis, vt apud Ketilem degeret.

(c) ok var hinn skiótligsti, eratque summo vigore praeditus. *add.* Fr. c.

(d) tók vid H.] Fr. c. baud H. til sín, conditionem Höskulldo migrandi ad se tulit.

(e) Einhveriv sinni.] id. Einhvern dag, Quodam die.

(g) at honom.] id. þángat, eð.

(h) mikit, eximiae magnitudinis, *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

(i) leit á.] Fr. c. hugdi at.

(k) fíngr] G. hendr.

A. C. aurum dono accipere? (l) Volo, inquit puer. Noſti, ait Niall, quid exitio
998. fuerit patri tuo? Puer reſpondet: Scio (m) a Skarphedine interfectum (n): neque opus eſt nobis de qua re transactum & ſatisfactum, mentionem facere. Pulcrius verò reſponſum, inquit Niall, quam (o) ego percontabar: vnde te (p) probum hominem fore colligo. Ad quae Höſkulldus: Placet mihi (q) praedictio tua; quippe ſcio te praeſcium eſſe, neque falſiloquum.
p. 147. Tum Niall: Nunc ego tibi polliceor educationem, ſi vis acceptare. Puero affirmante ſe & hunc & quemuis alium, quo ſe (s) afficeret, (r) honorem libenter accepturum; res ad eum prouecta exitum eſt, vti Höſkulldus domum Nialis iret (u) educendus. Hic (v) puerum nullo adfici incommodo patiens, magnopere diligebat; eumque Nialſonii manu ducebant, honorem ei quemlibet praeſtantes. Cum jam Höſkulldus (x) maturam ad aetatem perueniſſet, ſtaturâ magnus erat robuſtusque, (y) in paucis eximiâ facie, ac benè capillatus: (z) blandiloquus, liberalis, ſatis manſuetus: armorum inſignitè gnarus; (a) ſermone humaniter vtens omnibus, vulgoque amatus. Idem & Nialſonii nunquam (æ) dictis aut factis diffidebant.

CAP.

(l) vil ek.] Fr. c. þiggia vil ek víſt, acceptabo equidem.

(m) víſt, ſanè, *addit* id.

(n) á Markarflióti, ad flumen Markicum, *addunt* F. & Fr. c.

(o) ek ſpyrda.] Fr. c. til er mællt, interrogatum.

(p) góðr maðr.] P. góðzdagz maðr.

(q) ſpáſaugr. þínar.] C. E. G. P. I. L. M. N. O. Q. S. virdíngar ydrar (þínar) er (en betra er M.) þer ſpáit mer (gott. *add.* G.) judicium tuum, & (at magis) vaticinium (de me bonum).

(s) gerdi.] id. byðr, quem ſibi offerret.

(r) ſóma.] *Ita* B. & *pl.* *ſed* A. C. D. E. F. P. góða, beneficium.

(u) til fóſtrs.] E. P. G. ok fóſtradi (Niáll) hann, eumque (N.) educebat.

(v) ſveininum ekki í mein.] F. allt eptir ſveininum, puero omnes res indulgebat.

(x) frumvarti.] E. F. P. frumvaxta. I. K. L. N. O. Q. S. frumvaxinn.

(y) manna — ſýnum, *omitt.* Fr. c.

(z) blíðr í máli.] C. E. G. Chh. blíðmælltr.

(a) góðorðr.] F. orðgóðr.

(æ) orð ne verk.] C. E. G. P. um neinn (nokkorn) hlut, ulla de re.

Cap. XCVI.

A. C.

(b) De *Floſio* Thordi filio.

Vir erat nomine *Floſius*, (c) filius Thordi *Freyri-Pontificis*, filii Ózuris, filii Aſbiörnis (d) Eyiangri, filii Biörnis, filii Helgii, filii Biörnis Bunae, filii Grimi Sogniae Ducis. Mater Floſii fuerat Ingunna, Thoreris ab Eſpiholo gnata, filii Hamundi Heliarſkinni (liuidae cutis), (e) filii Hiöris, filii Halfi (f), qui (g) genti Halfianae praefuerat, filii (h) Hiörleifi *Mulieroſi*. Mater Thoreris (i) fuit Ingunna, Helgii *Macri* filia, qui Eyiafiördum (primus) occupauerat. Vxor erat Floſio (k) Steinvöra, patre Hallo Sidenſi, matre (l) Solvörâ (nomine) furtiuis nuptiis genitâ, filiâ Heriolfi *Albi*. Floſius Svinafelli (monticulo ſuum) habitabat. Vir in primis magnatum numerandus: ſtaturâ magnus & fortis; (m) omnium in rebus gerendis ardentiſſimus. Starkadus nominabatur frater Floſii, (n) non eadem atque hic matre natus; ſed erat mater illius Thraſlöga, filia Thorſteinis Titlingi, filii Geirolfi: Thra-

(b) Frá Floſa Þórdarſ.] Fr. c. Vpphaf Floſa, Initium Floſii ɔ: narrationis de Floſio.

(c) ſon Þórdar.] O. S. ſagdr bródir, qui frater dicebatur Fr. *malè*.

(d) Eyiángrs.] B. Eyvángrs. G. Heyiángrs. Chh. Einángrs. E. P. Heyiángrsſonar. || Eyiángrs. Biarnarſ. *omitt*. Fr. c. || *Landnama bok ſemper quidem legit* Eyiángursbiarnarſonar; *ſed cum omnes Nialsſagae codices diſtinguant* Eyiángrs Biarnarſ. *non ſuſtineo eadem conjungere. poteſt ſanè, vt filius cognomen patris retinuerit.*

(e) Hiørsſonar.] O. S. Hiørtsſonar. Q. Hróarsſ. || Hiørsſ. *neſcit* Fr. c.

(f) kónvngs, regis, *addit* Fr. c.

(g) Hálfsrekkvm.] E. P. Alfsrekkum.

(h) Hiørleifs.] *Adde* ſonar. *ſic omnes codd. praeter* A. & D. *qui* Herjólfsſonar *malè praeferunt.*

(i) af Eſpihóli, *addit* Fr. c.

(k) Steinvørv.] id. Steinvnni.

(l) Sólvør.] G. Saulvaur.

(m) mauna kappſamaztr.] Fr. c. madr kappſamr. *gradu poſit.*

(n) eigi, non, *addit* Fr. c. *quod malè excidit in* A. D. E. P. *Pro* ſammædr *legunt* B. C. R. & Chh. ſamfedri (ſamfedra) eodem patre.

A. C. Thraſlögae verò genitrix fuerat (o) Uda, Eyvindi (p) Karfii filia, qui in primis Islandiam occupauerat; ſororque Modolfi *ſapientis*. (Praeterea) fratres erant Floſii Thorgeirr, (q) Steinn, Kolbeinn & Egill. Filia Starkadi, fratris Floſii, nomine fuit (r) Hilldigunna, virago inſignis; formâ venuſtiſſima; tantaque (s) artiſex, vt eam paucae mulieres (t) artificiis aequipararent. cetera foeminarum omnium ſaeuiſſima & ferociſſima: (u) animo tamen ſatis liberali, vbi res benefactum poſtulabat.

P. 148.

Cap. XCVII.

(v) De Hallo Sidenſi.

Hallus nomen erat viro, qui *Sidu-Hallus* (Hallus ab Sida) vocabatur: filius Thorſteinis, (x) filii Bödvaris. Mater Halli, nomine Thordiſa, filia fuerat Özuris (y) filii Hrodlaugi, filii Rögnvalldi (z) Mæriae Comitis, filii Eyſteinis Glumrae. Vxorem habuit Hallus Ioreidam Thidrandii *Praeſagi* gnatam, filii Ketilis Thrymi (Tremuli), filii Thoreris (a) Thidrandii de Vera-

(o) Vdr.] F. Audr. B. C. E. G. P. Fragm. c. Vnnr.

(p) karfa.] Fr. c. karva. || A. D. ſkarpa, Acris.

(q) Steinn. Kolbeinn ok.] E. P. Steinketill ok.

(r) Hilldigvdr.] Fr. c. e. Chh. Hilldigunnr.

(s) høg.] F. haugr, id.

(t) iafnhagar henni.] C. E. P. hagari enn hon, G. þær er vm fram hefdi hana, art. antecellerent.

(u) drengr gódr.] C. E. G. M. P. dr. mikill. I. K. L. N. O. Q. S. drenglundud.

(v) Frá Sídv Halli.] Fr. c. & e. Upphaf Síduhalls, Initium Halli ab S. ɔ: narrationis de eo.

(x) Bødvarsſonar.] Fr. c. Bølverksſ.

(y) Hrodlavgsſ.] Fr. c. & e. Hrollaugsſ.

(z) Jarls af Mærí.] Fr. c. Mæra Jarls.

(a) Þidranda.] Id. & Fr. e. Þidrandaſonar. || F. Þegianda, Taciturni.

Veradalo: Fratres (*) Thidrandii fuêre (æ) Ketill Thrymus (b) Niardvicensis & Thorvaldus pater Helgii Droplögiadae. Soror Ioreidae Hallkatla mater erat Thorkelis Geitissonii ac Thidrandii. Frater Halli nomine Thorsteinn, cognomine Breidmage (ventruosus) vocabatur: cujus filius erat Kolus, is quem Karius in Terra Britonum (c) caedit. Filii Hallo Sidensi erant Thorsteinn, Egill, (d) Thorvalldus, Liotus, atque Thidrandius, (e) qui a Deabus (f) interfectus dicitur †). Nomen fuit viro Thorer, qui *Holltathorer* (Thorer ab Hollto) appellabatur. hujus filii erant *Thorgeirr Skorargeirr*, & Thorleifus (g) Krakus, (h) a quo oriundi sunt Skogverii, & Thorgrimus *Magnus*. A. C.

CAP. XCVIII.

(i) Matrimonium *Höskulldi Pontificis Hvitanesii.*

(k) **H**ic dicere ordiendum est, Nialem sic adlocutum esse Höskulldum (l) alum-

(*) Þidranda.] C. E. G. P. Jóreidar.

(æ) Ketill Þrymr.] Fr. c. Þrym-Ketill.

(b) Niardvík.] B. Fr. e. Sandvík.

(c) vegr.] Fr. c. vá, interfecit.

(d) Þorvalldr] C. E. G. P. Þórvardr.

(e) þann er.] Fr. c. sá er, is qui.

(f) vægi.] E. P. drápu. *om.* sagt er at.

(g) ok, &, *inserit* G.

(h) er — komnir *omitt.* Fr. c. & e.

(i) Kvanfáng H. Hvitanesgoda.] Fr. c. Bónord H. settr fimtardómr, Petitio H. vxoria. Institutum Iudicium Quintum.

(k) Nú er — Niáll taladi.] Id. Niáll talar, Niall adloquitur Hösk. Fr. e. þat var eino sinni at N. talar, Aliquando adloquitur N. H.

(l) Fóstra sinn. kvanfángs villda ek leita þer.] C. G. E. P. Rádz villda ek þ. l. fóstri, at (ok) afla þer konu. Facultatem (alicujus) conditionis tibi, alumne mi, quaerere & vxorem conciliare vellem.

†) *De morte Thidrandii copiosè Olafs-saga Tryggvas. (Ed. Scalholt.) Part. II. pag. 213.*

A. C. alumnum: Uxorem tibi petere vellem. (m) qua re ipſius arbitrio permiſſâ, rogatus ab Höſkulldo, vbi primùm (n) experturus eſſet, reſpondit: Mulier nominatur Hilldigunna, filia Starkadi, filii Thordi *Freyri-Pontificis;* (o) hanc ego praeſtantiſſimam ſcio. Höſkulldus: Ipſe prouide, nutritie mi; id mei erit conſilii, quod tu (p) fieri voles. Et Niall, Hanc igitur petemus, inquit. Poſt paullò comites appellauit ſibi; cumque eo Sigfuſſonii, Nialſonii omnes & Karius Sölmundi filius (q) ibant: Svinafellum orientem verſus petierunt, ibique hoſpitaliter ſunt inuitati. Poſtero die Niall & Floſius (r) ſoli collocutum eunt; ſermo Nialis delabitur haec in verba: Id nobis negotii eſt,
p. 149. quamobrem huc venerimus, vt mulierem in matrimonium petamus, (s) Hilldigunnam ſcilicet neptim tuam. Cuinam? inquit Floſius. Höſkulldo, reſpondit Niall, alumno meo. Tum Floſius: Bellè hoc eſt (t) comparatum: tametſi vos inuicem magno in periculo verſamini: Höſkulldum vero qualem mihi perhibes? Bonum perhibere non nequeo, ait Niall: & ego pecuniam hùc conferam, quanta tibi & nepti (u) aequabilis videatur, ſi hujus petitionis (v) ratio-

(m) Havſkvlldr bad hann fyrirráda.] Fr. e. Høſkulldi qvaz þat vel at ſkapi ok þ. h. fyrir ſiá, Quam rem ſibi ſatis placere innuit Höſkulldus, ipſumque conſulere juſſit.

(n) á leita.] F. at vikia.

(o) þann.] B. hana, h. mulierem.

(p) vera láta.] F. Fr. c. & f. fyrir ſiá, conſulere.

(q) fóro *omittit* Fragm. c.

(r) eintal.] id. tal, collocutum.

(s) at bidia Hilldigvnnar frændkonv þinnar.] id. at b. kono til handa Høſkulldi fóſtra mínom Hilldig. bródordóttor þinnar, vxorem vt petamus Höſkulldo alumno meo, Hilldig. neptim tuam. *Mox* fyrir — míns ſ. Niáll, *omitt.* id. || C. E. G. P. ok mælvm til mægda vid þik. Floſi. en til eiginords vid Hilldigunni bródurdóttur þína, tecumque, Floſi, adfinitatem conjungere, cum autem Hilldigunna nepte tua connubium optamus.

(t) ſtofnat.] Fr. e. áſtofnat.

(u) ſæmiliga.] id. allvel.

(v) álitvm.] E. P. lvgvm.

rationem habere vultis. Flosius ait: Mulierem acciemus, & (x) quis ei vir iste videatur, cognoscemus. (y) Hilldigunna mox arcessita venit ad eos: de petitione vxoria a Flosio docta, se (z) ferocis animi esse profitetur, & nescio (ait) quam sim accommoda (a) talibus, quibuscum hic res est (æ) hominibus. id verò (b) non minus obstat, quod hic homo nullam habet jurisdictionem; (c) tu enim id professus es, me non locaturum esse viro pontificatus experti. Haec vnica causa est, inquit Flosius, si tu noles (d) Höskulldo nubere, quamobrem ego nullam hujus conditionis copiam fecero. Mulier excipit: (e) At (f) non dico nolle me Höskulldo nubere, si jurisdictionem ei (g) adquisiuerint: ceteroqui nullam dedero facultatem. Niall suscipit: Volo igitur per tres hyemes (in tertium annum) h) exspectetur quid ego hac in re possim. quod & Flosius futurum annuit. Tum Hilldigunna: (i) Eam conditionem, si matrimonium confiet, (k) adjicere vellem, vt ego virque hic in A. C.

S s

(x) hverſu henni lítiz madr.] Fr. c. — líz madrinn. Fr. e. hvat henni ſýniz madr.

(y) kallat á Hilldigunni.] Fr. e. — á hana, Fr. c. ſent eptir henni, Quae mox &c.

(z) ſkapſtór.] F. G. P. ſkaphørd, duri.

(a) vid þat.] Fr. c. veſtr þar, occidentalibus illis, quibuscum &c.

(æ) menn.] E. medr, id.

(b) eigi.] B. Fr. e. því, idque eò (minus accommoda) E. P. hálfú, idque dimidiô (multô min.)

(c) ok hefir þú þat mællt at.] B. F. Fr. c. & f. en ek ſegi (ſva) at þú hefir þat talat (mællt) Floſi, ego autem (hoc) pronuntio, te, Flosi, professum esse.

(d) Havſkvlldi *omittit* Fr c. *&* *mox* *voculam* koſt.

(e) þat mæli — ágera *omitt.* C. G.

(f) eigi *omittit* F. *&* *pro* vilia eigi giptaz Havſkvlldi, *legit*, vil eiga Høſkulld. dico velle me &c.

(g) þeir fá.] Fr. c. þú fær, tu acquiris.

(h) ok iii. ſumur, & III. aestates, *addunt.* C. E. G. M. *&* P.

(i) þann lvt.] Fr. c. En þat, At ego hanc conditionem.

(k) til ſkilia.] C. E. P. ſkilia. || G. ſegia ydr, vobs denuntiârim, me virumque — manſuros.

A. C. in oriente (l) maneremus, id se Niall ad (m) Höskulldum ait relaturum: hic verò se multis probe fidere, at (n) pariter vt educatori suo nemini. Postquam ex oriente reditum, Höskulldo (o) magistratum Niall adquirere studuit; neque erat, qui suum distrahere (p) pontificatum vellet. Labitur
1003. interim aestas vt Comitia vniuers. instarent 1). Eadem aestate (q) graues in foro lites fuerant: multique, vti (r) solebat, Nialem adierunt (consultum): is verò contra, quam verisimile fuit, partibus ita (*) cauit litigantibus, vt actiones

(l) værim.] Fr. c. sem, maneamus.

(m) Havskolld.] id. fóstra sinn, alumnum.

(n) iafnvel.] Fr. c. & f. betr, melius ac.

(o) mannaforráð.] Fr. c. mannaforræði, id.

(p) goðorð.] G. guðorð. C. forráð, magistratum. *Re idem valent haec omnia* goðorð, forráð & mannaforráð: *semper enim conjuncta fuerant jurisdictio ciuilis & pontificatus s. officium sacerdotale.*

(q) voru þingdeilldir miklar.] B. Fr. e. v. þíngdeilor m. C. E. G. M. P. var þíngdeilld mikil. *singulariter.*

(r) vant var.] C. vant er, solet. Fr. e. vanir voro, solebant.

(*) lagði.] I. L. N. O. Q. S. leiddi, id effecit, *omiss.* mála — lífligt.

1) *Hanc aestatem anni 999 deputasse cl. Torfaeum inde constat, quod nuptias Höskuldi ad* 1000 *retulerit (deceptus, vt videtur, praepostero narrationis ordine: cujus causa est, puto, quod vel Auctor continuare de Höskuldo narrationem voluit, vel historia Christianismi posterius fortè, ab ipso tamen nostro, addita, inique loco ab compactore libri inserta est: quae tamen res nihil omninò fidei Auctori detrahit.): qui calculus planè non sequendus; nam luce clarius est Scaptium post receptam ab Islandis Christianam religionem Nomophylacis munus suscepisse, adeoque & postea institutum ab ipso esse judicium* quintum. *Idem quo annô factus sit nomophylax siue* 1003. *(Hist. Eccl. Isl. Tom. IV. p.* 359. *& Gunnl. Ormst. Sag. p. 62.) siue* 1004 *(Annal. Isl. reg. in Script. Rer. Danic. Tom. III. edit.) parui refert hic euincere: Quinti verò judicii institutio potius ad annum* 1004, *quam aut* 1003 *aut* 1005, *mihi certis vtrinque rationibus, quae diligentius intuenti facile parebunt, inducto videtur referenda. Vide finem Cap. CVII. it. Cap. CIX & CX.*

actiones & exceptiones (s) irritae euaderent: eòque (t) grauis contentio exi- A. C.
ftebat, quod judicia peragi nequirent: partesque adhuc diffidentes domos a Comitiis redierunt. Sic elapso ad proxima vsque comitia tempore, Niall in forum proficifcitur. & erant comitia haec ad eum finem tranquilla, dum 1004.
ille moneret effe maturitatem (u) caufas edere agendas. Tum verò dictitare multi, hoc parum adeo (v(conducturum videri, (x) quum nemo caufam obtineret, licet in jus (y) comitiorum vniuerf. rei citarentur; & fane (z) malumus, inquiunt, per vim ac ferrum (a) jus noftrum perfequi. Non licet id fieri, ait Niall; & minimè gentium (æ) expedit, non viuere (b) legibus ciuitatem; tametfi grauis ratio fubeft affeuerationi veftrae. id verò ad (c) nos, qui (d) leges callemus, & (e) adminiftrare debemus, (f) litigantes reconciliare ac pacem componere pertinet. quare vtile cenfeo, vti nos, viri primarii omnes, conuocati hac de re conferamus. Mox in fenaculum itur. Niall p. 150.
infit: Huc ego te, Skapti Thoroddide; ceterosque optimates in confilium

(s) eyddvz fóknir.] Fr. e. eyddiz fóknir. Fr. c. eydaz mvndi f.

(t) þræta mikil.] Fr. c. þrætor miclar. *pluralis cum verbo fing.* vard.

(u) føkvm.] F. fóknum, actiones. I. K. L. N. O. S. fóknum fínvm ok gøgnúm, act. & (harum) argumenta.

(v) *Poft* koma *addunt* I. L. N. O. Q. S. í fyrra fumar, fuperiori aeftate conduxiffe.

(x) en.] C. at. D. F. Fr. c. er. B. Fr. f. ef, fi (fiquidem). G. þvíat engi kom, quod.

(y) alþíngis.] C. G. þínga.

(z) viliv ver helldr fegia þeir heimta med oddi vk eggiv.] I. K. L. N. O. Q. kølludust (qvádvz) helldr vilia fækia med vopnum fínum (fín) rettindi, feque jus fuum armis perfecuturos ajebant.

(a) várt mál, *addit* F.

(æ) hlýdir.] Fr. c. hæfir, conuenit.

(b) løg í landi.] E. P. *tantum*, løgin. || F. løggilldi, vt leges non valeant.

(c) vár — kvnnvm — fkvlvm.] F. vid þá — kunnu — fkulu, eos — callent — debent.

(d) løgin — fkvlvm.] Fr. e. løgunvm fkylldvm, leg. adminiftr. deberemus.

(e) ftyra] C. G. M. ftiórna.

(f) at fætta — fridinn, *omitt.* Fr. c. & f.

A. C. voco, quod mihi actiones nostrae (forenses) euadere (g) irritae videntur, si,
1004. quae nobis causae in judicia (quatuor) prouincialia sunt deducendae, tam impeditae reddantur, vt neque (h) finiri, neque jus in iis obtineri, possint. Vnde (i) consultius arbitrarer, vt (k) *quintum* haberemus judicium, in quo has, quae in judiciis prouincialibus ad finem perduci nequeunt, lites (l) persequamur. (m) Quomodo, (n) inquit Skaptius, designabis, qui in judicio quinto sedeant, (o) quum pro numero priscorum (*) in quauis prouincia pontificatuum (p) judices prouinciales constituti sint, (q) ternae (tantum) dodecades? 2). Niall: Dispiciam, quâ hoc fiat ratione: (r) nouos pontificatus

(g) ónytt.] Fr. c. óvænt.

(h) lyktaz.] B. C. E. G. M. P. Fr. c. & f. lúkaz.

(i) rádligra.] Fr. c. rádligazt, consultissimum.

(k) einn fimtardóm.] G. Fr. e. inn fimta dóm. || einn, *omitt.* Fr. c.

(l) sæktim.] Fr. c. lyctim, finiamus.

(m) hversu, *addit* F. & *Exemplar Illustriss. Erichs. in Adnot. ad Arnes.* Isl. Rætterg. *p.* 318.

(n) sagdi Skapti.] Fr. c. Skapti. segir Niall. *rectius dixisset*, Niáll. segir Sk.

(o) er, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(*) i.] C. E. G. M. P. or, ex.

(p) er nefndr fiórdúngsdómr.] Chh. ero nefndar (Þréunar rc.) constitutae sint ternae dod. (judicum).

(q) er skylldo vera, qui deberent esse (ternae dodecades numerô, *qui nimirum sederent in qvinto judicio.*) *addit Exempl. Ill. Erichs.* || *Pro* Þrennar *legit.* Fr. c. fernar, quaternas dod.

(r) ny.] Fr. e. nu, *hic & infra.*

2) *Hic numerus de judicibus quatuor prouinciarum quam quinti judicii potius videtur accipiendus, quamquam in Textu non adpareat, vtrum Nominatiui sit an Accusatiui. Sensus enim Scaptii sine dubio hic est: Iudices prouinciales ad ternas tantum dodecades esse designatos; nunc verò cum Niall summum instituere judicium vellet, non ter duodenos modo in hoc judices sedere, sed plures (forsitan cogitârit quater duodenos) oportere, vt partibus litigantibus copia eligendi foret ac rejiciendi quos voluissent judices ad certum numerum: plures autem judices obtineri posse pro numero veterum pontificatuum, non intelligens Scaptius, quomodô igitur possent, quaesiuit. Huc congruit responsum Nialis; insti-*

catus (s) instituant, qui ad hoc sunt maximè idonei (t) in prouincia qualibet; A. C.
& horum ad curiam, qui (u) in id consentire volent, profiteantur. Placet 1004.
haec ratio, ait Skaptius: sed (v) quam graues erunt causae in hoc judicio agendae? Cui Niall: (x) Huc actiones de erroribus formularum & calumnia omnes deducuntor; si quis falsum testimonium & (y) cognitores vitiosè citatos produxerit. huc etiam omnes (z) causae, de quibus discessione in sententias facta (a) contrariae latae sententiae sunt 3) in judicio provinciali

(s) taka.] Fr. e. I. K. L. N. O. Q. S. menn (þeir) taki, instit. ii.

(t) í.] Fragm. c. or, ex.

(u) þat vilia samdykkia.] C. R. *tantum*, þeir vilia, voluerint.

(v) hve.] Fr. c. & e. hversu.

(x) her.] Fr. c. her í dóm, Hoc in judicium.

(y) liúgkvidu.] C. M. lygiqvittu (*non* lígiqvittu).

(z) vefángs mál.] *Ita omnes codices, praeter* A & D. *qui vitiose* vetfángsmál *praeferunt:* & I. L. N. O Q. S. *a quibus* vefángsmál *abest*.

(a) vefengia.] F. vefiánga. Fr. e. vefánga.

instituendos nouos pontificatus, ad obtinendam sc. quartam judicum dodecadem. Hac verò non opus, neque nouis pontificatibus, si quaesiisset, vnde illas tres dodecades sumeret: neque sic responsum interrogationi conueniret.

3) *De actu judiciali* Vefáng *Titulus de Forma Iudic. in Grágás Cap. XXIII. haec habet:* Ef þær sakir ero nockorar er þeir verda eigi ásáttir í dóm sinn. ok sculo þeir þá vefengia α). skulot þeir færri til vefángs gánga enn vi β). þeir skulo rúmom þá skiptaz vid. hverngi veg er þeir hafa ádr setit. ok sculo þeir þá sitia allir saman er saman ero at vefángi. þeir sculo sva nær sitiaz at hvarirtveggio nemi ord annarra. Þeir sculo hvarirtveggio beida adra samneytis. oc nefna vatta at því at þeir bióda samneyti sitt at því er þeir vilia døma. ok qveda á hvern dóm þeir vilia døma. þeim málom sculo þeir mæla hvarirtveggio. Ef nockorr þeirra er sva siúkr er í dóm þann er nefndr. at eigi vid ves úti. ok má han þó mæla. þeir sculo fara hvarirtveggio til fundar vid hann. oc segia honom hvat þeir mano hvarir til vefángs bera. han scal vinna vefángs eid. oc qveþa á þat med hvarom han scal vera at vefángi. Þeir scolo gánga

A. C. 1004. vinciali praeuia citatione quintum judicium ingrediuntor; item si quis pecuniam

gánga til rúma sinna. þá sculo þeir dómendurnir sídan er sócn fylgia. bióda þeim til lutfalls at þeir luti hvarir þeir scolo fyrri mæla vefángsmálom. sculo þeir fyrri mæla vefángsmálom er hlióta. Þeir scolo bióda hvarirtveggio ødrom med vatta at hlyda til er þeir vinna vefángs eid. eda sva til annarra vefángsmála er þeir scolo framføra. oc bióda þeim samneyti. oc bidia þá samneytis at því er þeir vilia dæmt hafa. oc segia hvat þat er. sva scolo þeir mæla hvarir vid adra. Sídan sculo þeir vinna vefángseid er saman ero at vefángi. þeir scolo taca cross í hønd ser. eda bok þá er meiri se enn hálsbóc γ). nefna vatta í þat vætti at ec vinn eid at † (crossi) eda at bóc. vefángseid. oc segi ec þat Gudi at ec mun þat vefengia er ec hygg løg vera. oc queþa á þat hvat han berr til vefángs. oc queþa á af hví han berr þat til vefángs. Þeir scolo slíkan eid vinna hvarirtveggio. Sídan sculo þeir hvarirtveggio segia upp dóm þann er þeir vilia dømt hafa. Sva scal sá mela er sócn reifdi. þat berom ver til vefángs. oc þann dóm dømom ver oc segiom upp. at ver dømom áfall honom. oc nefna hann. oc queþa á hvert áfall þat er. Þeir sculo giallda samqvedi sitt á. er at vefángi voro med honom. Sva scal sá mæla er vørn reifdi. Þat berom ver til vefángs. oc þann dóm dømom ver ok segiom upp. at ver dømom NN. syknan. af því at oss þickir løgvørn framkomin. Þeir scolo giallda samqvæþi sitt. er at vefángi voro med hanom. Sacar sækiandi oc sacar veriandi sculo gánga til løgbergs. og nefna ser vatta at. í þat vætti. at ec lysi søc á hendr þeim um þat at þeir hafa dømt óløg. oc queda á um hvat þeir hafa dømt. þeir scolo lýsa til rofs dóminom. oc láta þeim varda útlegd. oc lysa til fimtardóms. Þat eigo hvarirtveggio at mæla vid annars dómendr. *I. e.* Si quae sunt causae, de quibus diffideant judices, discessionem in sententias faciunto. neque paucioribus quam numerô VI. discedere in sententias licet. Ita sedes inter se mutent, quomodocumque antea sederint; omnesque vnà sedeant qui in eandem sententiam transeunt. Tam propè inter se considant, vt alteri alterorum dicta exaudiant. Alteri alteros consortium (consessum & consensum) rogent, nominatimque testificentur, se suum offerre consortium, si consentire velint ei, quam laturi sententiam sunt (ipsi): simulque exprimant quod facturi sint judicium, hunc in modum vtrique debent loqui. Quod si quis eorum, qui in idem lecti judicium sunt, tam aeger (morbo) sit, vt foris adesse nequeat, loqui tamen possit: pars vtraque judicum hunc

pecuniam aut detulerit ob aduocationem aut (æ) acceperit. [b) vel feruos aut A. C. homines alteri addictos dolô detinuerit.] In hoc judicio quoduis jusjurandum 1004. quam strictissimum esto, & quoties praestatur, (c) duo adsint (viri), qui periculô

(æ) taka.] Fr. c. gefa, dederit.

(b) of innihafnir præla eda skylldar manna. *inferunt* C. E. G. P.

(c) fylgia II.] F. fylgia V. Fr. c. V. menn med.

hunc adeant, doceantque, quae vtrique argumenta, quamobrem discessionem faciant, prolaturi sint. Aegrotus jusjurandum discessionis (or quod judicibus in sententias discedentibus injunctum est) dicat, pronuntietque vtri dissentientium parti velit consentire. Redeant ad loca sua judices, tumque quae pars eorum causam sequitur actoris, caeteris conditionem sortium ferat (ducendi), vt sortiantur vtri priores formulas in discessione (judicum) solemnes proloquantur. quorum sors prior exit, ii priores formulas discessionis efferant. (Nimirum) alteri alteros, testibus nominatis, inuitent, vti, dum sacramentum discessionis praestent, sibi attendant, nec non alia solemnia discessionis verba, quae sint prolaturi: consortium offerant, imô consortium rogent, sententiae sc. quam dicturi sunt ipsi; quaeque haec sit, indicent. hoc modo vtrique vtrosque adpellent. Deinde jusjurandum discessionis, qui in eandem sententiam transiêre, danto, capiant in manum crucem, aut librum, qui major sit libro *collari*, testes nominent, adferturos, Quod ego (inquiant singuli) sacramentum ad crucem, aut ad librum, dico, solemne discessionis sacramentum; Deoque profiteor, me sententiam in hac mea discessione laturum, quam esse justam arbitror: summamque sententiae, in quam discedant, enuntiet quisque, & qua de causa hanc in sententiam ierint, edat. Quo facto vtrique judicium, quod intenderant ferre, pronuntient. Ita, qui argumenta actoris recitauerat, loquatur: Hae (vel illae) nobis sunt rationes, quare aliam in sententiam descendimus; atque hanc sententiam ferimus & pronuntiamus, nimirum vt reus causâ cadat: reumque nominent, & quomodò lite cadat, exprimant. Qui hanc in sententiam ierant, sese in hoc consentire adfirmanto. Sic verò dicat qui argumenta rei recitauerat: Hae (vel illae) nobis sunt rationes, quare aliam in sententiam iuimus; atque hanc sententiam ferimus & pronuntiamus, nimirum vt reus absoluatur, propterea quod justa nobis exceptio interposita videtur. Qui hanc in sententiam ierunt, sese in hoc consentire adfirmanto. (Huc deducta

A. C. 1004. culô bonae exiſtimationis ſuae, quod alii jurant, adſeuerent 4). Item ſi litigantium alter legitimis, alter vitioſis formulis agat, ſecundum eum, qui rectè

deducta re) actor & defenſor cauſae juris dicundi rupem adeant, teſtesque adpellent, confirmaturos Quod ego (inquiat vterque) judicibus crimen denuntio, eô nomine, quod injuſtam ſententiam dixerunt: quaque de re judicauerint, edant, denuntient, vt judicium tollatur, multamque (exilium) dictent, judicesque in quintum judicium citent. Sic vterque judicibus, qui alteri (aduerſario) fauebant, denuntiare debet. *Haec in Arneſens* Jßland. Rættergang *(pag. 582-3.) cum relata exſteut, dixerit quis eò lectorem relegare ſatis fuiſſe; ſed reſpondeo, eundem librum, vt & Titulum de Forma judiciorum, vnde deſumta ſunt, paucioribus quam Nialsſagam ad manum eſſe, ideòque integram tranſcribere conſtitutionem non ab re viſum. Ceterum hic notandum α) Non eò inſtitutam fuiſſe diſceſſionem in ſententias, vt duae contrariae ſententiae (quod ait laudatiſſ. Arneſen,) de re controuerſa ſtatuerentur, ſed vt judices religione jurisjurandi ac timore perjurii conſentire adigerentur, adeoque finis diſceſſionis ſola erat conſenſio unius ejusdemque ſententiae. Hoc primum ex eo probatur, quod ſi pars diſſentientium alterutra numerô praeualeret, hujus ſententia, caeterorum ſpretâ, primas vt definitiua ferret; deinde, quod, vbi conſenſus judicum nullo obtineri pacto poterat, eòque eueniebat contra diſceſſionis finem, vt ſententiae inuicem pugnantes dicerentur, partibus principolibus judices calumniae crimine in jus vocare multamque dicere licuit. β) Quod ſex minimùm judices ad diſceſſionem requirebantur, generatim de omnibus judiciis (quinto excepto, vbi diſceſſioni in ſententias locus non erat), non autem de judiciis ſpeciatim prouincialibus, vt putat laud. Auctor, dictum: quomodò enim in bis bini ſex, vbi nouem omninò ſedebant, facerent diſceſſionem? aequalis vtriuque numerus debuit eſſe: adeòque, vbi nouem adcrant, vnum vel tres judicum neutri parti conſenſiſſe oportet, & hi forſitan judiciô abſceſſerunt: ſed cum haec taceat Grâgâs, aliquid hic deeſſe veriſimile eſt. γ) Ex tam frequenti mentione libri (ſacri) quae in codice leg. Grâgâs & Iuribus Eccleſiaſticis deprehenditur, necnon ex ipſo vocabulô* Hálsbók *colligo, primos in Septemtrione Chriſtianos librum ſacrum certae magnitudinis, alius amuleti inſtar, ex collo ſuſpenſum geſtâſſe, ſi non vulgò, in negotiis tamen majoris momenti, eumque inde* Hálsbók *vocitatum. Tales libros, aut ab incolis exaratos aut ab exteris aductos, capita religionis Chriſtianoe praecipua, hymnos ſacros, formulas precandi &c. continuiſſe nullus dubitauerim.*

4) *Idque jurejurando: cujus formulam vides Cap.* 145. *initio p. T. impr.* 242.

(d) rectè instruxerit (e) actionem, lis dabitur. Caeterum hic omnes res pro- A. C.
inde vt in judiciis prouincialibus agendae sunt, praeterquam quod, lectis in 1004.
quintum judicium quatuor (judicum) dodecadibus, actor VI. judices nominatim excipere debeat, defensor etiam VI. alteros. quod si reus excipere noluerit, hos etiam actor, quomodò illos (f), nuncupatim rejiciat: sin autem hic neglexerit, causa cadet; nam ternae (admodum) dodecades judicare debent. (g) Sic porrò consessum senatorium ordinabimus, vt potestatem (h) legum ferendarum habeant, qui in (i) scamno intermedio 5) consident, & ad hoc prudentissimus quisque & ingeniô optimus debet (k) allegi. Hic (in

 senacu-

(d) rett fara.] Fr. e. rett ferr. F. med retti fór, ex jure instituebat.

(e) sakn.] sókn, *omnes praeter* A. & D.

(f) sem (er) veriandi átti, quos defensor (excipere) debebat, *add.* C. & G.

(g) ver skylom.] Fr. c. Menn scolo, — consessus senatorius ordinetur. || Ver sk. — vardi lyriti, omitt. F.

(h) logvm.] C. E. G. M. P. lofvm (laufum E.) of logum, venias dandi & leges ferendi. || Fr. c. logretto, senatui praesidendi (v. *forte*, leges reformandi).

(i) midivm pollvm.] B. Fr. c. & e. midpollvm, id.

(k) velia.] Fr. e. vilia.

5) Midivm pollvm.] *Non improbo hanc lectionem, nisi de vno eodemque scamno; si autem* (midir pallar) *eadem intelligantur quae* midpallar, *placet: quemadmodum Edda Sæm. vocat siluam* myrkvan vid *pro* myrkvid. *Tabulata siue scamna senaculi erant tria, omnia quatuor angulorum vnum, extra alterum justo interstitio. Medium autem scamnum in plurali dici potest* pallar *respectu quatuor laterum. Hujus senaculi dispositionis meminit I. Arnes.* Isl. Rættergang. G. Pauli, *vernaculâ. Quocunque demum respectu noster dixerit* midivm pollum *v.* midpollvm, *quod idem valet; secundum descriptionem sedilium in senaculo, quae in Gragas exstat, id non nisi de vno eodemque scamno potest accipi, eô nimirum, quod medium erat inter intimum & extimum, ibidemque in Singulari* midpallr, *necnon infra Cap. CXXIV.* medalpallr *dicitur. Hoc ex eo patet, quod vnusquisque, qui jus in senaculo sedendi & de legibus atque republica disputandi habuit, duos ex sua tribu viros adducere debebat, quorum vnus ante eum, alter post eum adsiderent, quod non potuissent, nisi ipse in scamno intermedio sederet.*

A. C. senaculo) etiam (l) quintum judicium habeatur. Quod si consessores senatorii
1004. non consentiunt, quas res (m) permittere aut (n) legibus cauere velint, discessionem in sententias faciunto, & sic praeualeto pars frequentior Si quis
p. 151. verò fuerit extra senaculum, (o) qui copiam intrandi non habeat, sibive injuriâ videatur affectus, interdicat, ita vt in senaculum exaudiatur: quô interdictô (p) omnia, quae dederunt (senatores) priuilegia, omnesque quas (q) indixerunt leges, irrita reddidit, idque interdictum valeat. Dein Skaptius Thoroddi filius quintum judicium, omniaque (r) suprà recensita vocauit in legem. Quô facto ad jurisdicundi rupem itum, nouique pontificatus instituti; & hi quidem in prouincia boreali, pontificatus Melmannensis in Midfiördo (s), atque Laufæsingensis in Eyafiördo. Tum Niall, postulato silentio, (t) Compluribus, inquit, notum est, quid (u) filios meos inter & Griotaënses euenerit in caede Thrainis Sigfussonii: quâ tamen de causa (v) decidimus; jamque (x) ego Höskulldum (y) suscepi educendum, eique vxorem, si quem

(l) fimtardómr.] *Sic omnes codd. praeter* A. & D. *qui legunt*, V. dómendr, *quod, si enuntias* fimtardómendr, *idem fuerit*.

(m) lofa.] G. Fr. c. hafa, probare.

(n) í løg leida.] Fr. e. løgleida.

(o) at.] E. G. Fr. c. & e. er. || B. ok, neque intr. copiam habet.

(p) øll lof.] B. øll løg, id. Fr. c. allt lof.

(q) þeir mælltv.] C. E. G. L. M. P. han mællti, quis indicebat.

(r) þat er vpp var talit.] Fr. c. & e. þetta sem nú var talt, modò rec.

(s) þat tók vpp Oddr Ofeigsson, quem suscepit Oddus O. f. *add.* B. Fr. c. & e. *Hunc pontificatum gessisse Oddum testis est Bandamanna Saga, sed multò posterius vixit (Oddus), quam ut eundem primus suscipere potuerit; fortasse nondum natus*. G. Pauli, *vernaculâ. Sed potest fuisse alius ejusdem nominis & forte gentis, quam de quo citatus liber.*

(t) mørgvm.] F. øllum, Omnibus.

(u) sonvm.] Fr. c. oss sonom, me filiosque.

(v) þó sættvmz ver.] id. var sett, transactum esse.

(x) hefi ek nú tekit.] Fr. c. ec tócr me Hösk. suscepisse.

(y) syni Þráins, filium Thr. *add.* id.

ſi (z) quem obtinuerit pontificatum, conciliaui; at ſuum nemo vult (a) alienare: quapropter a vobis peto, (æ) mihi vt permittatis nouum Höſkulldo pontificatum Hvitaneſi conſtituere. (b) Hac re ab omnibus celeriter impetratâ, mox nouum Höſkulldo pontificatum Hvitaneſi inſtituit: ex eôque Höſkuldus (c) denominabatur *Pontifex Hvitaneſius*. Poſtquam ex Comitiis domos reditum, Niall parum diu morabatur domi, ante quam Svinafellum in orientem profectus cum filiis (d), de petitione vxoria Floſium compellaret: qui omnia (e) praeſtaturum ſe, quae recepiſſet, affirmauit: moxque Hilldigunna deſponſa Höſkulldo eſt, diesque nuptiis dictus. Qua re ſic inter ſeſe confectâ, primò domum, dein ad nuptias redierunt: tumquè Floſius (f) omnes nuptae pecunias, abſoluto conuiuio, expeditè numerauit. Bergthorshvalem (Höſkulldus & Hilldigunna) ſe contulerunt, ibique (g) ſubſequentem exigebant annum: amicèque omninò Hilldigunna & Bergthora conuixerunt. Proximo autem (h) vere Niall fundum (i) Vorſabæienſem coëmit & Höſkulldo tradidit, ipſeque (k) demigranti eò (l) familiam omnem conduxit. Et tantum inter vtrosque (m) ſtudium interceſſit, nihil vt quisquam eorum rectè deliberatum judicaret, niſi (n) alteri alteros conſuluiſſent.

A. C. 1004. — 1005.

(z) godord nokkvt.] id. ſer g. ſibi adquirit. *Mox omittit* en — godord.

(a) ſelia.] C. ſ. honom, ei vendere.

(æ) mer *om.* Fragm. c. Id. læyfit *pro* loſit.

(b) þat.] id. þat lof, Qua venia.

(c) hann *omittit* id.

(d) vk Høſculldr, & Höſkulldo, *add.* id.

(e) efna.] F. hefna. G. enda.

(f) út allt fe hennar, *omitt.* Fr. c.

(g) en næſtv.] id. þau.

(h) várit.] C. E. G. P. ſumarit, (proxima) aeſtate. M. hauſtit, autumnô.

(i) Oſſabæ.] B. *ſemper* Vorſabæ, *Landnama-bok conſentiente.* K. O. Oſabæ.

(k) bygdvm.] B. til bygdvm. F. Fr. c. búnadi. || E. P. bygdir, rem familiarem (domicilium) eo transferenti.

(l) hión] E. P. hiú.

(m) dátt.] Fr. c. margt, tam frequens — familiaritas.

(n) hverr redi; vid annan vm.] C. E. G. M. P. þeir redi (reidi) allir um, omnes capita conferrent.

A. C. 1005. ſent. Sic & Höſkulldus diu (o) habitabat Vorſabæii, vt (p) honorem vtrique vtrorumque ſuffulcirent, illum Nialſonii (q) proficiſcentem comitabantur, mutuaque familiaritas eò vehementiae proceſſit, vt quolibet autumnô inter ſe domum inuitarent, (r) amplisque mactarent muneribus: quod & (s) diu continuabant.

p. 152.

Cap. XCIX.

(t) Caedes Höſkulldi Nialſonii.

Lytingus nomen erat homini, (villam) Samſtados inhabitanti: cui vxor fuit nomine Steinvöra, filia Sigfuſi, ſoror Thrainis. Vir erat (u) ſtaturâ grandis & fortis, diues opum, ſed (v) ingenio malè tractabilis. Idem conuiuium aliquandò in villa ſua Samſtadis apparauit, ad quod Höſkulldum (x) & Sigfuſſonios rogauerat; qui & omnes illuc aderant, ſimulque Granius Gunnaris, Gunnarr Lambii & Lambius Sigurdi filius. (y) Habebant domicilium in (villa) Hollto Höſkulldus Nialſonius ac mater, quod hic ex Bergthorshvale frequentare ſolebat, ducente via, quam itauit, per ſeptum villae Samſtadienſis. Höſkulldo filius erat nomine Amundius, qui (z) ex vtero matris viſu orbus, magnâ tamen fuit ſtatura (a) validisque viribus. Lytingo fratres

(o) ſidan, poſtea, *addit* K. & *mox*, Voru Niálsſynir þar laungum, Ibique Nialſonii frequentes erant.

(p) annarra ſæmd.] E. P. annars mál, cauſam — juuarent.

(q) længom, jugiter, *addit* Fr. c.

(r) gáfv ſtórgiafir.] B. g. ſtórgiafar. F. gáfuzt giøfum, dona inuicem darent.

(s) miøk, admodum, *add.* F. Fr. c.

(t) Dráp.] Fragm. c. Víg.

(u) vexti, *omittit* id.

(v) illr vidreignar.] I. K. L. N. O. Q. S. ódæll, importunus.

(x) Hvítanesgoda, *add.* Fr. c. & e.

(y) átto bú.] E. P. bíuggu, habitabant.

(z) borinn.] Iid. fæddr.

(a) øflvgr.] Iid. ſterkr.

fratres II. fuerunt, alter Hallſteinn, alter Hallgrimus nomine: homines (æ) A. C.
importuniſſimi, qui apud (b) fratrem aſſidui agebant; nam alii ſe ingenio eorum 1005.
nequibant accommodare. (c) Die conuiuii Lytingus tum foris erat, tum introgrediebatur: ſedem verò ſuam acceſſerat, cum quae ſub dio forte fuerat, mulier ingreſſa loquitur: Nimis procul abfuiſtis, (d) vt ſplendidum illum hominem, vbi ad (e) villam perequitabat, adſpiceretis. Quis ille ſplendidus, inquit Lytingus, quem tu loquere? Höſkulldus Nialſonius, ait illa, villam hanc praeterequitauit. Hic Lytingus: Is villam noſtram crebrò praeteruehitur; neque id mihi nullam injungit aegritudinem. quare me tibi, Höſkullde (f), comitem fore polliceor, ſi patrem tuum vlciſci vis, ad Höſkulldum Nialſonium occidendum. Höſkulldus contra: Hoc nolo, inquit; (g) ſic enim Niali educatori meo gratiam, quàm par eſſet, ſecus referrem: tu verò, quod me ad conuiuium vocaſti, ſaluus ſis nunquam! & ſurgit illico a menſa, equos (*) curat adducendos, domumque repetit. Tum Lytingus

---

(æ) úreidvrmenn.] B. E. F. K. P. Fr. c. & f. úeirdarmenn, C. M. úeirumenn, inquietiſſimi (intemperantiſſimi). G. óæ-rumenn, id.

(b) brödvr.] Fr. c. brædr. *Etiam Ablat. caſu, quamquam rariſſimo.*

(c) vm daginn. en ſtvndvm gekk hann inn. hann gekk til ſætis ſíns — mællti.] Fr. c. lavngvm vm ꝛc. jugiter conv. d. || I. K. L. N. O. Q. S. Vm dag-inn (Einn dag) er menn ſátu at bodinu (bordum) kom ein verkkona inn á Sám-ſtodum ok ſagdi. Die (quodam) conuiuii (cum diſcumbebatur), quaedam operaria, quae Samſtadis erat, introgreſſa loqu. || C. E. G. M. P. jafnan um daga. en ſtundum gekk han til ſtarfs manna. han ſetz (nú) í ſæti ſitt. þá kom ꝛc. plerumque interdiu L. f. er. modò recognitum opus domeſticorum (*l.* ad operarios) digrediebatur. jamque ſedem &c.

(d) úti at ſiá er, *omittit* Fr. c.

(e) gard.] G. tún.

(f) mágr, adfinis, *add.* F. Fragm. c. & f.

(g) lavna ek þá verr en vera ſkylldi.] I. K. L. N. O. Q. S. ſkal ek eigi ſva (illa) lavna, neque eam (adeo malam) gratiam N. ed. m. referam.

(*) let.] Fr. f. bad, adduci juſſit.

A. C. ad Granium Gunnaris filium: Tu, quum Thraînn caedebatur, adfuisti, quae
1005. res tibi memor est, puto: tu item Gunnarr Lambii, atque (h) tu Lambi Sigurdi gnate. Volo nos hominem, flexo in vesperam die, (i) adeamus & perimamus (k). Nequaquam, ait Granius; nullus ego Nialsonios vi aggrediar, neque compositionem a bonis viris factam violabo. eadem etiam vter-
p. 153. que illorum, nec non Sigfussonii responsa reddidêre, (l) consiliumque coepêre discedendi. Postquam (*) hi aberant, infit Lytingus: (m) Liquet (n) omnibus, nullam obtinuisse me de caede Thraînis leuiri mei satisfactionem; at ego nunquam acquiescam, illi non parentari humano sanguine. Mox comites appellauit sibi fratres duos atque III. famulos: eunt (o) viam Höskulldi insessum, & in humili quodam loco (p) boream versus a villa considentes ad (q) medium vesperae (horam sextam) praestolantur. Tum Höskulldô ad illos aduectô, omnes cum armis subitò exsistunt, eumque impetunt. se verò tam (r) pulchrè (s) tutabatur, vt eum diu nequicquam superarent. Vltimùm tamen eò res perducta, vt, manu Lytingi vulneratâ, binisque famulorum hujus interemtis, caderet. senis denis eum vulneribus confecerunt, at caput non praeciderunt. Mox arbusta ab (*) oriente (t) Rangae petebant, ibique delitescebant. Hoc vespere ipso pastor Hrodnyae Höskull-

---

(h) þú, tu, *addit* Fragm. c. & f.

(i) rídim.] C. rádim, adoriamur.

(k) er han rídr (kemr) heim, quum domum iuerit, *addunt* C. G. M. E. P.

(l) ráds.] Fr. c. ráð allir, cons. omnes.

(*) þeir.] Fr. f. allir, omnes.

(m) vita.] id. vitd.

(n) allir, I. L. N. O. Q. S. gódir menn, hominibus bonis.

(o) leid.] E. P. veg.

(p) nordr frá gardi.] Iid. nidri med gardinum, ad sepimentum infra villam.

(q) þess er var midr aptan.] Iid. midraptans. G. miþs aptans.

(r) vel.] C. E. M. P. hardliga, G. vaskliga, acriter, strenuè.

(s) vardiz.] Fr. c. verst, tutatur.

(*) avstan.] Fr. f. sunnan, meridie.

(t) Rángá.] B. Hvcrá.

Höskulldum mortuum (u) nactus, domum tetendit, illique caedem filii nuntiauit. Mulier fatur: (v) Mortuum credis? anne caput abscissum fuit? Non verò hoc, inquit famulus. Illa: Rem extricabo, si inspiciam ipsa: & adhibe tu equum meum & (x) vectabulum. Is dicto mulieri audiens (y) omninò expediuit: atque mox eò se, vbi Höskulldus (z) jacuit, ambo deportârunt. Vulnera mulier contemplata, Sic res est, vti (a) augurabar, inquit, non penitus (æ) exspirâsse filium: & credo Nialem plagis grauioribus (b) mederi. Dein accipiunt (c) corpus & (d) vectabulo imponunt, ac Bergthorshvalem deuectum, ibi in ouile (e) inferunt, curantque, vt erectum ad parietem sedeat. Mox ambo ad aedes ipsas aggressi januam pulsant: (f) domestico quodam fores aperiente, mulier se oppidò ab latere hujus intrò (g) corripit, & ad (h) cubile vsque Nialis penetrat. quaerit, vtrum Niall vigilet? Respondet, sese (i) ad hoc dormiisse, nunc autem vigilare: at quamobrem, inquit, tu (k) adeò mane huc ades? Hrodnya fatur: Surge tu stratis ab aemula A. C. 1005.

(u) hafdi — fundit.] Fr. c. fann.

(v) mun hann daudr.] C. E. R. Fr. c. & f. Chh. eigi (ekki) mun ꝛc. Non verò mortuus est, credo.

(x) akfæri.] E. atfæri, quae eò pertinent.

(y) med ollu, *omittit* Fr. c.

(z) lá.] Fr. c. var, erat.

(a) mik vardi.] C. E. G. M. P. mer kom i hug.

(æ) daudr.] Fr. c. daudr vera.

(b) græda.] E. P. grætt hafa, medicatum esse.

(c) likit *omittit* Fragm. c.

(d) vagarnar.] C. vagirnar. B. Fr. c. f. & Chh. vagninn, vehiculo.

(e) draga.] Fr. c. báro.

(f) húskarl.] I. L. N. O. Q. S. húskona, muliere domestica quad.

(g) snarar ser.] F. Chh. pl. snaradizt.

(h) hvílu.] Fr. f. rekkio. E. P. lokhvílu, lectum clausum. C. E. hvilu (lokrekkio) dyrum, januam cubilis (lecti clausi).

(i) sofit hafa til þessa en sagdiz þá vaka.] Fr. c. — en vaka nú. Fr. f. — en nú hem ek vaknadr, nunc autem sum experrectus. || E. P. vakat til þessa, huc usque vigilauisse.

(k) sva snemma.] Fragm. c. á nottom, noctu.

A. C. 1005. aemula mea & egredere foras, (l) ſimulque vxor & filii tui, ad videndum gnatum tuum Höſkulldum. (m) Surgunt, foras exeunt. (n) Skarphedinn ait: (o) Capiamus arma & geſtemus nobiscum. nihil a Niale interpellati, (p) raptim intrant, & foras armati redeunt. (q) Praeibat Hrodnya, donec (r) ad ouile ventum eſſet; quò introgrediens, (s) caeteros jubet ſubſequi: (t) accenſâ lucernâ, Ecce hic, inquit, tuus, Niall, filius Höſkulldus; multa p. 154. corpore ſuo excepit vulnera, atque (u) nunc opus curatione habuerit. Niall verò: Exſtincti quidem in eo, ſed nulla ſpirantis documenta ſentio: tu autem quin ei funebre officium praeſtitiſti, quippe (v) nares adhuc patent? (x) Id Skarphedini faciundum reſeruaui, ait foemina. Accedit hic, & praeſtito fratri officio funebri; (y) patrem ſic alloquitur: A quô interfectum dicis? Cui Niall: A Lytingo Samſtadienſi caeſum credo eſſe atque fratribus. Hic Hrodnya: (z) Committo tibi, Skarphedinn, caedis vindictam fratris tui, ſperoque fore, te vt benè praebeas, licet hic materno genere impar fuerit: tuque vt in primis poenas perſequare. Bergthora ſuſcipit: Mirè ſe (a) habet ingenium veſtrum, qui homicidia quaedam (æ) paruis rationibus compulſi admit-

(l) ok ſva hon, *omittit* id.

(m) þav.] Fragm. c. þeir, (Niall & filii.)

(n) Skarphedinn — gengv út, *omitt.* F. & Fr. f.

(o) tavkv ver vapn vár ok høfvm.] Fr. c. høfom ver v. v. geſt. arma.

(p) hliópv inn ok, *omittit* id.

(q) fyrir, *omittit* id.

(r) at ſavda húſinv.] id. til ſauda húſanna, ad ouilia.

(s) þav.] id. þá (Nialem & filios).

(t) vatt.] K. varp.

(u) nú.] B. E. P. miøk, admodum.

(v) naſirnar] C. D. R. náſarnar, Fr. f. naſar hans, nar. ejus.

(x) þat — nábiargir, *neſcit* G.

(y) mællti vid fødvr ſinn.] E. P. gekk at faudur ſínum ok mællti, patrem ſuum adgreſſus loqu.

(z) fel ek á hendr.] B. E. R. Chh. — hendi. C. — høndum.

(a) farit.] K. varit. A. B. D. I. L. N. O. Q. S. kennt.

(æ) lítid.] E. F. I. L. N. O. P. Q. S. ekki, nulla re.

admittatis, sed (b) tanti facinoris vltionem vobiscum voluatis (c) longa A. C. haesitatione, sic vt eueniat nulla. & (d) rumor ad Höskulldum *Pontificem* 1005. Hvitanesium celeriter veniet, isque vos, vti res componatur, orabit, quod & illi dabitis: vnde jamjam, (e) si modò velitis, vltio est aggredienda. Tum Skarphedinn: Nunc nos mater nostra justâ hortatione incitat; (f) & carmen subdidit:

(g) Cognoscimus ensis consumtoris indolem
Nos vniuersi: contra vermium soli

U u Iniqua

(b) slíkt.] C. M. þetta, hujus.

(c) síðdit fyrir ydr sva at ekki verdr af.] G. 'se ek þat fyrir er ekki verdr af ydr, & praeuideo nihil a vobis effectum fore.

(d) spyrn koma til Havskulldar Hvítanesgoda.] B. er spyrr. koma Hoskulldr Hvítanesgodi, quam primum audierit, veniet Höskulldus Pontifex Hvitanesius.

(e) ráda ef þer vilit.] E. P. — ef skal, si debet. I. K. L. N. O. Q. S. ríða ef 2c. — iter est ingrediendum. B. F. & Fr. f. venda þegar í stad, res oppido aggredienda.

(f) *Hoc omnes codd. praeter* D. *nesciunt.*

(g) *Ordo verborum hujus carminis mibi talis est:* Kennvm giørfallir leygs þeygi. satt er at þetta linna landa 1) þollv, ne 2) þín likt favdvr mínvm α). haf hyrs gevmir mvn heiman, ef þat má spyriaz. stendr stríd af stála skyndi, 3) hinir bída verra β).

1) D. þollr. *sed Tradux ejusd.* þolle. 2) D. þinn. *quod, inuito tamen metro, hanc constructionem & sensum parit:* Kennvm giørfallir þinn leygs þeygi, linna landa þollr; satt er at þetta favdr mínvm, ne likt. cognoscimus omnes tuum *(Höscull-dum, sc. qui tibi acceptus est)* gladii consumtorem, auri domine *(mi pater!)*: non est hoc *(dare sc. copiam compositionis)* justum patri meo, neque *(aliis)* verisimile. *Potuit & sic Hrodnyam adloqui, & filium ejus intelligere. vnde,* ne likt landa linna þolle, neque simile auri domino *(quod non ulcisceretur), de semet ipso dixerit.* 3) D. hins. *Articulus praepos. qui sensum duarum vltimarum strophparum hunc omnino requirit:* Existit incommodum a festinatione armorum (ɔ: *pugna*); exspectant (*occisores fratris*) pejora, v. pejor sors manet *eos.*

α) *Per*

A. C. 1005. Iniqua res est dominam compositio,
Tuo nec similis consilio patris mei.

Neptuni

---

a) Per leygs þeygi *intelligit, puto, Höscnlldum pontificem. Per adpellationem mulieris* linna landa þoll, *vel Hrodnyam, aduersus quam iniquum dicit rem per transactionem sopiri: vel matrem suam, eique idem iniquum videri.* Þín líkt *f.* þínlíkt (*tui simile*) pro þer líkt (*tibi simile*) *ita dici puto, vt vulgò* þesslígt (*ejus simile*) *pro* þvílíkt (*ei simile*): *&* favdvr minvm *metri caussâ pro* fadir minn (*mi pater*). *Quod autem dissimile ait patris sui, hoc insipiens intelligi vult & inconsultum, praesertim in hac re, quae ad filium ipsius pertineret. Fateor quidem meam in hoc hemistichio vocum dispositionem videri insolentiorem, sed eam, quamuis vlteriori egentem illustratione, (quam temporis & lectionis meae angustia nunc omninò prohibent.) ideò tamen praeferebam aliis, quod nullis mutationibus, quamque minimâ transpositione absoluatur. Nec tamen omittenda, quam mecum communicauit Doctiss. Olauius Hypnonr, nimirum:* Kennvm giørvallir líkt leygs þin þeygi (ɔ: þægi) at favdvr mínvm. ne er þetta satt landa linna þollv. i. e. *Agnoscimus verisimile vt vir ille acceptet a patre meo (compositionem): neque (tamen) hoc justum est erga mulierem (v. videtur mulieri).* þin *pro* þinvrr, *arbor, dici potuerit vt* vin *&* vinr (*amicus*). *Addo:* Kennvm satt giørfallir linna landa þollv. erat þetta þeygi (ɔ: þeigi) líkt leygs þin, ne favdvr mínvm, *Nouimus sanè viros (Höscnldum sc. ac patrem): non verò hoc est dissimile viro illi, neque patri meo (illum compositionem petiturum, hunc copiam facturum). Item, substituto* þyn *pro* þín: Kennvm giørvallir landa linna þeygi, erat þetta satt þyn-leygs þollv, ne líkt favdvr mínvm, *Cognoscimus omnes auri consumtorem: neque hoc aequum est erga fluuii flammae* (auri) *arborem* (mulierem), *neque simile patri meo. Caeterum Cl. G. Pauli (a quo interpretatio cantilenarum in hoc libro, maximam partem Islandica, nunc demum peruenit ad me, cum haec prelo mandanda essent) priorem carminis partem non nisi pluribus mutatis intellexit, quamobrem ejus interpretationem hoc loco adjicere supersedeo. Posteriorem (β) verò sic in ordinem redigit:* Haf-hyrs geymir (*Höskulldus*) mvn heiman (rídandi) bída hins verra, ef þat ɴ. i. e. *maris ignis* (auri) *custos domô* (equitans) *pejus petet* ɔ: *quod minus expedit.* bída *accipit pro* beida, *vt* níta *pro* neita (*negare*). *Sed quidni ergo* mvn heiman rída (fara *l.* koma, *quorum vnum certè subauditur.*) ok bída, *domô abibit (veniet) & petet.*

Neptuni custos ignis abierit domô A. C.
[Huc], illa res ad aures si venit suas; 1005.
Existit a vibrante chalybem fortiter
Molestia: pejor sors erit exspectantium.

Subinde cuncti fratres excurrerunt: Hrodnya cum Niale ingressa aedes reliquum ibi noctis exigebat.

Cap. C.

Caedes fratrum Lytingi.

(h) Iam de Skarphedine ac fratribus dicendum, hos ad (i) Rangam rectà adscendisse; cum Skarphedinn ait: Subsistamus hic & (k) auscultemus (l), & silentiô (dein) procedamus; vocem enim hominum suprà propter amnem loquentium excipio. Vos autem, Helgi & Grime, vtrum solo cum Lytingo, an cum vtroque fratre suo congredi vultis? His affirmantibus cum Lytingo p. 155. solo malle se rem gerere: Hunc tamen, inquit, majus (m) pretium est vincere; qui si elabatur, aegrè mihi est: (n) me verò potissimè (o) confido facturum, ne praetereat (p). Sic nos, ait Helgius, hominem (q) aggrediemur, dum ejus potestas fiat, vt non exeat. Dein eò, vnde colloquentium voces (r) hauserant, ingressi, Lytingum & fratres juxta (s) riuum quendam consti-

(h) *Omissis*, Nu — at, I. L. N. O. Q. S. Þeir fara upp 2c. Adscendunt ad Rang.

(i) Rángár.] B. Þverár.

(k) hlyðvm.] E. P. hlustum. G. hlerum.

(l) til. síðan mællti han. (førum 2c.) moxque addidit: (proc. sil.) *inf.* C. M.

(m) veidrinn.] F. O. veidin.

(n) en ek — reki vndan, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(o) af oss, de nobis, *addit* F. & Fr. f.

(p) mer, (euadat) me, *addunt* Iid.

(q) ficfna.] B. E. P. ráda.

(r) þeir heyrdv.] Iid. C. &. R. Skarphedinn hafdi heyrt (heyrdi), Skarph. hauserat.

(s) læk.] B. F. beck.

A. C. constitutos animaduertunt. Skarphedinn riuum e vestigio transcurrit, (t)
1005. crepidine sabulosa vltra alueum excipiente, in qua superstabant Hallgrimus & fratres. huic femur ita percutit, vt pes deputaretur: altera manu Hallkelem corripit. Lytingus (u) punctim impetit Skarphedinem; at (v) Helgius jamtum interueniens, clypeum (ictui) objecit, sic vt in eo sisteretur ictus. (x) tum Lytingus lapidem (y) sublatum in Skarphedinem ingerit: quô solutus Hallkell, (z) & in summam crepidinem euadere conans, non alio modo, quam (a) demissis genubus eniti valuit: at Skarphedinn securi *Rimmugyga* obliquè in eum vibratâ, spinam ei dissecuit. Iam se vertit Lytingus in fugam: quem Grimus & Helgius insecuti, pro se quisque vulneribus afficiunt: verum elapsus iis peruasit amnem, & equos (æ) nactus effuso cursu pertendit Vorsabæium vsque. Höskulldus domi praesens, ab homine statim conuentus & (b) gesta edoctus: Haud insperatò, inquit, hoc tibi contigit; nam perditè insaniebas: & sanè (c) confiet hic quod vulgò ajunt, *Parum diu laetari caede occisorem* autumo (d) te nunc haud temerè dubitaturum, an vitam conseruare possis, necne. (e) Verum quidem, ait Lytingus, quod elapsus aegerrimè sim; sed velim tamen me Niali ac filiis vt reconcilies, sic

(t) ok í — megin, *om.* I. L. N. O. Q. S.

(u) lagdi.] Iid. skaut spióti, (in Skarphedinem) hastam contorquebat.

(v) Helgi kom — lagit] Iid. Skarphedinn skaut þá (þar) fyrir-skilldi, Skarph. clypeum ict. objecit.

(x) Lytíngr — Skarphedinn, *omitt.* Iid.

(y) annari hendi, altera manu, *addunt* C. G. M.

(z) Hallkell leypr — kniánvm.] I. L. N. O. Q. S. han suyr þá undan, se in fugam vertit.

(a) nidr.] E. P. vndir sik. B. á.

(æ) sinna, suos, *addit* F. & Fr. f.

(b) verkin.] F. vígin, caedes. B. slikt er í hasdi gerdz, quae acta fuerant.

(c) her sannaz þat sem mællt er.] I. L. L. N. O. Q. S. þat med sounu mællt, illud verè praedicatur.

(d) þer se nú.] Iid. sem þer þykki, te tibi videri meritò dubitare.

(e) Sva var — segir Havsk. *omitt.* Iid.

ſie vt mihi domicilium obtinere liceat meum. Ita fiat, inquit Höſkulldus: A. C.
mox equum eurat ſternendum, & (f) V. viris comitatus Bergthorshvalem 1005.
equitat. Interim Nialſonii domum reuerſi ſeſe quieti tradiderant. Höſkull-
dus Nialem celeriter conuenit, & vbi colloquium ingreſſi fuerant, ſic ei
fatur: Huc venio (g) adfini meo Lytingo deprecatum; (h) ille in vos graui-
ter peccauit, pacta violauit, filium tuum interfecit. Ad quae Niall: (i)
Lytingum puto videri ſibi magnas (k) poenas amiſſis fratribus dediſſe: at
ego ſi quam dedero (paeificationis) copiam, id faciam tuâ admodum cauſâ:
ae (l) tamen ante ineundam compoſitionem tibi denuntio, me fratres Lytingi
(m) jure caeſos judieaturum; nihilque ipſi (n) ſuis de vulneribus iri ſatis-
factum, ſed expendendam eſſe juſtam de Höſkulldi caede multam. Hö-
ſkulldus ait: Volo (o) arbitrium feras. & Niall: Hoc ex tua voluntate p. 156.
faciam. Numquid vis, inquit Höſkulldus, adeſſe filios tuos? cui Niall: (p)
Non per eos propius ad compoſitionem res venerit quam ante; ſed quam
ego feeero, hanc illi ſeruabunt. Tum Höſkulldus: Nos ipſi rem peragamus,
tuque pro filiis tuis ineolumitatem homini confirma. Fiat, inquit Niall.
Poſtulo, adjecit, vt CC. argenti pro eaede Höſkulldi ſoluat: at Samſtadis

(f) VI.] F. III. E. P. VII.

(g) fyrir Lytíngi mági minvm.] I. K. L. N. O. Q. S. ſátta (ſættar) ok grida fyrir Lytíng mág minn, reconciliationem & incolumitatem adf. m. Lyt. vt orem.

(h) hefir haun ſiórt afgert — ſon þinn.] lid. þótt han hafi illa tilgert, quamquam grav. peccauit.

(i) Lytíngr — ſinna, *omitt.* lid.

(k) afráð.] B. C. E. P. afroð. G. afhroð. F. hafa af hendum golldit i ꝛc. id.

(l) ek þer þó ſegia fyrir ſættina.] C. E. G. M. P. ek þó ſkilia fyrir ꝛc. id. I. L. N. O. Q. S. (ſá) hardr þikia, dura conditio videbitur.

(m) úhelgir fallit hafa.] F. vera úgilldir.

(n) ſár ſín.] id. ſik, de ſui laeſione.

(o) dæmir.] E. G. P. dæmir einn, ſolus arb. f. I. K. L. N. O. Q. S rádir einn fyrir þeſſu, ſolus tu vt conſulas hac in re.

(p) ekki mvn þá nær ſættinni enn ádr.] lid. øngvu mun þat varða, Id nihil refeiet.

A. C. maneat; quanquam ei ſalubrius duxerim, hinc vt diſtractô fundo demigret: non verò (q) eâ gratiâ, quod ego filiive mei fidem in eum ſimus violaturi; ſed quod fieri poſſe auguror, vt (r) in vicinia caput aliquis extollat, (s) dignus a quo ſibi metuat. ne autem (t) videar hominem tribu ſua interdicere, permitto hac in vicinia vt maneat; at ſuo ſolum periculo (id facit). Dein Höſkulldo domum reuerſo, Nialſonii ſomno ſoluti, patrem quid (hoſpitum) aduenisſet, percontantur. eo Höſkulldum alumnum adfuiſſe narrante, Ille, credo, ait Skarphedinn, pro Lytingo deprecatus eſt. Admodum, inquit Niall. Id vero, ait Grimus, malè factum. Niall contra: Non (u) protexiſſet Höſkulldus eum clypeo, (v) ſi tu, quum id tibi (x) negotii delegatum erat, occidiſſes illum. Skarphedinn excipit: Ne nos parentem noſtrum incuſemus. Caeterùm huc eſt addendum, quod hic facta compoſitio ſeruata porrò ſit ab vtrisque.

Cap. CI.
De mutatione religionis, & aduentu Thangbrandi in Islandiam.

995. (y) Inciderat mutatio Norvegiae principum: Haconi dynaſtae (z) fatis concedenti ſucceſſerat Olafus Tryggvii filius. Hic verò (a) exitus fuit Haconis dyna-

---

(q) fyrir því.] B. for því.

(r) ríſi ſá vpp í ſveit.] I. L. N. O. Q. S. ſe ſá, ſit (exiſtat) quis.

(s) vidſiávert.] Iid. & B. iſiávert.

(t) ſva þikkir.] E. G. ydr þ. vobis vid. F. þer þ. tibi v. C. M. honom þ. illi v. ſe.

(u) myndi Havſkvlldr.] C. E. G. M. P. mynda ek, ego protexiſſem.

(v) ef.] G. þó at, id.

(x) þat ætlat.] I. K. L. N. O. Q. S. þeſſ unnt, facere datum erat.

(y) Hofdingia ſkipti vard.] C. Þann tíma vard h. ſk. Eo tempore incidit.

(z) var lidinn vndir lok.] E. P. var frá, abſumto. G. fell í frá, occidenti.

(a) þav orløg.] B. C. E. F. M. P. þau æfilok, vitae exitus. G. ſú endalykt, finis.

dynaſtae, quod a ſeruo Karko Rimuli (æ) in Gölardalia eſt jugulatus. Porrò A. C.
(b) accipiebatur nuntius, commutatam eſſe in Norvegia religionem; pri-
ſcos (c) ritus a Norvegis repudiatos; (d) Regem verò Olafum Chriſtiana
fide (e) regiones occiduas, Hialltlandiam (ſcilicet), inſulas Orcades & Fær-
eyënſes initiauiſſe. Tum compluribus, ita vt Niall audiret, mirum quan-
tum eſſe dictitantibus, veterem antiquari religionem: Mihi verò, inquit ille,
noua iſta religio multò melior videtur; &, qui hanc praeter alteram adſe-
quitur, beatum arbitror: immò, ſi hanc in regionem adfuerint qui iſtum
ritum adnuntiant, (f) id negotium ſtudioſè promouebo (g). Idem ſaepè
omnium ſolus ambulans (h) aliquid mutiebat. Hoc autumno ipſo nauis
in prouincia Oſtfiördenſi in portum Berufiördenſem, qui Gauravicha vſur- p. 157.
patur, appulſa eſt. Thangbrandus nomine vocabatur nauarchus: qui huc
(in Islandiam) ab rege Olafo Tryggvii filio legatus erat fidem (Chriſtianam) 997.
annuntiatum. Comes illi fuit homo Islandus, nomine (*) Gudleifus; filius
Arii, (i) filii Maris, (k) filii Atlii, filii Ulfi (l) *Strabonis*, filii Högnii *Albi*,
filii

(æ) Gavlardal.] K. L. Gulárdal. K. *in marg. Gullſkinnam citans*, Godlardal.

(b) *Poſt* þar med, *add.* B. & F. þeſſum tídendum; Huic nuntio acceſſit & hic.

(c) ſid.] lid. C. E. Chh. átrúnadi, auitam religionem — repudiatam.

(d) komin í ſtadinn ſannr trúa ok heiløg ſkírn, receptam verò veram fidem & ſacroſanctum baptizma.

(e) Veſtrland.] *Ita omnes codd. praeter* C. G. & M. *qui* veſtrlønd, *meâ quidem ſententia, rectius legunt; ubi enim* Veſtrland?

(f) þat.] E. P. þann ſid, eam religionem.

(g) *Huc addunt* C. E. G. M. P. hann mælti þat opt, haec ille ſaepius.

(h) nokkut; *addit* F. (*poſt* þuldi).

(*) Gudleifr.] F. *ſemper*, Gudleikr. *vnde* Gudleigr *in Kriſtniſaga (ed. Hafn.) p.* 54.

(i) Máſsſonar.] *Omnes al.* Márssſonar.

(k) Atlaſonar.] I. K. L. N. O. Q. S. Aſlákssſonar.

(l) ſkiálga.] B. gamla, grandaevi.

A. C. (m) filii Otryggi, filii Oblaudi, filii Hiörleifi *Mulierosi* regis (n) Hördiae,
997 celebris idem homicida, vir (o) fortissimus, in omnibus negotiis acer. Tunc fratres duo Berunesi habitantes, alter Thorleifus, alter Ketill nomine, filii (p) Holmsteinis, nepotes Ózuris Breiddaliensis, habito conuenticulô, cum aduenis negotiari tribulibus interdixerunt. Qua re audita Hallus Sidensis (q), Thvattae praedii Alftafiördensis incola, properè cum XXX. viris ad stationem nauis profectus, Thangbrandum conuenit, & sic ei loquitur: Adeone parum (r) procedit mercatura? &, affirmante illo; Iam indicabo negotium meum, inquit (Hallus), quod ego vos omnes ad me inuitare volo, periclitaturus, si (s) mercari possim vestro nomine. Thangbrandus gratias egit: eodemque autumno se Thvattam contulit. Quodam die hic manè foras egressus, (t) tentorium curauit erigendum, missamque in eo cantauit magno cum splendore; nam festum erat celebre. Hallus a Thangbrando quaerit: In cujus memoriam hunc diem celebras? is respondet: (u) In Michaëlis memoriam, primi ordinis angeli. (v) Quae est, inquit Hallus, natura istius angeli?

(m) Otrygssonar.] E. P. Sigtrygssonar.

(n) Hørdalandz.] Iid. Hørda, Hördensium.

(o) hravstaztr.] C. E. G. M. P. ravskvastr.

(p) Hólmsteinss.] E. G. P. Hallsteinss.

(q) er fyrr var nefndr, supra memoratus, *addit* G.

(r) gánga.] E. G. P. gengr.

(s) keypt fyrir ydr.] C. G. K. M. kavp ꝛc. || F. keypt vid ydr, commercari vobiscum possim (mihi liceat). || I. L. N. O. Q. S. keypt mat f. ydr, cibaria vobis emere possim.

(t) skióta landtialldi.] C. E. Chh. sk. tialldi. B. F. sk. ser tialldi, sibi tentor. G. reisa tialld.

(u) í minning Michácls høfud-Engils.] F. Mikácl engill á daginn, Michaëlis angeli haec dies est.

(v) hvat fylgir engli þeim? s. H. margt gott.] E. G. K. P. hvør rauk fylgia e. þ. s. H. mørg, Quinam sunt caracteres istius angeli? inquit H. Multi, ait Thangbr.

geli? Thangbrandus: Multimodis bona, ille, quod tu cumque (x) recte A. C.
feceris, aeſtimat; tantaque in eo gratia eſt, vt, quicquid (y) ipſi placet, 997.
pluris (quam ſit) faciat. Tum Hallus: Velim ille mihi (z) vt fautor eſſet. & Thangbrandus: Hoc impetrare poteris; & (a) eâ gratiâ te illi Deoque hodie dica. Eam verò legem injungo, addit Hallus, vt tu pro angelo ſpondeas, eum fore meum (æ) adjutorem (ſectatorem). Spondeo ſanè, inquit Thangbrandus. tumque Hallus cum familia omni baptizatus eſt.

Cap. CII.

De itineribus Thangbrandi.

Subſequenti vere (b) Thangbrandus adnuntiatum iit (c) Chriſtianam religio- 998.
nem, Hallo comite. Ubi autem Stafafellum, occidentem verſus a (deſerto)
Lonsheida, ventum eſſet, Thorkell, ejusdem villae incola, fidei Chriſtianae p. 158.
cum primis reclamans, Thangbrandum popoſcit in arenam. tunc Thangbrandus (d) ſignum crucis ante clypeum protendit; ſicque certamen euaſit, vt victoriam, occiſo Thorkele, reportaret. Inde (e) in Hornafiördum profecti,

X x

(x) vel.] G. K. bædi gott ok íllt, ſiue benè, ſiue malè. || vel, *neſcit* F.

(y) honom þikkir vel.] E. G. P. vel er gert, rectè factum,

(z) vin.] E. P. vardalls engli, angelus tutelaris foret.

(a) þá.] G. K. í valld, in poteſtatem ejus Deique te hodie addice.

(æ) fylgiv-engill.] B. giætzlu engill, F. vardhallz engill, angelus tutelaris.

(b) fór Þángbr. at boda Kriſtni ok H. med honom.] F. bad Þ. at menn ſkylldu ſkíraz ok taka vid trú. ok fóro þeir H. veſtr í ſveitir. Th. vulgò hortabatur, vt populus baptizari ſe ſineret, fidemque reciperet (Chriſtianam). Ipſeque & Hallus in pagos occidentales iter ingrediebantur.

(c) Kriſtni.] C. E. G. Chh. trú.

(d) róþukroſs.] E. P. kroſs.

(e) *Ante* til *addunt* I. L. N. O. Q. S. ſudr úr Skardal ok, auſtrum verſus ex Skardalo.

A. C. fecti, Borgarhafniae pernoctarunt, ab (f) occidente (g) Heinaberglandi. Illic
998. habitabat Hillder *Grandaevus*, cujus filius erat Glumus, qui cum Flosio ad cremandum (Nialem) ibat. Religionem Hillder ac tota familia recepêre. Inde in Fellzhuerfum progressi noctem Kalfafelli manebant. id praedium inhabitabat Kolus filius Thorsteinis, cognatus Halli. hic (h) fidem (Christianam) cum omnibus domesticis suis amplectebatur. (i) Hinc (k) Svinafellum ibant. Flosius prima signatione acceptâ, se Comitiis (l) homines adjuturum pollicebatur. Hinc occasum versus Skogahverfum petierunt, & Kirkiubæii nocturno hospitio vtebantur: vbi (m) Svartus habitauit, (n) filius Asbiörnis, filii Thorsteinis, filii Ketilis (o) *Fatui*; qui vnà cum his majoribus suis omnibus religione Christianus fuerat. Postea Skogahverfô decedentes, Hôfdabreckam processerant: cum, rumore aduentus eorum percrebrescente, hominem, qui Hedinn *Veneficus* nomine, Kerlingardalum incolebat, ethnici mercede corruperunt, vt Thangbrandum & (*) comites (p) ad mortem daret. Ille igitur in desertum Arnarstakkicum adscendit, magnumque ibi sacrificium (veneficium), proficiscente Thangbrando ab oriente, perpetrauit: adeo

---

(f) vestan.] B. austan, oriente.

(g) Heinabergssand.] E. P. Heidabergssand. G. K. Heinabergsland.

(h) trú.] B. primsigning, primam signationem — admisit.

(i) *Hic inserunt* C. E. R. Chh. Padan fóro peir til Breidár. ok bió par Auzurr (Gissur N.) Hróalldzson (Hallsson. L.) frændi Halls. han tók vid primsiguing. (ok het at fylgia ꝛc. F. & L. *omissis* padan — primsignsug. en). Inde Breidam petiverunt, ibique habitabat Özurr filius Hroalldi, cognatione Hallo conjunctus, idem primam admisit signationem (seque pollic. illos in com. adj.)

(k) Svínafellz.] G. Sveinafellz.

(l) het at fylgia peim.] B. Hallr het at f. honom, eum (Thangbr.) adjut. Hallus pollicebatur, *malè*.

(m) Svartr.] C. E. G. Chh. Surtr.

(n) Asbiárnars] E. P. Asbrandzson.

(o) fiflska] F. finzka.

(*) føruneyti hans.] F. lid hans allt, comitatum ejus omnem.

(p) deyda.] G. K. drepa, occideret.

adeo vt ſub equo hujus dehiſceret terra. at ipſe raptim exſiliens ab equo in crepidinem voraginis euaſit, ſolô equum cum toto apparatu ſic hauriente, nunquam vt viſus inde ſit. hic Thangbrandus Deo gratias agebat. A. C. 998.

Cap. CIII.
De Thangbrando & Gudleifo.

Mox Gudleifus Hedinem *Veneficum* quaerit, & in loco montano repertum vſque (q) Kerlingardalum inſequitur, hominique intra teli jactum propinquans, eum contortâ haſtâ (r) perfodit. Hinc Dyrholmos profecti, acto ibi conuentu, fidem Chriſtianam (s) praedicarunt, eâque tum Ingialldus, filius Thorkelis *Turduli* Haëyrenſis, initiatus eſt. Hinc in Fliotzhlidam perrexerunt: vbi illis fidem annuntiantibus (t) Veturlidius *Poëta* cum filio Ario maximè refragabatur; (u) qua de cauſa Veturlidium peremerunt, deque ea re hoc exſtat carmen:

(v) Adgrediebatur, rubicundis qui gerere iras p. 159.
Expertus clypeis fuit, auſtrali in regione,

 Arjetis,

(q) Kerlíugardal.] C. E. G. K. M. P. Kerlíngardals á, amnem in Kerlingardalo.

(r) vk í gegnvm hann.] G. K. flygr þat í ꝛc.

(s) bvdv.] I. L. N. O. Q. S. bodadi Þángbrandr, praedicabat Thangbr.

(t) Vetrlidi.] B. F. Veſtlidi.

(u) *Haec & carmen neſcit* F.

(v) *Verba hujus carminis ita in ordinem redigo* α): 1) Ryd- 2) randa 3) fiónar reynir 4) gekk 5) ſvdr á 6) landi (at) hallda 7) ſiktólvm í 8) bodnar ſmidiv 9) bærs 10) balldrs. 11) Sídan lét 12) hialldr-ſniallr 13) ſidreynir β) 14) mord-hamar 15) gialla í hattar 16) havdrs γ) 17) ſtehia 18) Vetrlida ſkálldi.

1) P. Ríd, procellae. *vnde* randa ríd-reynir, bellator. 2) G. randar. *ſingular*. 3) E. fióner. P. fiónir. || I. L. N. O. Q. S. frónar. *malè*. 4) Iid. fekk, adigebatur v. ei contigit. 5) E. P. ſverd. *Ergo*: gekk hallda ſverd-fiónir ſigtólvm, iit exercere hoſtilitates gladiatorias armis militaribus. 6) I. L. N. O. Q. S. landit.

A. C. Arjetis, in fabricam quâ copia fuſa poëſis,

998. [Vulnifici] domino mauortia porgere tela.

Ritus

landit. *Accuſatiuus pro Ablatiuo, quomodò ſaepe Snorr. Sturl.* || Fragm. h. ſandi, (in) deſerto ſabuloſo. *falſum: vid Kriſt-niſag. ed. Havn.* p. 54. 7) C. E. G. K. M. P. ſigtólvui. B. ſigrtølum. I. L. N. Q. S. ſigtaulum (ſigtølum). || O. ſig-tiallda, ſcutorum. (*vide var.* 10.) 8) bod-uar, *ex codice* G. || A. *&* *pl.* bóna, E. K. bæna, precum (officinam), ɔ: pectus *vel* caput. || N. P. bana. Berr *vocabulum eſt arietis, qui &* halliuſkídi *appellatur; hoc iterum nomen Heimdalli, vnius de Aſis: vnde* bers *ſ.* bærs bana ſmidia *erit* caput; *Heimdallus enim capite humano occiſus traditur.* ſmidia (fabrica) *pro ipſo* inſtrumento *poeticè capi poteſt. Hanc explicationem potiſſimùm probat Doctiſſ. G. Magnaeus. Caeterum hoc modo* Balldrs *fuerit ſemiplena* viri *adpellatio: v.* balldrs ſiktól *ſ.* arma quae Balldrum vicerunt, *nihil aliud quam* gladius, *qui poëticè vocatur* miſtilteinn; *hôc enim interfectus eſt Balldrus.* || B. Fr. h. L. búna, paratam, ornatam. *fortè pro* brúna, ſuperciliorum, *quorum fabrica ɔ: domus eſt* caput. *Vide mox not. α).* 9) B. C. G. bers, id. || M. bars. E. P. bæs. K. bergs. I. L. N. O. S. berg. Q. berdi (bóna). Fr. h. bætrs v. bætts. *vitioſae, vt mihi videtur, lectiones.* 10) O. Balldr (ſigtiallda) pugnator. 11) K. *ita 5 effert ſtropham:* nivu ei ſidreynir ſídan, Nonne —? 12) B. G. Fr. h. I. L. N. O. Q. S. hialldrs. 13) E. P. ſigreynir, pugnae expertor, bellator. G. ſóknbeidir, (impetûs) pugnae poſtulator. 14) D. moldharamar (*rectius* moldarhamar), & I. K. L. N. O. Q. S. Fr. h. molldhamar, malleum, quo contunditur & comminuitur. 15) Fr. h. Q. gialldа, gratiam referre (*pœnas ſumere fecit ſecurim ab Veturlidio*). 16) G. N. havdr, id. *Vel, ſi mauis,* ſniallr hialldrs Haudr, acer bellator. || Q. haudri. *vnde,* í hattar ſtedia havdri, in pilei incudis (*capitis*) ſolo (*humeris clangere ſecurim fecit*). 17) G. ſteidia. 18) Fr. h. Veſtlida.

α) *Contrà cl. G. Pauli:* Randa rydſiónar reynir gekk ſudr á landi í búna bød-balldrs (ɔ: Odins) ſmidiu (til at) hallda (á) ſig-tólum. Sídan let ſniallr ſigdreynir mordhautar gialla Vetrlida ſkálldi í hialldr-Havdrs (ɔ: Odins) hattar ſtedia. *Vel:* gekk í búna bøds ſmidiu (bød-ſmidiu) (til at) hallda ſig-Balldrs (Odins) tólum (ɔ: vopnum) ꝛc. Búna, *paratam, a rebus neceſſariis inſtructam. Poteſt etiam eſſe* bodna *ɔ: apertam, oblatam.* Bón *vero &* bæn *nihil hic ad rem, neque magis* Bodn, *vas mulſae Suttungi gigan-*

Ritus deinde facri moderator ftrenuus armis A. C.
Mortiferum tuditem clangores edere fecit 998.
Ingeftum pilêi regionis in ardua fulcra
Veturlidii, apollineâ qui nobilis arte.

gigantis. Et porro, bods í búna fmidiu; *quia occafio dabatur. Si vero placuerit* bøds *l.* bauds, *neutrius generis oportet fit* bød, *quod alias folet effe foeminini (lat.* bellum). *fic autem* s *poteft euphonicum effe, quando metrum aut euphonia non admifit* bød- í búna-fmidiu, *fi Tmefis locum haberet.* Sidreynir *&c. Sine dubio* figdreidir, *gladii vibrator l. eleuator: initiô fuit* randa rydfiónar reynir; *quare non erât poetae, hic idem crepare.* Hialldr-Haudrs hattr, *galea, cujus* ftedic, caput. *Per totum tenet Allegoria. Haec ille. Mihi vero* 7o bodnar *metri cauffâ recipiendum in Textum eò videbatur, quod jufta in ceteris ftrophis omnibus confonantia obtinet: quamquam* bona *&* bæna, *quod ad fenfum, probae omninò fint lectiones.* Bodn *autem pro ipfo* mulfo, *quod continebat, i. e.* poëfi, *Metonymicè capio. caet. vid. Ind. Krift. nifag.* Bød *nihil ad rem, & nefcio fanè, qui doctiffimus vir obtrudere nobis velit lectionem, quae non modò in nullo exemplari Nialsf. reperitur, fed & fuo loco admodum fufpecta eft: Neque dignatus fit mentionem facere* bærs *&* bers, *quae, licet parum plana, tamen retinenda funt, & idem valent. Nimirum* berr *(aries) fynonymum habet* blær, *quod &* gladii *nomen (vide Eddam in Nomenclaturis gladii & arietis): vnde* bærs *f.* bers Balldr *viri (pugnatoris) adpellatio.* Berr *etiam poteft effe vocabulum* vrfi; *nam &* Bår *Germanis, & foemininum* bera *& mafc.* berfi *nobis adhuc in vfu funt, neque non verifimile,* berr *etiam fuiffe majoribus noftris. Hoc modo* berr *pro nomine proprio* Vetrlidi *(quod & vrfum denotat) pofitum effet.* Balldrs figtól *vid. fub var.* 8). *β)* Sidreynir.] *Nulla hic emendatione opus; caedes enim Veturlidii ambobus, Gudleifo & Thangbrando imputatur, ita in carmine, vt in praecedenti narratione: ille primum aggreffus eft ferrum impingere vel in caput vel in pectus Veturlidii: hic deinde* (fidan, *vox non exigui hic momenti,) fecurim clangere in cervicibus ejus aut humeris fecit (forfitan, eum fecuri percuffit). Vide fis Kriftnif. ed. Havn. p. 54. not. 69 γ)* Haudr *n. g. propriè* terram *denotat, facitque in Genit.* haudvrs, *Dat.* haudri, *Acc.* haudur. *hic igitur non Afi nomen, quod in Gen. habet* Haudar *v.* Hauds, *Dat.* Haud *v.* Haudi, *Acc.* Haud. *neque pro hoc accipi poteft nifi per fimilitudinem. Mihi ergo* hattar haudr *(f. folum pilei)* caput, *& ejus* ftedi *(fulcrum)* ceruix *aut* humeri.

A. C. 998. Hinc Thangbrandus Bergthorshvalem tetendit: Niall cum omni familia amplexus religionem est. Mördus autem & Valgardus valide (x) intercedebant. Atque hinc Thangbrandus & comites (y) vltra amnes progressi, & Haukadalum venientes, Hallum puerum (z) trimulum baptizarunt. Inde in Grimsnesum processit: vbi Thorvalldus (a) Veilius (infirmus), coactâ aduersus Thangbrandum hominum multitudine, ad Ulfum Uggii filium misit, vt adiret illum & interficeret, eumque hoc carmine prouocauit:

(æ) Yggi paludamentum ego Ulfo muneri
Mittam, bellique suscipiendi nuntium,

(Mihi

(x) gengv.] I. L. N. O. Q. S. mælltu, contradicebant.

(y) út.] B. C. E. G. M. P. vestr, occidentem versus trans. F. *contra*, austr.

(z) iii. vetr.] I. L. N. O. Q. S. þrevetra.

(a) hinn veili.] Iid. Væli.

(æ) *Ordo verborum in hoc carmine mihi talis est*: Ek mvn senda 1) Ulfi Uggasyni 2) Yggs 3) biálfa α) 4) ok endils 5) bod β), (mer er stvgglavst vid stála 6) styri.) at hann fyrir-reki 7) geitis γ) gnyskuta 8) argan 9) godvarg 10) þann er 11) ofrignir 12) vid ravgn. 13) ek man (*sc.* reka) annan.

1) E. P. Ylfi. 2) B. G. Ygs. D. Uggs. K. Fragm. h. Ugs. *Quae idem valent quod* Yggs: *nisi mauis* ygs *s.* vgs *Genitiuum esse ab* ygr metuendus, *&* *hic epitheton piratae Endilis* || I. L. M. N. O. Q. S. Vígs, pugnae. *Quae lectio, vt &* ygs, *cl. G. Pauli maximè probatur, ita construenti*: endils biálfa ok vígs bod (thoracem & pugnae v. violentae adgressionis mandatum); *caeteras vitii damnat.* || E. Ulfs v. Alfs. P. Ulf. Endilsbiálfa úlf, thoracis lupum (hostem) ɔ: telum. 3) E. F. biálba. 4) F. als hendis (bod) absolutum. 5) P. bed. Endils bed nauim *quidem denotat*, *sed quid huc?* 6) F. stióra (*v.* storra) id. 7) I. L. N. Q. gnyskytta gettis, M. gnyskitta geitis, id. O. gnyskipti geitis, bellatorem. || B. gnyskúra gæti, militaris nimbi custodem (*praeliatorem*). E. P. gnyskúta gætis, bellatoris. *corruptè.* || Fragm. f. F. gnystærir (gnysterir) geira, strepitûs hastarum auctor (multiplicator). 8) Fr. h. arga. 9) G. guds vargs. *casu Genit. sensus ergo*: reki gudsvargs geitis gnyskuta, fuget hostis dei (*Thangbr.*) hominem comi-

(Mihi intercedit cum gubernante chalybem A. C.
Offenfio nulla.) qui creatus Uggio: 998.
Vt alta Geiteris jacientem murmura,
Hoftem Deorum perditiffimum [alterum]

Illum,

comitem (*Gudleifum*). 10) G. sva at vid tøgn lofrigui, Sic vt deuotae Diuis hostiae cadant. 11) C. E. K. M. P. ok (pro of), *Ego profligabo alterum illum* (*Gudleifum sc.*) *qui* etiam *Diis maledicit*. 12) vid omitt. I. L. N. O. Q. & regn *pro* ravgn *legunt*, *quod idem est*. 13) B. C. E. en ek ꝛc. verùm ego. D. Chh. en mvn ꝛc. Fr. h. en mvnk ꝛc. id. Fragm. f. en ver annan, F. en ver mvnvnr annan, nos verò alterum.

α) Yggr, *nomen Odini*; biálfi, *sagum* (*pelliceum*): yggs biálfi, thorax. *Hunc Thorvaldum Ulfo muneri misisse, licet alibi nulla mentio facta sit, tamen pro certo habendum: quamquam verisimilius duxerim* clypeum *ab eo missum, quando thoracium vsûs in Vitis Islandorum admodum rara est memoria: certè vt egregium munus thoracem, ad suscipiendum rem periculosam*. β) Endill, *regis piratici nomen*, *quod pro ipsa re quam hic exercuit, belli sc. gestione, per Metonymiam capi posse non dubito: atque hinc* Endils bod *pro nuntio militari v. mandato belligerandi*. *Alias* endils bod *significare possunt* ferium *nuntium l. mandatum*. endill, *Adjectiui modò*, *decretorius*, *ab* enda *finio: quemadmodum* ſendill, *celer* (*missilis*, *mittendo idoneus*), *a* ſendi. γ) Geitir, *nomen gigantis*; gnyrr, *synonymum* vocis *l sermonis* (*in Edda*): *vnde* Geitis gnyrr, aurum. *Gigantes enim Thiassius, Idius & Gangus auri copiam a patre Ölvalldo relictam ita diuidebant, vt ori suo deinceps inditum metirentur* (*Edd. Fab. LIV.*): *ita crepitus auri, dentibus gigantum allisi, quasi ipsorum vox erat*. Skuta *non* ſkúta *lego*, *idque mihi idem quod* ſkyti (*Gen.* ſkytia) *jaculator*: & *postquam* u *pro* y *scribi coeptum*, i *etiam euphoniae caussâ neglectum: quemadmodum Nostrates nunc dicunt* bryta (*promum condum*) *pro Veterum* brytia. *Aliter Doctiss. Ol. Hypnon*, gnyſkúta gæti ɔ: nauis custodem. gnyrr, *pro synonymo* giálfr, *mare*: ſkúti l. ſkióti, *equus*. *At Cl. G. Pauli*: at hann reki gud-varg þann — fyrir argan (á *subaud.*) Geitis (*reguli marini*) gnyſkúta, *vt hostem Deorum* — *ob* scandalum *l.* irritationem *hominum* in nauim *abigat* (*repellat*). Skúti (*masc.*) *vt* ſkúta *in foem. vocatur* ráſákr *in responso Ulfi carm. sequ. At, pace Doctiss. viri, si* ſkúti *vt* ſkúta *celocem denotaret*, Geitis gnyrr *hic foret cassum*, *aut* Geitis gnyſkúti, *nauis militaris*;

A. C. 998.

Illum, qui dicit in Deos-injurias,
Profliget ille, profligabo ego alterum.

Ab oppofito Ulfus hoc cecinit carmen:

(b) Admitto nullus, vt de re quadam tenus
Aequa [ad me] mittat nimbi Harbardi concitor,

Inden-

---

taris; *quae Thangbrandi nulla erat. Ego verò, si* Geitir *pro rege pirata caperem, ejus* gnyſkúta clypeum *intelligere mallem, verbaque ſic diſponerem*: at han reki — fyrir-Geitis gnyſkúta, *agat (Thangbrandum)* — *ante clypeum*, ɔ: *infeſtis ſignis propulſet.* Skúti *enim ſaxorum, grumorum, parietum &c. prominentia, ſub qua animalibus refugium a tempeſtatibus imbribusque datur: adeoque poëticè de clypeo dici poteſt, vt quô pugnantes tempeſtatem praelii defendunt a ſe.*

(b) *Ordinem verborum hujus carminis hunc recepi*: 1) Tekka ek, 2) þótt 3) Harbardz 4) elbodi α) 5) ſendi 6) ſvuız β) ſaun, 7) vid 8) tauna 9) hvarfs 10 hleypi 11) ſkarfi γ) 12) vea fiardar δ). 13) Ráſaka ε) 14) ræfiun, þó at ravng mál ero ζ) 15) á gángi, 16) ſe ek 17) fyrir mínv meini. 18) míuligt η) 19) gina 20) at flvgv θ).

1) Tekka, *probam lectionem Textui* A. *reſtituo. Ita &* D. *&* G. tekkat, id. || B. getkada *(imò* get kada), Fr. f. getka, Fr. h. get kvad, E. P. geckada, I. L. N. O. Q. gekka, Non agnouerim (l. acceperim). || F. K. M. O. gekk ek, agnoui (accepi)? 2) Fr. h. þó at. O. þó. || E. þá er, P. þá (ſendi), cum. 3) B. K. Hagbards. *Nomen* regis piratici, *cujus* el, pugna. *Aliter* G. Paulii þótt ſaun-bodi Hagbards fiardar vea els ſendi. Hagbards ve, nauis *l.* naues: Hagbards fiardar-ve (ſ. domicilium maritimum piratae) *per Pleonaſm.* idem. Herſkipa el, pugna: *cujus* bodi (bodandi *l.* bióðandi) *Thorvalldus*, *hic* incitans. || E. P. Hábards. F. Hardbrádz. M. Harkads. I. L. N. O Q. hardbraſt. *vitioſae lectiones.* 4) G. ſaunelbodi. || F. ellboda. K. elldvirdi. *vid. var.* 6) || I. L. M. Q. elludi, N. elldudi. Harbards ellr *ſ.* elldr-gladius, udi ɔ: unni, amator (ſtudioſus). || O. elſandi. *obſc.* 5) Fr. h. ſyndi, oſtenderit (*rem eſſe quadam tenus aequam*, *vt*, *ſc. perimam Thangbrandum*). || O. ſucki, pergraecetur (tumultuetur). 6) R. K. ſundz, freti. *Quae lectio (melior ſanè, quod ad metrum) hunc verborum ordinem requirit*: Tekkat ek vid tauna hvarfs hleypi ſkarfi Harbards ſaun-vea fiardar (*l.* vea ſaun-fiardar), þótt ſendi ſundi

Indendum valli dentium volatile, A. C.
Rerum ſacrarum turbatori noxium. 998.

Yy Quam-

ſundz ellboda (elldvirdi) *i. e.* non recipio alitem qui immitteretur in os (*meum*) Harbardi verorum ſacrorum (*verae religionis*) turbatori (*l.* ſacrorum vero turbatori) noxium, quamquam mittat freti ignis (*auri*) oblatorem (aeſtimatorem) ɔ: *hominem*, *nuntium*; v. mittat ad me (*l.* mihi *donum*). *Vel, vt vult doctiſſ.* Ol. Hypnon. Tekkat — ſkarſi ſvndz ellboda, Þótt ſendi Harbardz vea ſiardar ſann. — quamquam mittam juſtam poëſeos talionem. Harbardz veaſiordr, *erit* poëſis, *alibi* Diaſiordr *dicta*. || B. ſvinns, I. L. N. O. Q. ſvins (*quamquam quidam* ſvíns). Svidvrr Odini nomen. *vnde* ſvinns *l.* ſvins elbodi, pugnator. || P. ſvns, aperto, manifeſto (vea ſiardar, *ſacrorum l. pacis diſturbatori*). || E. ſvnr, videns (*periculum ſc. quod jubeſt*). || Fr. f. ſverdz (elbodi) gladii (tempeſtatis ɔ: *praelii* oblator). 7) Q. med, id. *eleganter*. 8) F. Fr. f. L. ranna. Vea ranna, ſacrariorum. || K. manna. Vea manna, pacis hominum. *Sed ita vacat* hvarfs. 9) Fr. h. hvarf. *Vnde cl.* G. Pauli: Tekka ek í ſundr tanna hvarf vid hleypi ſkarſi, non aperio os (*meum*) accurrenti aliti. *At nuſquam reperitur* 7d í ſundr, *tantum* ſundur *in Kriſtniſaga ed. Skalh. p.* 11.

|| Fr. f. Q. hverfs, inconſtantis, varii. 10) K. hleypaſkarſi. || I. L. M. N. Q. hleiſiſkarſi. *obſcurè.* || O. hliſarſiarſi, clypei opus. *malè.* 11) Fr. f. ſkarbi. || G. karſa, cyprinum (nauim *ex ore hominis emiſſam*) ɔ: carmen. 12) F. veſiardar, id. || K. Uggaſiardar, I. L. N. Q. Iſaſiardar, O. Uſaſiardar. *corruptae lectiones.* 13) F. reſáka. Rer, rex piraticus, *cujus equus* nauis. 14) Fragm. f. rækir, id. || K. ræki. *Dat. caſu. Hinc ordo*: Era (*pro* erv) ráſáka ræki múnligt, þó at ravng mál ágangi. ek ſe ſyrir mínv meini (at) gína at ſlugv, Non eſt mihi incommodum, quamquam peruerſa negotia invaleant. video portendi meum malum, ſi inhio *huic muſcae.* Ol. Hypnon. || I. L. N. rækium, F. rekum, *plur. eundem ſenſum ac* ræki *admittunt.* || B. C. D. E. G. rækim. *indigna bonis codicibus lectio: quam tamen vnicè probat* G. Pauli, *hoc modo*: þó at rækim ráſáka, erv ravng mál á gángi, licet arceamus naues, (tamen) injuſta ſunt (ea) negotia. Ráſáka, *Enallage numeri. Item*: rækim á ráſáka *v.* ráſák á, Pellamus (eos) in naues *l.* nauem. *Haec explicatio priori quidem ipſius reſpondet (ſub not. γ. pag.* 351 *), ſed neutram illi inuideo.* 15) B. á

A. C. 998. p. 160.

Quamuis, antennis praediti equi diligens!
Injusta [nunc] in motu sunt negotia.

Proui-

B. á gavngv, id. L. á gengi. || F. ígavngv. *Vnde ordo*: Þó ſe ek fyrir mínv meini, at mál erv-ravng ígavngv; praecaueo sanè meum damnum (periculum), quia (*haec*) negotia sunt injusta (indigna), in quae descendam. 16) Fr. h. ſer ek. 17) R. Fr. f. vid miklv meini, (caueo) magnum malum. 18) Fr. h. mínlikt. Fr. f. minnlikt. K. meinligt. || O. mun: lik. 19) gína, *omnes codd. praeter* A. & D. *qui* ginna *corruptè legunt*. 20) at *omittunt* E. G. & P.

1011. & ex illo memet (t) accepiſſe ſimulabo. (u) Sic ſanè cura tu, ait Skarphedinn. ſeque cum fratribus & Kario domum retulit. Eò peruenientes, nuntium caedis Niali attulerunt. Lamentabilis (v) hic nuntius, inquit is, atque (x) hanc rem ſcire miſerum eſt; etenim, vt (*) verum fatear, hoc mihi
p. 171. tantam (y) moeſtitiam exhibet, vt duos perdidiſſe filios meos, quam non (z) viuere Höſkulldum, potius ducam. Skarphedinn ait: Hoc meritò ignoſcendum; tu ſenex es, vnde credibile eſt (a) animum tuum grauiter affici. Niall verò: Atqui haec non minor quam ſenium eſt cauſa, quod ego (æ) quam vos, quid ſit conſecuturum, exactius noui. Tum Skarphedinn: Quid (b) conſequetur? Mea ipſius mors, ait Niall, & conjugis meae, omniumque filiorum. Ibi Karius: Quid verò de me diuinas? Cui Niall: Arduum (c) fuerit vindicibus tuae (d) felicitati occurrere; tu enim (hac) omnes eos (e) ſuperabis. (f) Iſta res vnica erat, quae tantam Niali aegritudinem attulerit; vt mentionem ejus niſi lacrymabundus facere nunquam poſſet.

CAP.

(t) taka.] B. hafa. F. Fr. h. fretta.

(u) fardu ſva med víſt.] I. L. N. O. Q. S. giørdu ſvo, fac ita.

(v) eru þetta, *omittit* S.

(x) er ſlíkt — ſegia at, *om.* I. L. N. O. Q. S.

(*) ſatt.] C. E. G. P. ſannligt.

(y) um trega, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(z) lifdi Havſkulldr.] C. E. G. M. P. væri H. á lifi, in vita eſſe H.

(a) þer falli nær.] I. L. N. O. Q. S. þ. f. ſyn, te vt deficiat viſus. *ſed quid hoc ad rem?*

(æ) gerr enn þer, *omittunt* iid.

(b) eftir koma.] Iid. þat vera, illud eſſe credis?

(c) veita.] Iid. vera, fuerit.

(d) giptu.] F. gæfu.

(e) drygari.] *Omnes praeter* A. & D. driúgari.

(f) ſiá — ſva at, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

CAP. CXIII.

A. C. 1011.

De Hilldigunna & Mördo Valgardi filio.

Expergefacta (g) Hilldigunna, & Höſkulldum (h) comperiens ab (i) lecto abeſſe; (k) Grauia, inquit, (l) neque bona fuerunt quae ſomniaui: quare vos, (mei,) Höſkulldum quaerite. Itur per tecta exploratum, neque inueſtigatur. Tum illa veſtes induta ſe ad (m) ſeptum adfert, II. famulis comitantibus: ibi Höſkulldus offenditur caeſus. Commodùm adeſt opilio Mördi Valgardi filii, Nialſonios inde modò adſcendiſſe nuntians: & me, (inquit,) ciebat Skarphedinn, caedemque (n) ſui operis eſſe profitebatur. Pulchrum eſſet hoc facinus, ait mulier, ſi quis vnus (o) deſignaſſet. Adhibita togâ, & (p) abſterſis vndique vulneribus, cruorem togae inuoluit, hancque ita complicatam in ſcrinium (q) depoſuit. Mox Griotam mittit, qui perferret eò nuntium. Ibi verò Mördus jam aderat, & factum modò narrauerat. Aduenerat etiam eò Ketill a Marka. Quem Thorgerda ſic eſt allocuta: Iam Höſkulldus, quomodò (r) nos nouimus, mortuus eſt: quare tu nunc memento, quod puerum ſuſcipiens educandum recipiebas. Ketill ait: Poteſt quidem vt ego tunc (s) valdè multa ſpoponderim; neque enim hos (t) dies, jam qui

(g) í ſkálanum, in dormitorio, *add.* G.
(h) fann.] O. ſá, videns.
(i) rúminu.] B. I. K. L. N. O. Q. S. hvílunni. F. reckiunni.
(k) hardir hafa draumar verit.] F. hardar (*non* hardir) ero draumar.
(l) ok eigi godir, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.
(m) gardſins.] *Omnes praeter* A. & D. gerdisſins.
(n) á hønd ſer.] I. L. N. O. Q. S. á ſik, id. *rariſſimus loquendi modus.*
(o) at verit.] E. P. gert, feciſſet.
(p) þerdi.] I. L. N. O. Q. S. þurkàdi.
(q) ſína, ſuum, *add.* B. C. E. R. M. P.
(r) vid vitum.] E. P. þú veizt, ſcis.
(s) ærit.] C. M. nógu, ſatis. R. hellti, nimis.
(t) dagar.] G. atburdir, caſus.

A. C. 1011. qui (u) inciderunt, (v) exstituros credidi: verum & ipse redactus ad angustias sum; nam *contiguus est nasus oculis*, cum vxor mihi sit filia Nialis. Thorgerda quaerit: Visne vt Mördus manifestet caedem? Dubito, inquit Ketill; (x) nam (y) ab eo malum (z) quam bonum pluribus contingere judico.
p. 172. At Mördô cum Ketile (a) verba faciente, vsu ei quod aliis venit, vt (æ) Mördum sibi fidum arbitraretur: atque hinc decretum est, vt idem palam faceret homicidium, causamque in jus deducendam omninò praepararet. Mördus igitur Vorsabæium descendit: quò & IX. vicini, proximè locum caedis habitantes, conuenêre. (b) ipse (c) X viris comitatus, (d) vulnera Höskulldi colonis monstrat, hosque vt eorum testes sint adpellat; singula vulnera singulis personis adsignat, praeter vnicum, (*) quod qui inflixisset, scire se (e) dissimulauit; (f) hoc verò ipse (g) intulerat. Skarphedinem caedis ipsius patratorem pronuntiat, vulnera fratribus & Kario adscribens. porrò illos IX. viros loco caedis proximos ad Comitia vniuers. domô citat. Quô factô domum rediit. postque Nialsonios vix vnquam conuenit, (h) idque, cum forte accidisset, stomachosè: quod & pacti inter se fuerant. Caedes Höskull-

---

(u) ordnir.] F. komnir.

(v) verda.] Id. yfirkoma.

(x) þvíat — gott, *absunt ab* C, & M.

(y) fleirvm þikki mer — gott.] I. K. L. N. O. Q. S. fáir munu gott af honom hlióta, paucis bonum ab eo contigerit.

(z) enn gott.] E. enn ekki gott, at nihil boni.

(a) taladi.] E. P. kom til tals.

(æ) sva þótti — trúr.] I. K. L. N. Q. S. han trúdi Merdi, Mördo crederet. || en þegar — til þings, *nescit* O.

(b) Mørdr — ser *desunt in* F.

(c) x. men.] B. ok menn, quoque (*aliquot*) comites habebat.

(d) fim, quinque, *inserit* O.

(*) því] B. C. E. G. P. þat.

(e) eda sæi, aut vidére, *addit* K.

(f) því.] B. C. E. G. P. *rursus*, þat.

(g) sært.] G. sært sárit, int. vulnus. || F. gert, fecerat.

(h) en þá styggt.] B. C. E. G. P. en þó st. id verò. F. enda var iafnan stvtt med þeim, id.

Höſkulldi per omnes tribus diuulgata, viruperationem ſubiit. (i) Nialſonii A. C.
ad Aſgrimum Ellidagrimi filium profecti, (k) ejus patrocinium implorarunt: qui, 1011.
Debetis, inquit, ſpem habere certam, me vos in omnibus negotiis (l) gravioribus adjuturum: verum enimverò difficultatem hìc praeſagit mihi animus; multi enim ſunt caedis vindices, illaque (m) totius populi ſermone grauiter vapulat. Dein Nialſonii domum rediêre.

Cap. CXIV.

Genealogia Gudmundi *Potentis*.

Vir erat nomine *Gudmundus Potens*, qui Mödruvallis, praedio Eyafiördenſi, habitabat: filius Eyolfi, filii Einaris, filii Óduni *Glabrionis*, filii Thorolfi (n) Smiöris (*Butyri*), filii Thorſteinis (o) Skrofii (*Imbecilli*), filii Grimi Kambanis (*Sancti*). Mater erat Gudmundi nomine Hallbera, Thoroddi (p) Hialmi (*Caſſidae*) gnata. Hallberae autem genitrix nominabatur Reiginleifa, filia Sæmundi Aebudenſis, a quo (territorium) Sæmundarhlida in Skagafiördo nomen trahit. Parens Eyolfi, patris Gudmundi, fuerat Valgerda, Runol-

(i) þeir Niálsſynir fóro — bádo.] K. Niáll fór — bad, N. profectus — imploravit.

(k) ok bádo hann lidveizlo. — heim.] I. K. L. N. O. Q. S. han het þeim (honom) ſinni lidveitſlu, en kvad (ſer) þó þúngt hug (hugr) um ſegia. qui ſuum illis (illi *ſc. Niali*) patrocinium promiſit, tamen dicens animum (ſibi) hac in re grauiora praeſagire.

(l) ſtærrvm.] E. G. P. ſtærſtvm. *ſuperlatiuo*.

(m) allar ſveitir.] C. E. G. M. P. øll herud, per omnes tribus.

(n) Smiørs.] I. N. O. Q. Snorraſonar.

(o) ſkrofa.] B. ſkrøvo. F. ſkrufa. E. P. ſkrufv. G. ſkavfa *l.* ſkæfa.

(p) hiálms.] M. Hiálmsſonar. C. Hiálsſonar.

A. C. Runolfô nata; Valgerdae (q) Valbiörga; Valbiörgae autem Iorunna *Non-*
1011. *baptizata*, sancti Osvalldi regis filia. (r) Mater Einaris, patris Eyolfi, fuit Helga Helgii *Macri* filia, qui Eyafiördum primus occupauerat. (s) Is Helgius erat filius Eyvindi *Orientalis* & Rafortae, filiae Kiarvali regis Hibernorum. Mater Helgae, filiae Helgii, fuerat Thorunna (t) Hyrna (*Cor-*
p. 173. *nuta*), Ketilis Flatnefi gnata, filii Biörnis Bunae, filii Grimi Sogniae Ducis. Grimi parens Hervöra, Hervörae autem Thorgerda, (u) Haleygô rege Halogiae nata. Uxor Gudmundi potentis nominabatur Thorlöga, filia Atlii *Robusti*, filii Eilifi Ôrnis (*Aquilae*), filii Bardi, (v) filii Ialsketilis, (x) filii Refi, filii Skidii *Longaeui*. Mater Thorlögae, Herdisa nomine, fuerat filia Thordi (y) ab Höfda, filii Biörnis Byrdusmiöris, filii Hroalldi, filii Hrodlögi (z) *Tristis*, filii Biörnis Iarnsidae (*ferrei lateris*), filii Ragnaris Lodbrok, (a) filii Sigurdi Hringi (*Annuli*), (æ) filii Randveris, (b) filii Radbardi. Mater Herdisae, Thordi filiae, fuit Thorgerda Skidii filia: Thorgerdae verò Fridgerda, Kiar-

---

(q) Valbiørg.] C. E. R. K. M. P. Valborg. B. Vilborg.

(r) *Hic inserunt* E. P. G. C. Módir Jórunnar (Orunnar, Onnunar) var Hervør (Hern C. E. Bera G.) dóttir Játmundar (Edmundar G.) konungs ins helga.

(s) Helgi — Hálogalandi, *omittunt* F. K.

(t) hyrna.] C. kyrna.

(u) Háleygs.] G. Helga.

(v) Jalsketilssonar.] D. M. Jálketilss. I. L. N. O. S. Játketilss. F. K. Járnketilss. || B. E. P. Jarls. Ketilss. || C. G. í Al. Ketilss. *Quod rectissimum puto, nam & sic omnia* Landnam. *exemplaria praeter vnicum* 6.

(x) sonar *omnes alii codd. omitt.*

(y) at.] F. í, in. *Sed.* at *nesciunt* B. I. N. O. S.

(z) hryks.] F. Heggs.

(a) Sigvrdars. — konvngs, *omittit* F. & K.

(æ) Randvessonar.] G. Rannvæss. B. Rannvissonar.

(b) Rádbardzs.] B. Rodbertzs. G. Rábiartzs. || Rádbards *conuenit magis linguae Norvagicae*. *Conf.* Torf. *Ser. Reg. Dan.* p. 212. 162. *lin.* 6. G. Pauli.

Kiarvali regis Hiberniae gnâta. Erat Gudmundus inter magnates celeberrimos, diuitiis potens, vt (c) C. domeſticis (d) vteretur. Omnium (e) in prouincia boreali primatum dignitatem occupabat (obtrectauit), vt partim ſedes ſuas, partim pontificatus amitterent ejus operâ; quin ipſe quosdam e medio tolleret. Ab eodem celeberrimi ac lectiſſimi viri in Islandia oriundi: quales Oddverii, Sturlungi, (f) Hvamverii, (g) Fliotamanni, & Ketill Epiſcopus, multaque ad hoc (h) maxima nomina. Amicus erat Gudmundus Aſgrimi Ellidagrimi filii: quare hic ab illo patrocinium ſperauit. A. C. 1011.

Cap. CXV.

De Snorrio pontifice genereque ſuo.

Vir erat nomine *Snorrius*, agnomine *Pontifex*. Is Helgafellum inhabitauerat (i) antequam Gudruna Oſvifi filia hoc praedium ab eo coëmiſſet, quae ibidem (k) ad ſummam ſenectutem habitabat: tunc autem Snorrius in Hvamsfiördum demigrauit, & Sælingsdalstungam incolebat. Pater ejus nominabatur Thorgrimus, filius Thorſteinis Thorſkabiti (*aſellorum captatoris*), filii Thorolfi Moſtraſkeggi, filii Örnulfi Fiſkrekii (*piſcium actoris*). (l) Arius

(c) C. hióna.] E. P. margt h. multis dom.

(d) ok alldri fera (færri), nec paucioribus vnquam, *add.* F. & K.

(e) land.] C. E. G. M. P. Öxnadalsheidi, boream verſus ab via montana Öxnadalenſi (habitantium).

(f) ok Þorvardr Þorarinsſon, *inſer.* C. E. P. *Vide ſis Indic.* 4. *Hiſt. Eccl; Isl.*

(g) Fliótamenn.] B. Fliótveriar.

(h) meſtv.] B. F. K. beztu, optimo.

(i) ádr Gvdrún — bió i Sæl.] I. L. N. O. Q. S. & K. *in margine* Gullſkinnam *citans*: lengi. en han bió hinn efra (efſta) hlut æfi ſinnar í Sæl. diu: per ſuperiorem (ſupremam) autem vitae partem in Sælingsdalstunga habitabat.

(k) til elli.] Fr. h. ſídan, poſtea.

(l) en Ari — ſon.] I. L. N. O. Q. S. Klangsſonar. *malè.*

A. C. verò *Multiſcius* Thorolfum facit filium (m) Thorgilſi Reydarſidae. Vxor
1011. Thorolfo Moſtraſkeggo fuerat Oſka, Thorſteinis *Ruffi* gnata. Mater Thorgrimi fuit nomine Thora, filia Oleifi Feilanis (*Violae*), filii Thorſteinis (n) *Ruffi*, filii Oleifi *Albi*, filii Ingialldi, filii Helgii. Mater autem Ingialldi nominabatur Thora, Sigurdo *Verminoculo* nata, filio Ragnaris Lodbrok. Mater
p. 174. Snorrii *Pontificis* erat Thordiſa (o) Suris filia, ſoror Giſlii. Magna Snorrio cum Aſgrimo Ellidagrimi filio interceſſit amicitia; vnde (p) hic ab illo ſperabat adjumentum. Islandorum, qui non (q) erant praeſcii, Snorrius omnium fuit ſapientiſſimus. In amicos beneficus (r), in inimicos ſaeuus. Eo tempore quam plurimi ex omnibus prouinciis Comitia petiuerunt, multaeque actiones inſtitutae vulgò fuerant.

Cap. CXVI.
De Floſio Thordi filio.

Floſius, audita Höſkulldi (s) caede, ingenti ſollicitudine (t) mouebatur & iracundiâ: ſe tamen moderatiſſimè gerens, atque nuntium de inſtituta poſt (u) homicidium accuſatione ſibi allatum (v) ſilentio ferè transgreſſus: ad ſocerum ſuum Hallum a Sida mittit ac filium ejus Liotum, vt magna cum frequentia hominum in Comitia adforent. Erat Liotus omnium in orientali prouin-

(m) Þorgils.] F. O. Þorgríms.

(n) ravda.] B. Ravds.

(o) Súrsdóttir.] E. P. Syrsdóttir.

(p) ætladi hann þar til lidveitzlv.] id. hugdi þar til vináttu.

(q) vorv.] G. v. kalladir, audiebant.

(r) ok heilrádr, ac benè conſulens, add. id.

(s) mágs ſíns, adfinis ſui, add. F. K.

(t) fær.] id. aflar.

(u) víg Havſkvlldar.] G. Hoſkulld vm vígſakir, caedem Höſkulldi act. homicidii.

(v) lagdi hann ſátt til.] B F. K. let han ſer ſátt vm finnaz, parum probans.

prouincia ſpei optimae: de quo vaticinium tulit, ſi ternis aeſtatibus ad Comitia iter faciens, domum ſoſpes rediſſet, fore, vt omnes (x) ſui generis principes dignitate ac longaeuitate antecelleret: tunc autem ſemel ad Comitia iuerat, nunc (y) iterum profecturus (z). Miſit Floſius ad Kolum Thorſteinis filium & Glumum filium Hillderis *Grandaeui*, (a) filii Geirleifi, filii Önundi Töſkubaki; atque Modolfum Ketilis filium: qui & omnes ad eum coiuêre. Promiſerat quoque Hallus numerum grandem hominum adhibere. Floſius (primum) iter Kirkiubæium vſque habuit, ad (æ) Surtum Asbiörnis filium. Tum Kolbeinem Egilis filium ex fratre nepotem qui acciret, mandabat: (b) quô adueniente, Höfdabreckam inde petiit. Hic (c) Thorgrimus *Splendidus* habitabat, filius Thorkelis *Pulchri*. Is a Floſio rogatus, vt ad Comitia ſecum iret, profectionem recepit; illique ſic locutus eſt: Saepè tu, vir illuſtris, quam nunc, (d) laetior fuiſti; tametſi, quod ita ſit, facile ignoſcendum eſt. Floſius reſpondet: Scilicet ea res (e) mihi nunc accidit, vt (f) omnes facultates meas in id impenderem, (g) ne eadem eueniſſet: hic vt malum A. C. 1011.

(x) i ætt ſinni.] C. E. G. M. P. ſinna frænda, cognatorum ſuorum.

(y) aunat.] E. P. ann. ſumar, altera aeſtate.

(z) til, eð, *addunt* Iid. & C.

(a) Geirleifsſonar Aunundarſonar.] B. Geirolfsſonar Aſmundarſonar. || C. Geirleifi ſyni Aumundar, Geirleiſum filium Ön. *Haec lectio rectiſſima videtur reſpectu temporis quô vixit Önundus Töſkubac; ab hoc nimirum ad pugnam ſingularem prouocatum eſſe Hroarem Pontificem a Tunga, qui vxorem habuit ſororem Gunnaris ab Hlidarendo, memorat Landn. ed. Havn. p.* 313.

(æ) Surz.] B. F. K. Svartz.

(b) ok kom han þar.] C. E. P. ok Mödólfi Ketilsſyni ok Kol Þorſteinsſyni ok komu þeir allir til hans. *vitioſè.*

(c) Þorgrímr ſkrauti.] F. Grímr ſvarti (niger).

(d) gladari] B. gladligri, hilariore vultu.

(e) at hendi.] B. F. til (til handa).

(f) mína eigu alla.] F. mikla eigu mína, magnam facultatum mearum partem.

(g) þat hefdi eigi framkomit.] E. P. þetta hefdi alldri vid borit (til borit, at hendom borit. B. F.), vt haec res nunquam accidiſſet. *Hic deeſt vnum folium ex E.*

A. C. malum semen est jactum, ita mala seges inde (h) pullulabit. Istinc viam
1011. montanam (i) Arnarstakkensem pertransiens vesperi Solheimos deuenit; &
p. 175. apud (k) Lodmundum Ulfi filium, qui illic habitabat, amicusque Flosii magnus erat, pernoctauit. Manè vero Lodmundus vnà cum illo Dalum iit (l); quam Runolfus filius Ulfi *pontificis* Eyrensis habuit sedem. Huic Flosius ita fatus est: Hic nos veram de caede Höskulldi *Pontificis* Hvitanesii (m) relationem accipiemus: nam tu homo verax es, & rem ipsam inuenisti: quare id omne credam, quidquid tu culpae narraueris (n) intercessisse. Runolfus: Non (o) est, inquit, quod (p) purgem caesum esse hominem multò innocentissimum: ejus interitum cunctus moeret populus, neque est, qui (q) quantum Niall ejus educator (*), indoleat. Sic, ait Flosius, interfectores subsidium aliorum difficiliter parabunt (r) & gratiam vindicum. Et Runolfus: Id fiet, credo, si nulla res aliud suadeat. Flosius quaerit: Quid jam (de caede) factum est? Citati cognitores, ait ille, patefactumque solemniter homicidium. Pergit: Quisnam id designauit? Respondet: Mördus Valgardi filius. Flosius porrò: (s) Quâ verò fide? Ille mihi cognatus est, ait Runolfus, sed tamen quod res est, de illo referam, pluribus ab eo malum

---

(h) gróa.] F. K. Fr. h. leida. P. verda.

(i) Arnarstaksh.] B. Arnardagsh.

(k) Lavdmvndr.] Pleriq. Lodmundr. F. Sølmundr.

(l) ok vorv þar vm nótt, & ibi (proximam) exegêre noctem, *add.* C. G. M.

(m) søgvr.] G. frettir.

(n) ordit.] P. hórit.

(o) þarf.] B. P. má, potest sub aliqua specie excusari.

(p) þat ordvm at fegra.] F. ordvm vm þat at fegia.

(q) iafnmikit.] F. verra, (quem) pejus (habeat quam Nialem alumnum illius).

(*) *Lacuna 1. folii in F.*

(r) ok eptir mælanda, *omitt.* Fragm. h. & P.

(s) hve trútt mvn þat.] C. hve trygt 2c. I. L. N. O. Q. S. hve trúr mvn han, quam fidus est ille (homo)? B. P. Fr. h. hversu trúir þú honvm, quantam tu illi fidem habes? || hve — þat, *omitt.* G. & K.

malum quam bonum importari, nunc verò te, Floſi, peto quaeſoque, vt A. C.
irae *) cedas, eamque rem (t) inceptes, vnde quam minimae (u) exiſtant 1011.
turbae: Niall enim aliique optimi viri conditiones ferent (v) egregias. Ad
haec Floſius: Tu ergo, Runolfe, adi Comitia; magnum ſcilicet (x) habitura
pondus verba apud me tua; niſi plus mali, quam oportet, hic impendeat.
Dein, finitô colloquiô, ſe profecturum ſpoſpondit Runolfus; & ad Hafurem
Sapientem cognatum ſuum miſit: qui & ſtatim ad eum veniebat. Hinc Floſius Vorſabæium petiit.

Cap. CXVII.

De Floſio & Hilldigunna.

Hilldigunna ſub dio conſtituta, Omnes, inquit, ſiſtunto ſe foris (y) famuli mei, Floſio (z) aedibus adequitante: ancillae verò cubicula (a) verrant, velis ornent, Floſioque ſellam eminentem (æ) inſtruant. Mox idem in aream inuehitur: obuiamque prodit Hilldigunna, inquiens: Saluus & ſoſpes ades, mi patrue; geſtit cor meum laetitiâ (b) aduentus tui. Hic nos, ait Floſius, (c) prandebimus (d), & poſtmodò hinc auehemur. Tum religatis equis, in
triclinium ingreſſus conſedit, ac (*) ſellâ eminentiore ab ſe projectâ (e) in p. 176.

ſcam-

*) ró.] I. L. N. O. Q. S. rúm.

(t) takir — vpp.] Fr. h. t. — af, id.

(u) ſtandi.] C. G. K. hliótizt, P. leidi, contingant, deriuentur.

(v) fyrir ſonu ſína, pro filiis ſuis, *inſerit* Fragm. h.

(x) mega.] C. G. ſtoda vin, valebunt, amice.

(y) heimamenn mínir.] G. K. menn.

(z) gard.] I. L. N. O. Q. S. tún.

(a) ræſta.] G. K. búa, praeparent.

(æ) búa.] Iid. gera, faciant.

(b) tilkvamu.] C. í tilkomu.

(c) eta dagverd.] C. G. K. mataz.

(d) í dag, hodie, *inſerit* Fr. h.

(*) háſætinu.] Fr. h. hægindinu, pulvinô — projecto.

(e) í pallinn, *omittit* P.

A. C. scamnum, loquitur: (f) Neque ego rex, neque dynastes; *) vnde nihil opus
1011. solium, quod insideam, constitui; neque (g) est, quod (h) ita ludibrio habear. Hilldigunna propè constituta suscipit: Aegrè mihi est si tibi displicet; hoc enim sincerô animô fecimus. Flosius verò: Si tu in me integro es animo, res ipsa, modò rectè fiat, (i) commendabit (k) se; si verò secus, ipsa etiam damnabit. Hic illa, (l) adsimulato risu, regerit: Nihil adhuc notabile: plus negotii habebimus inter nos, ante quam discedas. Mox Flosio consedit, amboque, semotis arbitris, diu colloquebantur. Postea sunt (m) adhibitae mensae: Flosius verò & comites (n) lautum eunt, ille aduertens (o) mantili oculos, id vndique discissum, & ab altera mutilatum (p) extremitate sentit: hoc igitur in scamnum abjicit, manus eô (q) abstergere nolens: & parte mappae abscissâ manus (r) tergit (s) sibi, eamque ad socios (t) mittit. dein consedit ad mensam, cibumque illos capere jubet. Hilldigunna triclinium intrauit, ac se coram Flosio sistens, capillos oculis imminentes repectit, fusis lacrymis. Ille sic fatur: (u) Nunc tu, neptis, magnopere

(f) hvarki.] I. L. N. O. Q. S. engi, Nullus.

*) þarf ekki at.] Fr. h. vil ek ekki láta, & nolo sanè sol.

(g) þarf.] I. L. N. O. Q. S. þarftu, est quod tu me ludibrio habeas.

(h) her, hic loci, *addunt* G. & K.

(i) lofa.] Iid. leysa.

(k) sik — sik.] I. L. N. O. Q. S. þig — þig, te.

(l) kalldahlátr.] G. K. kalldan hlátr. B. kalldahlátr þann. *Videtur hic abesse oportere pronomen* þann.

(m) tekin.] P. upptekin, erectae.

(n) lavgar.] C. M. P. handlavgar, manus l.

(o) handklædinu.] P. línklædinn, linteo. C. M. þerronni, tersorio.

(p) endans.] Iid. iadarsins, margine.

(q) þerra ser] G. K. þurka sik.

(r) þerdi.] Fragm. h. þurkadi.

(s) ser.] G. K. Fr. h. sik.

(t) kastadi.] G. K. fleygdi.

(u) skapþúngt er þer nú.] I. L. N. O. Q. S. hvat er þer nú svo skapþúngt, Quid adeo dolet tibi? er þú — mann, *omissis.*

pere animô doles, cum irà fleas; atqui (v) praeſtat lugere te bonum virum. A. C.
Qualis tu, ait illa, vindex auxiliatorve mihi es futurus? Cui Floſius: Tuam 1011.
cauſam aut ſummo jure perſequar, aut compoſitionem, quae bonis viris videbitur, vndique nobis (x) condigna, promouebo. Mulier contra: Te verò vltus eſſet Höſkulldus, ſi ſuum fuiſſet agere caedis tuae. Floſius reponit: Non deeſt tibi ſaeuitia, & quid velis (y) perſpicuum eſt. Et Hilldigunna: At ob leuiorem culpam Arnorr (z) Ornulfi filus a Forſarſkogis, in (a) Thordum *Freyri pontificem* patrem tuum admiſſam, a fatribus tuis Kolbeine atque Egile in foro Skaptafellenſi caeſus eſt. Tum in dormitorium digreſſa, recluſo ſcrinio (æ) ſuo togam depromit (b) a Floſio acceptam, in qua Höſkulldus fuerat interfectus, ipſaque omnem reſeruauerat cruorem. mox in triclinium cum toga rediit, ac reticens ad Floſium adgreditur: is jam tum pranderat ad ſatietatem, (c) ablataque menſa fuerat. huic illa togam ſuperimponit, & cruore per totum corpus deuoluto, Hanc tu, inquit, Floſi, togam Höſkulldo dediſti, & ego tibi nunc dono reddam: hac (d) ille veſtitus occidebatur. Deum hominesque conteſtor, quod ego te per omnem Chriſti (e) tui potentiam, per tuam ipſius virtutem ac ſtrenuitatem obſecro, vt omnia illa vulnera, quae in corpore viri mortui reperiebantur, vlciſcare; caetero-

(v) er þat vel er þú.] G. K. varkunn. þvíat þú, hoc ignoſcendum; tu enim luges bonum virum. || P. er eigi undrandi þótt þú, haud mirum eſt, quod tu lugeas &c.

(x) ſœmdir.] P. ſœmd. B. halldin. Fr. f. halldnir.

(y) ſed er.] P. Fr. h. ſe ek, perſpicio.

(z) Ommubródir (Auiae frater), add. Fragm. h.

(a) Þórd.] I. L. N. O. Q. S. þig ok, te atque.

(æ) ſinni.] B. G. ſína. *rara conſtructio.*

(b) Floſanaut.] Fr. h. þá er Hoſkulldr hafdi þegit af Floſa, quam Höſculldus a Floſio acceperat.

(c) afborit.] C. G. framborit.

(d) ok, etiam, *addunt* B. C. G. *ante* þeſſi.

(e) þíns.] P. hins kroſsfeſta, crucifixi.

A. C. caeteroquin apud omnes homines infamis (f) audias. Excussa sibi togâ Flo-
1011. sius, & in gremium foeminae (g) rejectâ; Tu verò, inquit, maxima es (h)
p. 177. furia, quae nos rem inceptare velis omnibus nobis damnosissimam: adeò *periculosa sunt mulierum consilia.* Ipse ita commouebatur, vt facies sua nunc (i) sanguinis, nunc pallentis (k) herbae, (l) nunc funerei liuoris speciem redderet. Inde ad (m) vadum Holltense profectus, Sigfussonios aliosque (n) suarum partium homines ibi exspectauit. Habitabat Kelldis Ingialldus (o) frater Hrodnyae, matris Höskulldi Nialsonii: ille sororque nati erant Höskulldo *Albo*, filio Ingialldi *Robusti*, filii Geirfinni *Ruffi*, filii Sölvii, filii (p) Thorsteinis *Athleticidae*. Uxor Ingialldi fuit Thraslöga, filia Egilis, filii Thordi *pontificis Freyri*. Mater Egilis fuerat Thraslöga Thorsteinis Titlingi gnata; Thraslögae verò Unna, filia (q) Eyvindi (r) Karpii. Ingialldus per nuntium a Flosio rogatus vt veniret ad eum, (s) statim cum XIV. hominibus, (t) qui omnes domestici erant ipsius, proficiscitur. Vir erat staturâ magna, magnis viribus, (u) maximo animi robore: (v) alienis negotiis abstinens: pecuniae

(f) heit.] G. ver, esto.

(g) rak.] E. ratt.

(h) foráð.] B. G. forát. K. P. forráð.

(i) rauðr (rióðr), ruboris (sangvinei) addunt B. G. P.

(k) grass.] B. Fr. h. P. nárr, funeris. G. aska, cineris.

(l) en — hel, *omitt.* B. & P.

(m) Holltavaðs.] P. Þiórsár.

(n) sinna manna.] G. vina sinna, amicos suos.

(o) bróðir Hróðn. — karpa.] P. *tantum*, han átti bróðurdóttur Flosa, cui vxor fuit neptis Flosii.

(p) Þorsteinss.] C. G. M. Gunnsteinss.

(q) Eyvindar karpa.] B. Karlhøfða.

(r) karpa.] C. G. M. Karfa. systir Móðólfs ens spaka. *Conf. supr. pag.* 318.

(s) Ingialldr fór — mællti til hans.] P. *tantum*, ok kom han til mótz við hann, ei aduersum venit.

(t) *Haec non agnoscit* Fr. h.

(u) hravstazti.] C. G. ravskvazti, strenuissimus. Fr. h. travstazti, fidissimus.

(v) fálátr.] K. fályndr. C. G. fálátr var han jafnan heima, minus familiaris domi semper erat.

pecuniae in amicos valdè liberalis. Eum Flosius beneuolè complexus, ita alloquebatur: (x) Magnum mihi jam atque adfinibus discrimen accidit; quod quia tam difficile expeditu est, abs te oro & quaeso, ne (y) causam deseras meam, ante quam his turbis (z) finis fuerit. Ingialldus respondit: Ego ancipiti malo circumuentus sum (a) propter conjunctionem affinitatis cum Niale suisque filiis, aliasque graues causas, quae hic (æ) interueniunt. Et Flosius: (b) At ego mihi persuadeo, te, vbi neptim ex fratre meo tibi collocabam, spopondisse mihi mecum in re quacunque facturum. Est & verisimillimum, inquit Ingialldus, me ita facere: verumtamen jam primum ibo domum, dein ad Comitia. A. C. 1011.

Cap. CXVIII.

De Flosio, Mördo & Sigfussoniis.

Sigfussonii, cognitô Flosium adesse ad (c) vadum Holltense, conuentum illum eò proficiscuntur: in his (nominatim) Ketill a Marka, frater ejus Lambius, Thorkell & Mördus filii Sigfusi, horumque frater (d) Sighvatus; adhoc Lambius Sigurdi, Gunnarr Lambii, Granius Gunnaris & (e) Vebrandus Hamun-

(x) mikill vandi er kominn.] B. C. G. M. P. Mikil vandrædi ero komin.

(y) mitt mál — þessi.] P. mik i þessum mannraunum, me in his periculis deseras.

(z) lykr yfir.] B. or slítr vm.

(a) fyrir tengda — milli.] P. þar sem Niáll ok synir hans ero i móti, quod res est cum Niale atque filiis ejus.

(æ) hvarfa.] I. L. N. O. Q. S. hverfa. G. K. hvarfla. B. hvafa. Fr. h. stendr, obstant.

(b) þad ætlada ek — til þings.] P. þat máttu muna þá er ek gipti þer bródurdóttur mína at þú lofadir at veita mer eigi mótfall. Ingialldr sagdi at svo skylldi vera. Recordari possis, te — mihi contra me non facturum. Id promisit Ing.

(c) Holltavad.] B. C. G. *plerumque*, Hollzvad.

(d) Sighvatr.] Fragm. h. Sigmundr. *Conf. Cap. XXXIV. p.* 95.

(e) Vebrandr Hámvndarson.] P. Vemundr ok Hámundr.

A. C. 1011. p. 178. Hamundi filius. Iis Flosius assurrexit venientibus, atque (f) hilariter salutauit. Dumque (g) prodirent ad amnem, verô (de caede) accepto ex illis indiciô, (h) neque ab relatu Runolfi Dalensis discrepante, Ketili ab Marka sic est fatus: Istuc te percontor, quam acri tu aut (i) reliqui Sigfussonii animô feramini hanc in causam? Ketill ait: Velim vt compositio fiat, quamquam ipse (k) jusjurandum dedi, hanc me non destituturum causam, donec (l) parentatum caeso quodammodo esset; quin ad hoc aditurum vitae periculum. Tum Flosius: En tu vir (m) fortis; (n) & (o) optima est talium hominum ratio (p). Hic ambo, Granius Gunnaris & Gunnarr Lambii filius simul excipiunt: Proscriptiones volumus eueniant & (q) homicidia. Atqui, regerit Flosius, incertum est fore, nos vt omnia ex sententia obtineamus †). Granius porrò: Hoc mihi propositum fuit tum, cum (Nialsonii) Thrainem ad flumen Markicum, deinde filium ejus Höskulldum, interfecissent, nunquam illis me fide solidâ placatum iri; (r) nam quô locô omnes ad vnum conciderentur, ego adesse coram peruelim. Tum Flosius: Tu verò tam propè adfuisti, (s) vt hoc vindicare licuerit tibi, modò animis & viribus

(f) gladliga] B. G. K. Fr. h. blidliga, comiter. P. vel, benè.

(g) þeir — ánni, *nescit* P.

(h) ok skilldi — Dal, *omitt.* id. || *Mox*, ekki.] Fr. h. hvergi.

(i) adrir Sigfussynir.] P. brædur þinir, fratres tui.

(k) svarit eida.] Id. heitid, promisi.

(l) yfir lykr.] B. K. or (úr) sliti, dirempta (quodammodo) lis foret.

(m) gódr.] C. G. M. mikill, || K. Ketill. *casu vocandi.*

(n) ok er — farit, *nescit* P.

(o) slikvm monnvm allvel.] I. L. N. O. Q. S. þer vel, bona est tua.

(p) sem þú ert, qualis tu es, *add.* K.

(q) mannrád.] P. mannhefndir.

(r) þviat.] B. ok, atque.

(s) at.] C. er, id.

†) Kiósim ok deilim.] *I. e.* partiamur & eligamus *iidem. Locutio ab diuisione hereditatum & communium bonorum translata; in qua nimirum qui diuidit, jus eligendi quam partem velit non habet. Hujus rei exemplum in Vita Gislii Sursonii, Cap. X.*

bus valuiſſes. (t) videris mihi cum multis aliis nunc poſtulare (u) vt prae- A. C.
ſens adſores, id quod (cum euenerit) nunquam vt eueniſſet, multum pecuniae 1011.
fueris impenſurus (v). at ego (x) perſpectum habeo, (y) ſi Nialem ac filios (z) interficiemus, illos eſſe tanti nominis viros, tamque nobili loco natos, vt mortes eorum tanta ſit vindicta ſecutura, nos vt multos mortales ſupplices accedamus ad implorandum patrocinium (a) ſit neceſſe, donicum, initâ pacificatione, hiſce nos turbis explicauerimus. quin & vos ita exiſtimare debetis, multos, (æ) quibus antehac res luculentae, pauperes euaſuros; quosdam verò & (b) facultates & animam perdituros. Mördus Valgardi filius profectus ad Floſium, ſe ſuis omnibus (*) comitatum Comitia cum illo aditurum eſſe (c) profitetur. qua conditione libenter ſuſcepta, Floſius ab eo petere (d) coepit, vt filiam Rannveigam Starkado nepoti ſuo nuptum daret: hac adductus ratione, quod ſe ita fidem hominis & frequentiam curialium ſibi deuincturum crederet. Mördus (e) commodè reſpondit, (f) reque ad Gizurem *Album* remiſſâ, vt de eâ Comitiis ageretur, poſtulauit: filiam

(t) þikki mer — vid ſtaddr, *omittunt* I. L. N. O. Q. S. *Pro quibus* P. þætti mer vou at þú mundir mikit fe til gefa at þú værir þar eigi vidſtaddr, Veriſimile duxerim, te magnam in id pecuniam impenſurum, ne ibi (*vbi occiderentur Nialſonii*) coram adeſſes.

(u) þú hefdir eigi ordit vidſtaddr.] B. K. eigi væri (yrdi) vidſtaddir, vt praeſentes adſitis.

(v) er ſtundir lída, procedente tempore, *inſerunt* C. G. M.

(x) gerla.] P. fyrir, praeuideo.

(y) þótt.] C. M. þótt oſs veitir þat at vilia at ver ꝛc. quamquam ex ſententia nobis contigerit N. — interficere.

(z) drepum.] K. høfum.

(a) verda.] B. K. P. hlióta.

(æ) eigo ſtór fe.] P. eru fullríkir, qui (ante) opibus ſat pollent.

(b) feit ok líſit.] I. L. N. O. Q. S. fe ok fiør.

(*) med.] B. vid.

(c) quaz rída vilia.] P. baud honum at rída, pollicebatur.

(d) hóf.] P. tók vpp.

(e) vænliga.] P. vel, benè.

(f) ok veik.] K. P. ok v. þo, re tamen.

A. C. (g) filiam (enim) Gizuris *Albi* Thorkatlam habuit vxorem. Vnà Flosius
1011. & Mördus ad Comitia proficiscebantur, totos dies, nemine deliberationis eorum participe, confabulantes.

Cap. CXIX.

De colloquio Nialis & Skarphedinis.

(h) Niall a Skarphedine quaerit: Quomodò tu, fratres tui & Karius jam consuluistis vobis? Cui Skarphedinn: Ad paucissima negotia nos somnia
p. 179. (i) conjicimus; tibi verò vt respondeam, iter Tungam ad Asgrimum Ellidagrimi filium, indeque ad Comitia, faciemus. tu autem, pater, (k) quid de (l) profectione tua cogitas? Niall ait: Et ego ad Comitia ibo; mihi enim decori est, (m) causam vestram, donec vixero, non projicere. (n) spero fore, multi vt de me illic (o) fauorabiliter loquantur, & propter me (p) vobis aliquid emolumenti, nihil certè damni eueniat. Adfuit tunc Thorhallus Asgrimi filius, alumnus Nialis: qui, deridentibus eum Nialsoniis, quod infuscata circumdatus (q) paenula esset, &, quamdiu hac vsurus, percontantibus; respon-

---

(g) Mørdr — hvíta, & *mox*, ok vissi — rádagerd, *omittit* P.

(h) Niáll mælti.] Id. Nú er fra því at segia at Niáll kom lat máli, Nunc dicendum est Nialem (ita Skarphedinem) conuenisse.

(i) rekivm.] G. I. K. L. N. O. Q. S. Fragm. a. rekum. P. rekr oss.

(k) hvat ætlar þú vm ferd þína.] I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. hverhinn (hversu) muntu breita, qua ratione ages?

(l) ferd.] C. G. M. reid.

(m) ydvart mál.] G. mál sona minna, caus. filiorum meorum.

(n) vænter [mik — á mik.] P. munu þar margir gódir menn svara vel mínu máli, ibi (*in comitiis*,) credo, multi boni viri orationi meae commodè respondebunt.

(o) gódvm.] C. G. vel.

(p) þer.] B. er, id. || *Post* mín *add.* I. K. L. N. O. Q. S. hvervetna, vbique, P. *verò* þar, ibi.

(q) kasti mórendv.] P. kyrtli mórendum, infuscata tunica.

refpondit: (r) Hanc oportet abjeciffe me tum, quum mihi mors educatoris mei fuerit vindicanda. Niall fufcepit: Tunc te optimè praebebis, cum erit maximè neceffum. Dein omnes iter apparant domô, admodum XXX. numerô, & (primum) ad Thiorfam vfque pergunt. (s) Hic fubfecuti adueniunt cognati Nialis Thorleifus Krakus & Thorgrimus *Magnus*, filii Thoreris ab Hollto; Nialfoniisque opem operamque fuam pollicentur: quod & hi acceptabant. Hinc omnes vnà Thiorfam tranfeunt, & in ripam vfque Laxae (amnis falmonum) peruenientes quiefcebant: tumque ad eos venit Hialltius Skeggii filius. Hic & Nialfonii colloquium ftatim occeperunt, & remotis arbitris diu contulerunt. Hialltius fatur: (t) Semper oftendo me non obfcurô (u) ingenio effe: rogatus a Niale auxilium, ad caufam ejus adjunxi me, meumque illi (v) patrocinium dixi: quod & demeritus jamdiu eft, mihi multisque aliis falutariter confulendo. Idem itinera Flofii Nialem edocebat. Praemittitur Tungam Thorhallus, Afgrimo nuntiatum eò (*) fub vefperam (x) adfuturos. Hic fe ftatim (excipiendis hofpitibus) parat, & Niale in aream adequitante, foris continet. Erat Niall in toga caerulea, in capite (y) pileum coactilem, in manu (z) fecurim paruam geftans. Eum Afgrimus ab equo fuftulit, intròque (a (manibus) deportatum in (æ) fella collocauit, Nial-

A. C. 1011.

 foniis

(r) kaſtat ſkal ek því hafa þá er.] P. þángat til at, Ad eum finem, donec mihi.

(s) þá komv þeir eptir] B. P. — þeir til mótz við þá, Tunc in occurſum iis venêre. || I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. Voro þar fyrir, vbi jam aderant cogn.

(t) iafnan.] K. nú, nunc (oſtendam).

(u) ſkapi.] P. máli mínv, loquendo.

(v) mínu liðſinni.] G. minni liðveizlo. B. mínum tœnaði.

(*) feðgar, patrem (*Nialem ſc.*) & filios, *addit* G.

(x) nvndv.] C. E. G. P. M. ætluðu, (*adeſſe*) cogitare.

(y) Þófahavtt.] Iid. & B. K. Þófahatt.

(z) taparøxi.] B. tapa øxi.

(a) í ſtofu, in triclinium, *add.* K.

(æ) ſæti] B. C. Chh. Fr. a. háſæti, ſella eminentiore.

A. C. sonii omnibus & Kario post intrantibus. Mox regressus foras Hiallrium,
1011. qui se in viam (b) dare voluit, (c) nimiam hospitum frequentiam causatus; arreptis (d) habenis retinet, negans discedendi fore copiam: strataque hospitum equis demenda curans, intrò Hialltium deduxit, Nialique dedit confessorem. Thorleifus & sui alterum occuparunt subsellium. Ipse verò Asgrimus ante Nialem sellâ considens, (eum) percontatur: Quid tibi de (e) causa nostra praesagit animus? Nimis (f) grauia, inquit Niall; conjicio enim parum esse (g) fortunatos, quorum hìc res agitur: (h) caeterà vellem,
P. 180. amice, tu omnibus tuis curialibus arcessitis mecum vnà Comitia peteres. Hoc mihi certum est, inquit Asgrimus; quin & spondeo, me a vestrâ causa, dum aliquot homines ad meam trahere partem potero, nunquam discessurum. De hoc vniuersi, qui intus erant, gratias egerunt, liberaliter dictum praedicantes. Ibidem pernoctabant: postridie verò, (i) curialibus Asgrimi cunctis aduenientibus, vniuersi abequitarunt, iterque, dum in (k) Comitia venissent, persecuti, (l) tabernacula sua instruxerunt.

Cap. CXX.

Auxilium petunt Asgrimus & Nialsonii.

Aderat jam in (m) Comitia Flosius, totumque tabernaculum suum hominibus (n) frequentauit, Runolfô Dalveriorum, Mördô Rangaënsium tabernacula

(b) snúa.] E. P. ríða.

(c) ofmargt.] Iid. B. of mannmargt.

(d) taumana.] F. a. beislitaumana.

(e) mál.] C. E. G. M. P. málaferli.

(f) þúngliga.] Iid. þúngt. I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. erfidliga, difficilia.

(g) gæfumenn.] B. giptumenn.

(h) en þat villda ek vinr at þú sendir — ridir.] C. E. G. Chh. Niáll mællti (til Asgríms). send þú — ríd, Niall [Asgrimo] dixit: Arcesse (omnes curiales tuos & com. mecum) pete.

(i) allt lid.] I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. þíngmenn.

(k) þíng upp.] G. þíngvaull, campum comitiis habendis.

(l) tiallda búdir sínar.] C. E. M. P. voru ádr tialldadar búdir þeirra, tabernaculaque illorum jam ante instructa fuerant.

(m) þíng.] *Tradux* Reg. leid.

(n) skipadi alla.] I. K. L. N. O. Q. S. Fragm. a. tialldadi, (tabern. suum) instruxit.

cula (o) occupantibus. Ex longinquiſſimis orientalis prouinciae locis alii A. C. fermè nulli, quam Hallus Sidenſis, aduenerant; qui (p) permagnam tamen 1011. adduxerat cateruam (q): ſeque Floſio confeſtim (r) aggregauit; ab eoque reconciliationem & pacem precabatur: erat enim homo ſapiens & benignus. (s) Satis commodè reſpondit Floſius, ac nihil tamen expreſſè promiſit. Quaerenti Hallo, qui adjumentum ei condixiſſent; nominatim indicauit Mördum Valgardi filium: ſeque filiam ejus Starkado nepoti ſuo in matrimonium popoſciſſe (t) dixit. Adfirmauit Hallus praeſtantem eſſe mulierem, at cum Mördo quodlibet malè haberi negotium: id quod tu, ſubdidit, antequam haec finiantur comitia, ſine dubio experieris. Ita illi colloquium clauſêre. Quodam die Niall & Aſgrimus prolixè atque ſecretò verba fecerant, cum hic properè ſurgens Nialſoniis ait: (u) Nos ibimus paratum nobis fautores, ne (v) multitudine opprimamur aduerſariorum: haec enim cauſa maxima contentione agetur. Mox Aſgrimus exit, ſubſequente Helgio Nialſonio, tum Kario Sölmundi filio, tum Grimo Nialſonio, tum Skarphedine, tum Thorhallo, tum (x) Thorgrimo *Magno*, demùmque Thorleifo Krako. Hi tabernaculum adeunt Gizuris *Albi*: quò introgreſſis ille adſurgens, ad conſidendum eos potandumque inuitat. Aſgrimus infit: Non (y) eò tendit negotium, neque

(o) ſkipadi.] lid. hafdi, vtentibus.

(p) hafdi þó fiølmennt miøk.] E. P. var lengztvm fiølmennr miøk i ſinni ſveit, plerumque permagnam hominum multitudinem habuit ex tua tribu.

(q) or ſinni ſveit, ex ſua tribu, *add.* B. C. R. M.

(r) fór.] B. G. geck. C. ſnerizt.

(s) avllv vel of tók þó litit af.] E. P. G. B. K. Fr. a. vel of tók af øllu litit (litinn), comm. reſp. Fl. ſed nihil omninò expreſſè prom.

(t) qvadz.] B. letz, oſtendit.

(u) ver.] G. Þer Niálsſynir ok ek, Vos, Nialſonii, egoque.

(v) oflidi.] B. C. G. Chh. ofrlidi.

(x) Þorgrímr mikli.] K. Fr. a. Þorgeirr Skorargeirr, *omiſſo* Thorl. Krako.

(y) veit þannig vid.] B. C. E. G. P. er þannig vid varit (varit).

A. C. neque hoc (z) muſſitandum eſt: (a) quanto tu mihi, auuncule, futurus auxilio es? Cui Gizurr: Autumat, credo, Jorunna ſoror mea, me tibi adeſſe non, (æ) recuſaturum, & ſanè nunc & ſaepius ego tuque ſortem ſubibimus communem. Aſgrimus gratias agit, moxque digreditur. Tunc Skarphedinn: Quò nunc accedamus? Ad tabernaculum Ölvuſienſe, inquit Aſgrimus. Eò cum veniſſent, quaerit, num Skaptius Thoroddi filius (b) in tabernaculo adſit: adeſſe dicitur. intrant igitur tabernaculum. Skaptius in tabulato ſedens, Aſgrimum (c) ſalutauit; & comiter reſalutantem, ſibi vt conſideret, inuitauit. Ille ſe parum diu moraturum; tametſi cum eo ſibi negotium eſſe reſpondet. Fac audiam, inquit Skaptius. Oro te, (reſpondit Aſgrimus,) nobis vt faueas, (d) noſtraeque ſubuenias cauſae. Skaptius contra: Illud ego ſperaueram, turbas veſtras meos intra parietes non (e) eſſe peruenturas. Aſgrimus reponit: Nequiter (f) hoc dictum, te nobis tum minimè (g) auxilio futurum, quum maximè periclitamur. Quiſnam ille, quaerit Skaptius, (h) ante quem IIII. homines incedunt, ſtaturus homo, pallida fronte, in ſpeciem infelix ac ſtrenuus, caeterà (i) giganti ſimilis? Idem reſpondet: Skarphedinn mihi nomen eſt, ac tu me (k) crebrò inter Comitia vidiſti: ego

1011.

p. 181.

(z) á mútr.] I. L. N. O. Q. S. myrkt, obſcurè, F. K. hliótt, ſecretò dicam.

(a) hveria — þar eiga.] B. C. G. Chh. E. P. hverrar — þar ván eiga (þar vænta), Quid a te — auxilii ſperabo.

(æ) ſkeraz.] I. L. N. O. Q. S. Trad. Reg. ſkoraz. K. Fr. a. gánga.

(b) at.] B. C. E. F. M. P. í.

(c) fagnadi.] I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. heilſadi, id.

(d) at málvm várvm.] B. C. E. F. M. P. mer lid ok mágum mínum, mihique & adfinibus meis opem feras.

(e) myndi.] Iid. K. Fr. a. ſkylldi.

(f) ſlikt mællt.] K. Fragm. a. gert, factum.

(g) lidi.] B. C. E. G. M. P. gagni.

(h) fyrir.] B. C. E. G. Chh. fyrr (fyrri), *hic & infra.*

(i) travllzligr.] Fragm. a. travſtligr, confidenti.

(k) iafnan.] Id. & K. opt, ſaepe. C. E. G. M. P. fyrr, antehac.

(k) ego verò te hoc fcientior fuerim, quod nomen tuum rogare non opus A. C.
habeo: nunc tu Skaptius Thoroddi filius nominaris; ante verò te (l) *Burftakollum* adpellafti poft caefum Ketilem (m) ab Ellda: nimirùm tunc abrafis tibi crinibus, pice caput tuum illeuifti. deinde feruos quosdam pretiô addùxifti, vt cefpitem effoderent; quem cum furrepfiffes noctem ibi tranfigebas. poftea (n) Thorolfum Lopti filium in Eyris adiifti, qui te receptatum in (o) faccis farinariis deportauit (in nauim). Mox Afgrimus ac caeteri egrediuntur. Tum Skarphedinn: Quò porrò (p) adibimus? Ad tabernaculum, refpondit Afgrimus, Snorrii *Pontificis*. Eò quum veniffent, idem hominem, qui extra (a) tabernaculum fuit, percontatur, an Snorrius in eo adfit: & ille hunc adeffe innuit. Afgrimus cum reliquis omnibus in tabernaculum ingreditur, & Snorrium in (æ) tabulato fedentem coram adiens honorificè falutat. ille Afgrimum comiter complexus adfidere jubet. hic parum fe (ibi) moraturum ait, (b) tamen cum illo negotium effe. Iuffus a Snorrio proferre: Vellem, inquit, tu mecum in jus ires ac mihi fuccurreres, quippe homo fapiens es, virque in rebus gerendis ftrenuus. Grauatè fuccedunt lites noftrae, ait Pontifex, & (c) multi adeò trahuntur in partem nobis aduerfam; quare nos ad negotia aliorum turbulenta in alias admittenda prouincias (d) tardi fumus. Afgrimus: Hoc verò ignofcendum; tu enim (e)

1011.

(k) en vera mun ek.] E. K. P. Fr. a. ok er (em) ek, atque ego (te h. fc.) fum.

(l) burftakoll.] Iid. & G. búftakoll.

(m) yr Elldu.] I. K. L. N. O. Q. S. úr Illdu. || B. G. í Eddu. *ineptum*.

(n) Þórolfs Loptzfonar.] G. Loptz.

(o) mielfekkium.] Fr. a. & K. *in marg.* mielkylum, id. I. K. L. N. O. Q. S. einum mielfeck. *fingular.*

(p) gánga.] E. hedan, hinc.

(a) búdinni.] C. búdardyrum, E. G. P. dyrunum, oftium (tabernaculi).

(æ) palli.] C. balli.

(b) en vid þik — fegia þat, *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(c) miek margir.] E. margir þúngt.

(d) travdir.] E. tregir.

(e) varlavnat.] E. G. Fr. a. vanlaunat, B. K. P. vandlaunat, non adeò magnam.

A. C. nullam nobis gratiam debes. Scio te probum eſſe virum, ait Snorrius,
1011. ideòque libens ſpondeo me tibi nuſpiam aduerſum fore, neque inimicis tuis
p. 182. ſuppetias laturum. Gratias perſoluente Aſgrimo; quaerit Pontifex: Quis eſt ille vir, quem IV. homines antecedunt, pallidâ facie ac macilentâ? reſtringit dentes, ſecurimque geſtat humero impoſitam. Hedinn ego nominor, inquit hic; me autem nonnulli (f) completo nomine Skarphedinem vocitant: tu verò quid me vis amplius? Snorrius reſpondet: Scilicet videris mihi vir ſtrenuus & ſpecie magnus: at verò te ſecunda fortunâ peniſſime defectum auguror, parumque vitae tuae ſupereſſe. Ad quae Skarphedinn: Rectè quidem: omnibus enim (g) ſoluendum eſt hoc debitum. ſed tibi (h) patrem tuum vlciſci, quam de me (i) talia ominari, magis neceſſum eſt Snorrius verò: Hoc multi antehac objecerunt, adeòque nihil ea re ſtomachabor. Dein tabernaculo, nullis aucti opibus, egreſſi ad tabernaculum Skagfirdingorum ſe contulêre. Id (tabernaculum) poſſidebat Hafur *Diues*, filius Thorkelis, filii Eirici Goddalienſis, filii Geirmundi, filii Hroalldi, filii Eirici (k) Ördumſkeggi (*arduae barbae*), quem (l) Griotgardus in (m) Soknardalo Noruegiae ſtrauerat. Mater Hafuris fuerat Thorunna, filia Asbiörnis *Calui* Myrkaënſis, filii Hroſsbiörnis. Aſgrimus cum ſuis tabernaculum introgreſſus, Hafurem in medio reſidentem, & cum quodam homine verba facientem, propius accedens ſalutauit. Salutatione comiter excepta, Hafur eum ad conſidendum inuitat. Aſgrimus infit: Iſtuc abs te petere vellem, vt mihi meisque

---

(f) avllv nafni, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(g) *Ante* at giallda *inſerunt* K. Fr. a. Gudi, Deo (*naturae*).

(h) fødvr.] I. L. N. O Q. S. frænda, cognatum.

(i) ſlíkar.] K. Fr. a. illar, mala.

(k) Aurdumſkeggia.] B. E. G. P. Aurdigſkeggia.

(l) Griótgardr.] C. E. G. K. M. P. Fragm. a. Griótgard, (qui) Griotgardum.

(m) Sóknardal.] G. K. Fragm. a. Sóknadal.

meisque adfinibus ſubſidium ferres. Hafur oppidò reſpondet, ſe negotia A. C.
illorum dubia neutiquam eſſe ſuſcepturum. verumtamen, inquit, percon- 1011.
tari placet, qui ſit homo pallidae frontis, is quem IV. comites praeeunt, ac perinde torui tetricique vultus, quam (n) ſcopulis enatus maritimis. Skarphedinn regerit: Ne morare tu, (o) ignaue homo, qui ego ſim; nam quemcumque tu locum occupaueris, eò cominus progredi ſuſtinuero, ac parum ſanè metuerem, quamquam tales homines mihi obuiam (p) forent (q): tuum verò potius eſt, Svanlögam ſororem tuam repetere, quam Eydis (r) Jarnſaxa & Stediakollus (s) e domo tua ſurripuerant, neque tu auſus es (t) recuperare. Aſgrimus ſuſcipit: Exeamus hinc; nulla hìc (u) auxilii ſpes eſt. Prodière mox ad tabernaculum Mödruvellingorum; quaerunt an Gudmundus *Potens* (v) in tabernaculo adſit; & cum adeſſe diceretur, tabernaculum (x) intrant. Erat in media parte ſella eminens, quam ille
inſidebat. Aſgrimus Gudmundum *Potentem* coram adiens, eum ſalutauit, & p. 183.
prolixè ab eo comprehenſus atque ſedere (y) inuitatus: Sedere non lubet,

 inquit;

(n) ſiávar hamrvm.] C. M. Fr. h. ſæfar biørgvm, id. I. K. L. N. O. Q. S. ſiálfum hømrum, ipſis (enatus) ſcopulis.

(o) milki þinn.] B. C. E. G. I. K. P. Fr. a. & h. miólki þ. id. L. N. O. Q. S. miólk þín, ipſum lac. || A. D. mioki þinn, lutum, *l.* lente homo. *Vnde ergo milki? neſcio.*

(p) væri.] G. Fragm. h. ſæti, B. ſiti, inſiderent.

(q) fyrir mer ſem þú ert, qualis tu es, *addit* Fragm. h.

(r) Járnſaxa.] Id. Arnſaxa. || E. ok Járnſaxa, & Iarnſ.

(s) tóko i bravt or híbylom þínom.] K. Fr. a. ſóttu í híbyli þín.

(t) hafa.] Iid. I. N. hafaſt, quicquam in ea re facere. L. finna, id ne accuſare quidem.

(u) ván lidveitzlo.] Fr. h. von til nockvrar lido. K. Fr. a. til lids at ætla.

(v) væri í búdinni.] Fr. h. var þar, ibi adeſſet.

(x) þeir gengo þá.] id. Aſgrimr geck, intrauit Aſgrimus.

(y) bavd honom.] id. bad hann.

A. C. inquit; verum te (z) patrocinium rogare; tu enim es vir magno ftudiô res
1011. agens, & fummae auctoritatis. Gudmundus ait: Aduerfus te non ftabo, fed fi mihi vifum fuerit tibi opem ferre, de hac re porrò quidem licuerit nobis communicare. atque adeò commodè fufcipienti Afgrimus de refponfis gratias egit. Tum Gudmundus: Vnus in veftro eft numero, qui mihi jam (a) aliquantisper intuenti plerisque mortalium, quos vidi, (æ) formidabilior effe videatur. Quis ille (b)? quaerit Afgrimus. Ille, quem IV. homines praegrediuntur, ait Gudmundus; (c) comâ fubfufca, (d) facie pallidâ, (e) ftatura grandi; quique vir (f) acer, atque adeò promtus ad edenda virtutis opera videtur, vt illius, quam X. aliorum (g) opera mallem vti; fed verò idem (h) infortunato fimilis eft. Skarphedinn excipit: Scio me oratione tua deftinari: verum non eft (i) ejusdem modi meum ac tuum (k) infortunium: ego, de caede Höfkulldi *Pontificis* Hvitanefii, fermonibus vapulo, neque id (l) temerè: de te autem Thorkell Hakus & Thorer filius Helgii carmen contumeliofum pegigerunt, id quod (m) miferrimè pungit animum tuum. Cum jam foras exiffent, Skarphedinn etiam percontatur: Quò nunc accedamus?

(z) lidſinnis.] Fr. h. lidveitſlo.

(a) hríd.] id. ſtund.

(æ) ógrligri.] I. K. L. N. O. Q. S. ofurligri, immanior. || B. C. E. G. M. P. ólíkr, diffimilis.

(b) madr, homo, *addit* Fr. h.

(c) hár.] B. C. E. G. M. P. hárslit, comâ fufci coloris.

(d) folllitadr.] I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. fœlleitr.

(e) voxtom.] Fragm. h. vexti.

(f) ernligr.] Fr. a. afarligr, enormis. G. drengiligr, fortis.

(g) hans fylgi hafa.] B. hans lid ok f. h. adjumentô & op. Fragm. h. hann til lids.

(h) úgæfoſamligr.] K. ógiptoſamligr.

(i) farit.] I. L. N. O. Q. S. Fr. a. varit.

(k) ógæfo.] E. K. P. ogiptu.

(l) varkunn.] I. K. L. N. O. Q. S. vert (verdugt), indignè.

(m) ina meſto ſkapraon.] B. C. E. G. M. P. ámæli, (idque) tibi vitio datur (*quod ſc. non vindicâris*).

mus? Ad tabernaculum, inquit Aſgrimus, Lioſvætningorum. Id taberna- A. C.
culum conſtituerat Thorkell Hakus, filius Thorgeiris *pontificis*, filii Tiörfii, 1011.
filii Thorkelis *Proceri*. Mater autem (n) Thorgeiris fuit Thorunna filia Thorſteinis, filii Sigmundi, filii Gnupa-Bardi. Thorkelis Haki mater, nomine (o) Gudrida, filia fuerat Thorkelis *Nigri* ex Hleidrargardo, filii Thoreris Snepilis (p) filii Brimilis, filii Örnolfi, filii Biörnolfi, filii Grimi *Hirſutigenae*, filii Ketilis Hængi, filii Hallbiörnis *Semigigantis*. Thorkell Hakus (q) peregrinans magnam ſibi fortitudinis laudem (r) apud exteras nationes parauerat. (s) Latronem in (t) Silua Iemtica orientem verſus interemerat. Poſt in (u) Sueciam profectus, (v) ſocietate cum homine, cui Sörkver nomen, initâ piraticam in mari Moſcouitico fecerat. Quumque, ab oriente *Lateris* (x) Balagardici, ſuae eſſet vicis aquam veſpere quodam adportare, (y) beſtia ſphingi ſimilis illi obuiam fiebat, a quâ ſe diu propugnauit, eo certaminis euentu, vt beſtiam interimeret. Inde progreſſus in (z) Adalſyſlam orientem verſus, (a) cum dracone volatili pugnârat. Poſtea in Sve-

 ciam

(n) Þorgeirs.] C. E. K. M. P. Fr. a. Þorkels. *falſum: conf. ſupra p. 365.*

(o) Gvdrídr.] K. Fragm. a. Gudrún, *malè.*

(p) Brímilsſonar.] C. E. G. M. P. Ketilsſonar Brimils.

(q) verit vtan.] Iid. & B. farit vtan. peregrè profectus.

(r) í.] B. á, in. *rarior loquendi modus.*

(s) ſpellvirkia.] Chh. ſpillvirkia.

(t) Jamtaſkogi.] C. G. Chh. Fr. a. Jamtalandi, Iemtia; *moxque addit* G. á eydiſkogi, in ſilua deſerta.

(u) Svidióđ.] Chh. Svíþióđ. G. Svíriki.

(v) lags med Savrkvi karli.] Fr. a. Savrkva karla, Sörkvium Karlium (adiit, iique pirat. fecerunt). B. l. vid Sølva Karla. || E. P. l. vid Sørkvi Jarl, — cum Sörkvere comite.

(x) Balagardz.] E. P. Bálgardz. Fr. a. Dalagarz.

(y) finngálkni.] Fr. a. & h. fingálkni. E. fingálpni. P. fingálpi.

(z) Adalſyſlv.] Fr. a. Dalſyſlv.

(a) at flvgdreka.] I. L. N. O. Q. S. flugdreka, draconem volatilem occidit.

A. C. ciam (æ) reuerſus, inde Noruegiam, ac deinceps Islandiam petiit. Horum
1011. facinorum imaginem (b) ſuper lecto ſuo clauſo & in (c) ſella ante ſedem
p. 184. ſuam eminentem poſita inſculpi fecerat. In comitio quoque Liofavatnenſi cum Gudmundo *Potente* ac fratribus praeliô dimicauerat, & cum Liofvætningi victoriam retuliſſent, ille atque Thorer Helgii filius eum famoſo carmine proſcripſerunt. Dictitabat Thorkell neminem Islandorum eſſe, quocum certamen ſingulare, ſi res deſideraret, non (d) eſſet initurus, vel cui (e) locô ceſſurus. ideoque Hakus (*Inſolens*) vocabatur, quod nulla re, neque dictis neque (f) factis, cum quocumque res erat, acquieſceret.

Cap. CXXI.

De Skarphedine ac Thorkele Hako.

Adierant Aſgrimus & ſocii tabernaculum Thorkelis Haki, quum ille ſic ad ſuos verba fecit: Hoc tabernaculum tenet Thorkell Hakus, athleta celebris; cujus patrocinium noſtra (g) permultum intereſſet conciliari nobis: at hìc omninò cauti ſimus oportet, nam homo eſt ſui ingenii atque (h) difficilis animi: quare te, Skarphedinn, obſecro, ne (i) ſermonem cum illo meum interpelles. Subriſit ad haec Skarphedinn. Cujus talis erat habitus: caeruleam

(æ) aptr.] Fragm. a. avſtr, orientem verſus.

(b) yfir.] B. fyrir, ante ɔ: in priore parte lecti ſui clauſi.

(c) ſtóli.] I. K. L. N. O. Q. S. Fr. a. ſtocki, tabula.

(d) myndi.] K. Fr. a. þyrdi, inire auderet.

(e) nockut, quicquam, *add.* G.

(f) verkum] C. E. G. M. P. í audru, aliis rebus.

(g) mikit undir at.] B. undir at, *int.* C. E. G. M. P. munr ef, nobis multum prodeſſet ſi id obtineremus.

(h) ſkapvandr.] I. K. L. N. O. Q. Fr. a. ſkapharðr, duri animi.

(i) um tal vart, *omittunt* C. E. G. M. P.

leam tunicam indutus & (k) glauca (l) femoralia, atratisque calceatus co- A. C.
thurnis, balteo argenteo cingebatur: securim, quâ Thrainem occiderat, quam- 1011.
que Rimmugygam vsurpabat, in manu tenens, clypeique genus (m) *targa*
vocitatum; fascia (n) caput vinctus sericâ, repexis post (o) aures crinibus. species
corporis omnium (p) maximè militaris; vnde omnes (q) homines eum dig-
noscebant. Idem neque prior neque posterior, quam praedictus ordo habuit,
incedebat, cum in partem tabernaculi interiorem ingrediuntur. Sedebat Thor-
kell in medio tabulato, suique ab vtroque latere. hunc Asgrimus salutat,
amicèque resalutanti loquitur: Eâ gratiâ huc venimus, te vt adjumentum
rogemus, tuque vt in jus nobiscum eas. Thorkell respondit: Quidnam
subsidio egeatis meo, quum Gudmundum accesseritis, qui sine dubio suam
(r) vobis operam condixit? Nullam verò, inquit Asgrimus, opem impe-
trauimus ab eo. Tum Thorkell: Adeò inuidiosa videbatur Gudmundo causa
vestra, & procul dubio est; illud enim facinus pessimum est admissum: &
(s) nescio equidem, qua tu re adductus huc veneris, existimans mihi quam Gud-
mundo minus curae esse, quibuscum facerem, meque volentem injustam esse
causam secuturum. Conticere tum Asgrimus, negotium aegrè successurum p. 185.
videns.

(k) blárendvm brókvm.] E. P. blám hosum, liuida tibialia.

(l) brókvm.] I. K. L. N. O. Q. S. hosum, tibialia.

(m) tavrgvbúklara.] Fr. a. torgvskiolld. E. P. búklara.

(n) havfvd.] K. Fr. a. enni, frontem.

(o) vm eyrvn.] C. G. um eyrat, E. P. med eyrann, *singular.*

(p) hermannligaztr.] B. G. E. P. ermiligaztr, adspectu (omnium hominum) accerrimus.

(q) menn.] C. E. G. M. P. ókenann, B. óseinn, K. Fr. a. ósenn, nondum visum ɔ: quamquam antea non vidissent eum.

(r) heita ydr lidi sínv.] B. C. E. M. P. veita ydr lid, vob. op. commodabit.

(s) veit ek eigi hvat þer — Gvdmvndr.] I. K. L. N. O. Q. S. hafit þer þvi hingat gengit (farit) at þer ætludud mik úhlutvandara enn Gudmund, vos ideo huc (*ad me*) accessistis, quod putabatis mihi quam Gudm.

A. C. videns. Thorkell fcifcitatur: Quis eft ille ingens ac (t) deformis, quem
1011. IV. homines anteeunt, ore pallido ac macilento, (u) infelicis malique ingenii fpeciem prae fe ferens? Skarphedinn refpondens, Skarphedinn mihi nomen eft, inquit: tu verò me inculpatum (v) neutiquam debes (z) contumeliofis verbis ftringere. nunquam euenit mihi, vt patrem meum vexauerim, & cum eo depugnârim, quemadmodum tu in tuum confuluifti. parum etiam Comitia (y) frequentafti, operamve rebus forenfibus (z) impendifti: eòque dexterius (a) operibus lactariis domi tuae (æ) ad Óxaram, in (b) familiae paucitate, fungêris. caeterum tibi (c) decet, (d) extremam recti equae inteftini partem exfculpere dentibus tuis, quam antequam ad Comitia iueras, in confpectu opilionis tui, tantam te admittere turpitudinem, demirantis, comedifti. Hìc Thorkell oppidò exafperatus furgit, arreptaque ficâ; Hanc ego ficam, inquit, in Svecia (e) comparaui, eaque celeberrimum athletam, atque multos deinceps mortales obtruncaui: & fimul ac tui copiam nancifcor, hanc per corpus tuum

---

(t) ferligi.] C. M. feikuligi, horribilis. G. K. frækiligi, afpectu ftrenuus. E. I. L. N. O. P. Q. S. feigligi, breui morituro fimilis.

(u) ógæfufamligr.] C. ógrunfamligr, non diffidentis (audacis).

(v) ſkolldlauſt.] C. E. G. K. M. P. Fr. a. ſkylldulauſt.

(x) hæðiyrði.] G. K. háðúngar orð.

(y) ridit.] K. Fr. a ſtondat.

(z) ſtarfat.] B. ſiadit, (aut in reb. for.) verfatus es.

(a) lióſaverk.] P. loſtaverk, oper. mollibus (delicatis). O. fióſaverk, officiis bubulci.

(æ) *Particulam* enn (quam), *quae hic in Textu impreſſo & plerisque Chartaceis inferitur, rectè omittunt* B. C. D. E. R. K. M: *hic enim fermo eſt non de amni in loco comitiali, fed de praedio Bardardalenſi, quod Thorkell inhabitabat,* Oxará *dicto, teſte Liofvætningaſaga.*

(b) fáſinninu.] I. L. N. O. Q. S. fáſinnunni.

(c) nærr.] B. C. E. G. M. P. ſkylldara, magis oportet.

(d) raʒgarnarendann.] B. arsgarnarendann.

(e) feck.] E. P. hafda, habui.

tuum adigam, idque venenatae linguae (f) tuae praemium erit. Skarphedinn A. C.
cum ſecuri adſtans elata, ſubridenſque reſpondit: Hanc ego ſecurim in manu 1011.
habebam, quum flumen Markicum XII. cubitos tranſiliui ac Thrainem Sigfuſſonium interfeci, hominibus VIII. (g) aduerſum ſtantibus, quorum me ne vnus quidem eſt aſſecutus: neque ego vnquam homini telum intentaui, quin corpori acciderit. Mox fratres & Karium ſororium refringens ad Thorkelem ſe proruit: Vtramvis, inquit, Thorkell Hake, nunc elige conditionem, vt vel tu ſicâ in vaginam condita ſidas, vel ego, ſecuri in caput tuum impactâ, te humeris tenus diſſecem. Tum conſidens (h) Thorkell ferrum in vaginam recondidit, qui neque antea neque poſtea (i) offenderat. Aſgrimus cum ſuis exeunt. Skarphedinn rogat: Quò nos porrò conferemus? ille, Ad noſtrum tabernaculum, reſpondet. Sic, ait Skarphedinn, (k) taedio petendae opis capti ad nos reuertimur. Aſgrimus (l) regerit: In plures tu juſto (m) petulantior verbis fuiſti: quod verò ad Thorkelem attinet, te non niſi condignè in eum (n) illuſiſſe judico. Ad ſuum inde tabernaculum regreſſi, Niali rem omnem enarrauêre. qui, (o) Veriſimile

(f) þín.] Iid. þitt.

(g) fyrir ok fekk engi þeirra.] C. E. G. K. M. P. hiá ok fengu ekki, adſtantibus, nec me adſequentibus.

(h) þegar, illico, *addunt* Iid.

(i) hafdi.] B. K. hefir, offendit.

(k) bónleidir.] B K. bónleidi. G. bónleid. *obſc.* || E. P. beinleidis, rectâ viâ.

(l) *Hic inſerunt* B. C. F. G. M. P. ſneriʒt þá át (vid) honom ok, conuerſus tum ad eum.

(m) ordhvaſſ.] I. L. N. O. Q. S. ordhnárr. P. ordhvatr, promtior.

(n) leikit.] B. leitat. || C. E. M. P. lagt, G. lagit, (cond. ei) impoſuiſſe.

(o) búid dragi til þeſs ſem vera vill (*Quae verti etiam poſſunt*: Actum eſt! euadat res quemadmodum volet).] I. L. N. O. Q. S. {búd dragi ꝛc. Fr. h. má vera at dr. B. C. E. G. M. P. búd arki (Mun eigi arka C. E. (verda *add.* E. P.) Má at arka lióti G.) at audnu (nú) til hvers ſem draga vill, Veriſim. eſt tendere rem (Nonne res tendet, tendat neceſſe eſt, Poteſt ſit neceſſe vt res tendat) ad fatalem exitum, qualiscunque hic fuerit. K. dregr til ꝛc. euenit quod in fatis eſt.

A. C. 1011. p. 186. est, inquit, negotium tendere ad exitum fato definitum. Interim Gudmundus *Potens*, quae Skarphedinem inter & Thorkelem euenissent, auditis, sic (ad suos) fatus est: Constat vobis, vt nostra cum Liosvætningis negotia euaserint: neque ego vnquam tanta ignominia tantove ludibrio sum ab his (p) affectus, quanta jam Thorkell a Skarphedine; idque peroptatò euenit. Tum ad fratrem suum Einarem Thveraënsem: Tu cum omni caterua mea ibis, & a Nialsoniis, causa sua judicium ingrediente, stabis. quod si verò illis proxima (q) aestate subsidium opus fuerit, tunc id ipse feram. Recepit Einarr, & Asgrimum fecit certiorem. Hic fatur: Incomparabilis est Gudmundus plurimis (r) hominibus nobilitate animi. remque mox Niali significauit.

Cap. CXXII.
De constituenda lite.

Postridie Asgrimus, Gizurr Albus, Hiallrius Skeggii filius, & Einarr Thveraënsis conuenerunt, praesente quoque Mördo Valgardi filio, qui (s) depositis (t) actoris vicibus, accusationem tradiderat Sigfussoniis. Tunc Asgrimus ita loquitur: Hic ego te primum, Gizurr *Albe*, tum vos, Hiallti, atque (u) Einarr, compello, quod, (v) quo loco sita sit causa nostra, vobis indicare volo

(p) farit.] I. L. N. O. Q. S. fengit.

(q) svmar.] K. finn, alio tempore.

(r) mavnnvm at havfdíngskap.] C. G. K. M. P. Fr. a. haufdíngium, optimatibus.

(s) af høndvm.] I. K. L. N. O. Q. S. lausa.

(t) søkina.] B. C. E. M. P. Fr. h. sóknina.

(u) Einarr. at ek vil — málvm þessvm.] I. K. L. N. O. Q. S. ydr álla at ver munum finna vørn í málum þessum er ver førvm med. vos omnes compello, quod nos exceptionem reperiemus, quam hac in causa, quae nobis defendenda est, interponamus.

(v) í hvert esni komit er.] B. C. E. G. M. P. hvers (hver) esni í eru, quae sit ratio causae nostrae.

volo. notum, credo, eſt vobis, a Mördo inſtitutam eſſe accuſationem: verum ita ſe res habet, ipſum caedi Höſkulldi adfuiſſe Mördum, & illam, A. C. 1011.
cujus auctor nemo nominatus eſt, plagam inflixiſſe; vnde mihi accuſatio propter legis cauſam irrita videtur. Hanc igitur, inquit Hialltius, prodere ſtatim volumus exceptionem. Thorhallus Aſgrimi filius ſuſcipit: Conſultum neutiquam eſt, hanc rem, quoad judicium fuerit conſtitutum, non obſcurè ferri. Quid refert? ait Hialltius. Thorhallus reſpondet: Si jamjam nouerint aduerſarii vitioſe paratam eſſe accuſationem, poterunt hanc ità reſtituere, vt domum reorum a Comitiis ablegent, qui illis ibi formulam intendat, cognitoribusque hìc in foro denuntient: atque ſic ritè inſtitutum eſt crimen. Hic reliqui: Tu verò, inquiunt, Thorhalle, ſapiens homo es; quare conſilio vtemur tuo. Poſt haec ad ſuum quisque tabernaculum diſceſſêre. (x) Crimen Sigfuſſonii ad *juris dicundi rupem* ediderunt, de curia reorum ac (y) juſto domicilio requirentes: (z) ſerâ autem die Veneris in jus adirent ad audiendam litem judices. Ad eum finem placida erant Comitia. (Interea) multi reconciliationem partium tentabant; ſed (a) inexorabilis erat Floſius, caeteri autem (æ) multò prolixius detrectarunt; vnde res euentum parum exſpectatum p. 187.
minari videbatur. Cum jam aderat conſtituendi judicii tempus, quod fuit ſerum diei Veneris, tota Comitiorum vniuerſitas in forum confluit. Ab auſtro Floſius cum ſuis judicio Rangaënſium adſtabat; hic & praeſto erant Hallus Sidenſis, Runolfus a Dalo filius Ulfi *Pontificis* Eyrenſis, aliique patrocinium Floſio polliciti: a ſeptemtrione verò Aſgrimus Ellidagrimi filius,

 Gizurr

(x) ſøkum.] G. ſauk. E. P. víginu, homicidium.

(y) þíngfeſti.] P. løgfeſtu, E. lofeſti (non løgfeſti) id.

(z) føſtunóttina.] B. friádagsnótt, id. E. P. føſtudaginn, die Veneris.

(a) var Floſi — horſa.] I. K. L. N. O. Q. S. var þat torſótt, id difficiliter ſucceſſit.

(æ) miklu ordſciri.] B. erfidri miklu, multo magis inexorabiles.

A. C. 1011. Gizurr *Albus*, Hiallrius. Skeggii filius & Einarr Thveräensis. Nialsonii autem & Karius, Thorleifus Krakus, & Thorgrimus *Magnus* ad tabernaculum suum remanebant, omnes in armis confidentes; quae (b) caterua (c) parum ad inuadendum opportuna videbatur. (d) Rogatis a Niale judicibus, vt in jus adirent: causam agere coeperunt Sigfussonii: vocatisque testibus, Nialsonios inuitant, vt jurijurando suo aduerterent; quo mox praestito, crimen enarrant: dein testes de caede solemniter manifestata producunt: tum cognitoribus adsidere jussis, vt hos rejicerent, reos prouocant. Tunc surrexit Thorhallus Asgrimi filius, & nominatis testibus, (e) interdicto (f) testimonia euocatorum praecidit, causam inferens, quod qui caedem patefecisset, ipse ipso jure noxius atque exiliô multandus esset. In quem tu, ait Flosius, haec dicis? Thorhallus respondit: Mördus Valgardi filius cum Nialsoniis ad occidendum Höskulldum profectus, illô enm vulnere sauciauit, quod, cum testes ad vulnera vocabantur, nemini imputatum nuncupatim est: (g) vnde vos inficias ire nequitis exemptam esse accusationem.

Cap. CXXIII.

De pacificatione inter Flosium & Nialem.

Tunc Niall surgens ita orditur: Ego Hallum Sidensem, Flosium & omnes Sigfussonios, omnesque nostrarum partium (h) homines obsecro, ne *vos* hinc

---

(b) flockr.] K. bálkr, *eodem sensu.*

(c) óárenniligr.] P. óágengiligr.

(d) Niáll — dóminn', *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S. & Niáll — málit, E. G. P.

(e) lyriti.] G. lyritar eidi, interd. jurejurandô firmato. *Vel*, juramento peremtorio. *conf. Arnes.* Isl. Retterg. p. 250.

(f) qvidbvrdinn.] B. I. K. L. N. O. Q. S. qvidinn, euocatos rejiciebat.

(g) *Caetera nesciunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(h) menn at þer gángit — mál mitt.] Iid. menn (vini K.) at þer hlydit mer, (nostros amicos), me vt auscultetis.

hinc digrediamini, ſed ſermonem auſcultetis meum. Sic iis facientibus; Haec mihi cauſa, inquit, irrita videtur euaſiſſe, quod & veriſimile fuit, quippe cum a mala exorta ſit radice. planum vobis faciam, Höſkulldum plusquam proprios filios dilexiſſe me; adeo vt, nuntio de caede illius acceptô, lumen oculis dulciſſimum meis (i) exſtinctum judicauerim; quin jacturam omnium filiorum feciſſe, quam illum non viuere praeoptârim. Nunc ego te, (k) Halle Sidenſis, te Runolfe Dalenſis, te Hiallti Skeggii gnate, Einaremque Thveraënſem & Hafurem *Sapientem*, obteſtor, vt (l) mihi pro filiis meis de caede Höſkulldi copia decidendi fiat; & volo cauſam judicent (m) qui ſunt maximè idonei. (n) Orationem Gizurr, Hafur & Einarr, (o) ſinguli habuêre, Floſius vt placaretur orantes, condicta ei ſua viciſſim amicitia. Ille commodè quidem reſpondit, neque tamen recepit. Tum Hallus Sidenſis ad Floſium: Visne tu nunc promiſſa patrare, dando mihi quod petam, ſicut mihi olim ſpopondiſti, quum Thorgrimum filium (p) Ketilis *Craſſi* cognatum tuum, poſtquam is (q) Hallium *Ruffum* interfecerat, peregrè ablegabam? Floſius reſpondet: Dabo, mi ſocer; tu enim non aliud poſtulaueris, niſi (*) quô

A. C. 1011.

p. 188.

Fff 3

(i) ſlavkt.] E. P. ſem ſlogt væri, tanquam exſtinctum eſſe.

(k) þik Hallr af Sídv — ſpaka at.] I. K. L. N. O. Q. S. ydr alla góda menn iafn ſaman at, vos omnes viros optimos conjunctim obteſt. &c.

(l) ek ná at ſættaz.] G. náizt at ek ſættizt. E. P. ek mega ſættaz.

(m) er bezt erv tilfallnir.] G. ſem beztir menn ero, viri optimi.

(n) þeir Gizurr ok Hafr — hetv honom.] I. K. L. N. O. Q. S. Menn bádu þá enn Flóſa at (af) nyiu at ſættaz, ok hetu allir honum, Tunc iterum petierunt homines a Floſio, vt placaretur, omnesque ſuam ei viciſſim amicitiam condixere.

(o) taladi ſitt eyrindi.] B. C. E. G. M. P. tauludu lángt eyrindi ſínn ſinni (ſitt ſinn), prolixam habuêre vnus poſt alterum.

(p) Digrketils.] I. K. L. N. O. Q. S. Ketils.

(q) Halla.] E. P. Hall. M. Hafur.

(*) at mín ſæmd.] B. C. E. G. M. er, P. ſem, G. M. at minn ſómi.

A. C. quô factô quam ante meus honor sit major exstiturus. Volo igitur, ait
1011. Hallus, tu vt placari festines, litemque bonis viris decidendam permittas; sic tibi gratiam (r) bonorum conciliabis. Tum Flosius: Notum faciam vobis, me rogatu Halli soceri mei aliorumque optimorum (s) virorum (t) permissurum, vt (u) ille cum (v) optimo quoque vnà, ex vtraque (x) parte legitimè delecto, litem judicet: Nialem cui hoc dem, dignum censeo. De hoc Niall aliique praesentes Flosio ac caeteris omnibus gratias agebant, eum bene fecisse praedicantes. Tum Flosius: Nunc arbitros ex mea parte nominabo; primum igitur nomino Hallum a Sida socerum meum, dein Ózurem a Breida, (y) Surtum Asbiörnis filium a Kirkiubæio, Modolfum Ketilis filium, (z) qui tunc Asis habitabat), Hafurem *sapientem* & Runolfum a Dalo; (a) qui quidem vno omnium consensu meorum omnium maximè idonei ponuntur. Mox Niall ab Flosio monitus, vt pro se arbitros eligeret; surrexit, &, Principem nomino, inquit, Asgrimum Ellidagrimi filium, tum Hialltium Skeggii filium, Gizurem *Album*, Enarem Thveraënsem, Snorrium *Pontificem* & Gudmundum *Potentem*. Deinde Niall cum Flosio & Sigfussoniis dextram junxit, & pro filiis ac genero suo Kario, (æ) hos, quidquid illi XII. arbitri judi-

(r) góðra manna.] G. inna beſtv manna her á landi, virorum hac in regione optimorum.

(s) drengia] B. C. E. G. M. P. manna.

(t) sem her hafa ord til lagt (lagit), qui hac de re verba fecerunt, *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

(u) hann geri vm ok enir beztv menn.] C. M. her geri vm sex menn, hac de causa sex viri ex — delecti judicent.

(v) beztv.] B. vitruztu, sapientissimo.

(x) lidi.] B. C. G. M. P. hendi.

(y) Svrt.] B. Svart.

(z) hann bió þá í Asvm.] I. K. L. N. O. Q. S. úr Asum, ab Asis.

(a) ok mvn þat einmællt at þessir se bezt.] Iid. þikki mer þessir best, hi mihi videntur maximè.

(æ) þat sem þessir xii. menn dæmdi.] C. E. G. M. P. ok skylldv þessir xii. menn dæma, (cauebat), istique duodecim viri (causam) judicarent.

judicassent, facturos spopondit. quam rem totam concionem forensem laetitiâ dixeris perfudisse. Tum qui Snorrium & Gudmundum arcesserent, missi; nam in tabernaculis suis erant: (b) porrò conuenit, vt disceptatores in senaculo, digressis omnibus aliis, considerent. A. C. 1011.

Cap. CXXIV.
De arbitris.

Snorrius Pontifex ingressus ita est: Nunc (postquam) adsumus hìc XII. judices, ad quorum arbitrium haec lis missa est; vos ego omnes oro quaesoque, nihil vt (c) impedimento hac in re sinamus esse, quò minus partes reconciliari possint. p. 189. Gudmundus ait: Numquae tribuum exsilia vultis aut peregrinationem injungere? Neutiquam, inquit Snorrius; haec enim (d) crebrò secus euenerunt, ideòque homicidia & irae exstiterunt: sed tantam (e) satisfactionem pecuniariam imponi volo, vt majori pretio neminis nostratium sanguis quam Höskulldi steterit. Haec sententia quidem adprobata: verum vbi conferrent inter se, (f) qui primus, quanta foret (g) multa, (h) ediceret, non consenserunt: itaque res peruenit ad sortes, quibus ductis Snorrio (i) pronuntiare contigit. Idem infit: Non diutius morabor hac in re,

(b) var þá mællt at dómendr skylldv.] E. P. skylldy dómendr, arbitri in sen. &c. || var — bravt, *omittunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(c) trega.] E. P. tregdv. K. tregdutt.

(d) efnaz opt illa.] B. C. G. M. hefir opt eigi efnzt, cr. non euen.

(e) fesætt.] Iid. & I. K. L. N. O. Q. S. fesekt, multam pecun.

(f) hverr fyrst skylldi — skylldi.] K. hvernin lúka skylldi, quomodo ea definiretur.

(g) fesekt.] C. fesætt, satisfactio pecuniaria.

(h) vppkveda.] E. P. áqveda, definiret. I. L. N. O. Q. S. uppkasta.

(i) kveda.] G. segia.

A. C. re, ſed mox eloquar vobis (k) meam ſententiam: cenſeo Höſkulldi caedem
1011. triplo viri pretio compenſandam, nimirum ſenis argenti centuſſibus: quam, ſi vobis (l) juſto major aut minor viſa fuerit, ſummam mutabitis. reſpondentibus nihil ſe mutaturos; Huc etiam (inquit) accedit, vt tota multa hic in Comitiis (m) diſſoluatur. Tunc Gizurr *Albus:* Hoc verò vix fieri poſſe opinor; nam reos adeò parum pecuniae habere puto ad ſui (n) expiationem (o). Gudmundus *Potens* ſuſcipit: Ego Snorrii ſenſum calleo; vult nos omnes arbitri (p) contribuamus, pro ſua quisque liberalitate; quo quidem exemplo (q) multi (alii) facient. Hic ei gratias Hallus Sidenſis egit, ſe libenter collaturum (r) profeſſus, quantum qui plurimum contuliſſet: tum idem reliqui arbitrorum confirmabant. Poſtea (ſenaculo) egreſſi communi decreuerunt conſenſu, vt Hallus ſententiam ad *jurisdicundi rupem* pronunciaret. Mox ſignô campana datô cunctis ad rupem judicialem coëuntibus, ſurrexit idem, atque, De cauſa, inquit, quam (s) decidimus, bellè conſentiebamus, multamque ſex argenti centuſſium conſtituimus: cujus dimidium ſummae nos arbitri numerabimus; tota enim his in Comitiis perſolui debet: caeterum ego plebem cunctam apprecor, vt (t) aliquam rem (quiſque) Dei nomine conferat. Ad hoc fauorabiliter reſponderunt omnes. Tum Hallus, teſtibus adhibitis, licere nemini reſcindere deciſionem, edixit. Niall gratias de

(k) mitt áqvædi.] Chh. mitt atqvædi. G. C. mín áqvædi (atqvædi). *plural.* E. P. minn áhugi, m. intentionem.

(l) ofmikit eda oflítit.] G. þurfa, opus videbitur.

(m) uppgialldaz.] E. P. lykiaz.

(n) giallda.] B. lúka.

(o) her, hic (faciendam). *add.* E. P. her á þinginu, hic in comitiis. K.

(p) gefim.] I. L. N. O. Q. S. greidim.

(q) mun margr.] E. P. munu allir, omnes.

(r) iafnmikit, tantundem, *infer.* E. P.

(s) gert um.] G. dæmt, judicauimus. B. til talat, (de qua) pronuntiauimus.

(t) nokkurn hlut gefi.] E. P. hverr gefi nockut, quiſque aliquantum.

de ſententia arbitris egit: Skarphedinn adſtitit & conticens ſubridebat. Re- A. C.
uerſa mox ab juris dicundi rupe in tabernacula concione, diſceptatores, quas 1011.
contribuere promiſerant, pecunias in ſepulcretum incolae loci comportarunt. Nialſonii & Karius, quantum pecuniae habebant (ad manum), tradiderunt, quod C. argenti aequabat. Niall quoque quod ei (u) praeſto erat, depromſit, idque alterum C. argenti complebat. Dein pecunia omnis in ſenaculum deportata, tantumque ab aliis additum, vt ne vnus quidem as (v) deeſſet. p. 190.
Tum Niall ſyrma ſericum & ocreas promit, (x) aceruoque ſuperimponit. Mox eum Hallus compellauit, vt filios iret accitum: ego autem (inquit) vocatum ibo Floſium; nunc vtrique vtrisque ſecuritatem confirmanto. Niall igitur ad tabernaculum ſuum digreſſus filiis ita loquitur: Nunc in meliorem locum perducta eſt cauſa noſtra, nunc (y) ipſi reconciliati ſumus, tota verò pecunia in vnum coacceruata. jam vtrique conuenient ſecuritatem fidemque invicem ſancituri. nunc ego vos, nati mei, oro, nequid in ea re turbetis. ad quod Skarphedinn demulcens frontem (z) ringebatur. Mox omnes ad ſenaculum adiêre. Hallus ad Floſium adgreſſus fatur: Nunc tu ſenaculum adi; jam enim pecunia omnis plena manu (a) expenſa & in vnum collata locum eſt. Sigfuſſonii, rogati â Floſio vt ſe comitarentur, omnes egreſſi cum eo, ſenaculum ab oriente petierunt: Niall verò ac filii ab occidente. Skarphedinn (æ) ſedile intermedium conſcendit, ibique adſtitit. Floſius ſenaculum intrat pecuniam inſpecturus: Haec pecunia, inquit, & grandis & pretioſa, libera-

(u) hafdi.] B. vardveitti, (quod) reſeruabat.

(v) vantadi.] B. C. G. M. ſkorti.

(x) á rúgvna ofan.] B. G. á vfan á hrúgvna.

(y) menn ſáttir.] I. L. N. Q. munnſáttir, verbô rec.

(z) glotti vid.] B. C. E. M. P. gl. (vid) í móti. G. gl. vid tønn, dentes reſtringebat.

(a) golldit.] I. K. L. N. O. Q. S. lykt (lukt).

(æ) medalpallinn.] C. E. G. M. P. midpallinn.

A. C. liberaliter, vt consentaneum est, soluta est. Deinde syrmam tollit, vibrat,
1011 percontatur, quis eam addidisset? nemine responsum dante, rursus ventilat, quinam contribuisset, quaerit, atque subridet: neque respondit quisquam. Tum ille: Vtrum nemo vestrum nouit, (b) cujus hoc amiculum fuerit, an mihi dubitatis indicare? Skarphedinn rogat: A quo tu collatum opinare? Flosius regerit: Si nosse aues, dicam tibi credere me hoc a patre tuo sene illo imberbi contributum; namque multi, qui eum conspiciunt, parum dignoscunt foemina sit an mas. Skarphedinn contra: Hoc verò nequiter dictum, proscindis hominem annis obsitum, quod qui fecerit, nemo (c) hominum frugi adhuc inuentus est. vos etiam sciatis oportet, virum esse, quippe filios ex conjuge sua (d) genuit. pauci sanè cognati nostri (e) de quorum caede non erat satisfactum, ad domum nostram jacuerunt, quin vlti simus. mox idem syrmate receptô ad se, braccas liuidi coloris ad Flosium conjicit, (f) has ei magis opus esse praedicans. Quî mihi, quaerit is, hae magis opus? Skarphedinn respondit: Quiane, si tu (g) amica es (h) genii Svinafelliani, qui te nona quaque nocte pro foemina (i) vti dicitur. Hic Flosius, proturbatô pecuniae cumulô,

---

(b) hverr þenna — átt, *omittunt* I. L. N. O. Q. S.

(c) dygandi manna.] lid. dugligr madr.

(d) átt.] G. getit.

(e) legit úbættir hiá gardi várum.] G. *tantum*, verit úbættir, de — satisf. fuerunt.

(f) þeirra.] G. þær.

(g) brúdr] O. brúdir. *ridiculum!*

(h) Svinfellsáss.] E. P. Snæfellzáss. D. Snæfellzháls. *De hoc, siue* genio Snæfelliano, *qui*, Bardus *nomine*, *viuus in montem perpetuae glaciei Snæfellensem concessisse credebatur, libellus exstat Holis* 1754 *editus: de illo autem, siue genio Svinafellensi nusquam alibi quam hic, quantum quidem ego noui, mentio inuenitur facta: neque tamen verisimile, Skarphedinem, audiente concione, istis verbis in Flosium esse inuectum, nisi non hic modò genius existere, verum & Flosius cum eo commercium habuisse creditus fuerit. saltim hic non inficias iuit, sed, vt ajunt* Veritate quemque maximè irasci, *oppidò exasperatus est.*

(i) at hann geri þik.] C. E. G. M. P. ok geri (han) þik.

cumulô, se ne assem quidem inde ablaturum denuntiauit: confirmans alterutrum fore, vt vel impunè caesus esset Höskulldus, vel ipse cum suis eum (armis) vlciscerentur. Tum pacis conditiones nullas dare, nullas accipere volens, Sigfussoniis dixit: Nunc ad nos reuertamur, omnes eandem (k) subituri fortunam. mox illi ad tabernacula digrediuntur. Tunc Hallus: Nimium quantum infelices sunt quibuscum hic res est. Niall vnà cum filiis ad tabernaculum suum reuersus, Nunc euenit, inquit, quod animo longùm praesagiui, causam hanc nobis grauem esse casuram. Non verò ita; regerit Skarphedinn; nunquam nobiscum experiri possunt jure ciuili. Et Niall: Atqui sic eueniet id, quod nobis omnibus (l) incommodius fuerit. His qui pecuniam contulerant, inter se conferentibus, suum quemque ablaturos esse; Gudmundus *Potens* fatur: At (m) ego hoc in me non admitto dedecus, neque hic neque alibi, vt, quod dedi, recipiam. hoc praeclarè dictum, inquiebant; tumque nemo datum auferre voluit. (n) Snorrius autem *Pontifex*: Mea sic est ratio, vt Gizurr *Albus* & Hialltius Skeggii filius pecuniam hanc in proxima comitia reseruent; id (enim) praesagit mihi animus, haud multum temporis effluxurum, donec adhibendâ ista fuerit vsus. Dimidium pecuniae (o) Hialltius recepit asseruandum, Gizurr autem (p) reliquum. Postea suum quisque tabernaculum petiuerunt. A. C. 1011. p. 191.

Ggg 2 CAP.

(k) síða.] B. C. E. G. Chh. gánga.

(l) verr.] B. C. E. G. M. P. vest, *Superl.*

(m) kys ek mer eigi til handa at taka.] I. K. L. N. O. Q. S. skal oss alldri henda at ver tøkum, h. ded. nunquam eueniat nobis, vt quod dedimus, recipiamus.

(n) Snorri godi.] G. Gudmundr.

(o) Hiallti.] B. C. E. G. M. P. Hallr.

A. C. 1011.

Cap. CXXV.

Decreta in Nialem filiosque aditio violenta.

Flosius omnibus suis in (hiatum) Almannagiam concitis, eò se ipse contulit; cumque sui omnes coiuissent illuc, (q) X. decades numerô, Sigfussoniis locutus ita est: Quam ego tandem operam hac in causa nauo (r) gratissimam vobis? Gunnarr Lambii filius respondit: Non satis habemus (s) donec fratres Nialsonii omnes interfecti erunt. Et Flosius: Ultrò polliceor Sigfussoniis me non prius ab (t) hoc negotio desciturum, quam alterutra pars deuicta fuerit ab altera. caeterum scire postulo, numquis hic sit qui nobis hac in re adesse detrectet. (*) Cuncti se operam (u) ei daturos profitentur. Accedant ergo, inquit, ad me vniuersi, confirmentque sacramento, huic se negotio subtracturum esse neminem. Mox omnes ad Flosium aggressi, in verba ejus jurant. Ille porrò: Hoc etiam omnes manibus stipulatis sanciamus, vitam (v) ei fortunasque amittendas esse, qui (x) hac ab causa, priusquam finiatur, discesserit. Erant hi primarii viri cum Flosio: Kolus filius Thorsteinis (y) *Ventruosi*, Halli Sidensis ex fratre nepos, Hroalldus Özuris filius a **Breida**, Özurr filius
p. 192. Önundi Töskubaki, Thorsteinn *Pulcher* (z) filius Geirleifi, Glumus Hillderis filius,

---

(p) svmt.] I. K. L. N. O. Q. S. annarr helming, partem alteram.

(q) x. tigir.] I. L. N. Q. S. xc.

(r) se skapfelligazt.] lid. & K. liki vel, G. getizt at, gratam.

(s) fyrr enn þeir brædr ero allir vegnir.] G. annat enn þeir br. se drepnir, nisi si fratr. N. occidantur.

(t) þetta.] B. þeirra, eorum (partibus).

(*) *Lacuna unius folii in* E.

(u) honom.] B. C. G. M. þeim, illis.

(v) sá skal.] G. sá sk. hverr, cuilibet.

(x) or þessv máli.] P. á þessi mál, hoc foedus (antequam res ad exitum peruenerit) frangit.

(y) breidmaga bródvrson Hallz af Sidv.] I. L. N. O. Q S. Biorn Þorarinsson, Hallr af Sidu, (Siduhallr).

(z) Geirleifsson — * Þórir son Þórdar.] B. *tantum*, son Þórdar. C. M. Þórissonar Þórdar. * I. K. L. N. O. Q. S. Þorsteinn Þórdarson.

filius, (a) Modolfus filius Ketilis, Thorer filius Thordi, (æ) filii Illugii de A. C.
(b) Mauratunga; cognati (fratres) Flosii Kolbeinn (c) & Egill: Ketill Sigfussonius, 1011.
ejusque frater Mördus, Ingialldus Kelldensis, Thorkell & Lambius, Granius Gunnaris filius, Gunnarr filius Lambii, & frater hujus Sigurdus, Hroarr ab (d) Hromundarstadis. Flosius Sigfussoniis fatur: Nunc vobis ducem (e) sumite, quem vos maxime idoneum judicatis: nam opus est, credo, aliquis vt (f) negotio praesit. Ketill a Marka respondit: Si mihi (g) fratribusque habendus est delectus, te oppidò cooptabimus qui subeas hoc onus; ad quod multa quidem inducunt; tu es (enim) & cognatione ampla & vir magnae auctoritatis, & (h) strenuus & sapiens: adeò nos existimamus te nostrae necessitatis causa hanc rem (i) esse capessiturum. Flosius ait: Est & consentaneum me (k) quod vobis in optatis est, condicere. nunc igitur indicabo, quae nobis ratio sit adhibenda: atque hoc meum est consilium, vt singuli (nostrûm) ex Comitiis profecti domum, rem familiarem prouideant (l) quantum aestiui temporis (m) foenisecio impenditur: & ego domum ibo, domique hanc aestatem agam. Die verò Dominica, vbi hyemis initium ad (n) VIII. hebdomadas

(a) Módólfr.] P. Audolfr.

(æ) D. *omittendô* sonar, Illuga! *cognomen Thordi facit.* || G. I. K. L. N. O. Q. *casu Nomin.* Illugi or — frændi Flosa. — cognatus Fl.

(b) Mauratúngo.] C. G. Chh. Mortúngu.

(c) ok Egill.] G. Egilsson.

(d) frá Hrómundarstødum.] *Omnes alii,* Hámundarson.

(e) takit er ydr.] P. kiósi þer, eligite.

(f) fyrir málinu.] P. forlidi, princeps.

(g) brædr skal koma kiorit.] C. G. P. brædrum skal (vera) kiørit (skulu vera kiørin).

(h) harddrægr.] B. hardsengr. G. hardrádr.

(i) setiz.] P. sneritz, (hanc in rem) descendisse,

(k) þetta.] P. þann vanda, difficile illud negotium, (vt vobis — est, in me recepturum).

(l) i sumar medan — sumar, *om.* P.

(m) tavdur manna eru undir.] B. C. taudu annir eru, foen. datur opera.

(n) viii.] B. vi. *minus rectè.*

A. C. domadas inſtabit, miſſam cantari mihi faciam, moxque Lomagnupsſandum
1011. (o) occidentem verſus tranſibo. binos quiſque noſtrûm adhibeto equos. copiam
nihil augebo vltra hunc, jam qui ſacramento acceſſit, numerum: nam (p)
ſatis frequentem habemus, modo vt nobis juſto foret praeſidio. (q) Die
Dominica, noĉteque ſubſequente iter continuabo: die autem ſecunda hebdomadae in colles Trihyrningenſes (r) peruehar ante medium veſperae (horam
ſextam): tunc & vos omnes conjurati hujus negotii ſocii ibidem adeſtote.
quod ſi quis eorum, qui (s) hanc inierunt ſocietatem, illuc diĉto tempore
non adfuerit, nullam poenam praeterquam capitalem luito, ſi res noſtrae
opis fuerit. Ketill interrogat: Quo paĉto confieri poteſt, vt die Dominica
domô abequites, & (t) ſecundo hebdomadis veſpere in colles Trihyrningenſes peruenias? Cui Floſius: Adſcendam ex Skaptartunga, & montem
perpetuae glaciei Eyafiallenſem â borea praeteruecĉtus in (u) Godalandiam
degrediar; atque hoc, dum iter feſtinauero, ſine dubio conficet. Iam verò
omne (v) propoſitum meum vos edocebo: (x) vbi praediĉto in loco con-
p. 193. ueniſſemus, Bergthorshvalem cum omni caeterua noſtra adibimus, Nialſonios
igne (y) ferroque aggreſſuri; nec prius inde diſcedemus, quam ad vnum
omnes mortui erunt. hoc vos conſilium celatote; nam in eo noſtra omnium

---

(o) veſtr.] P. auſtan, ex oriente.

(p) ver høfvm ærit margt.] G. ver h. hellzti m. P. þat mun nægia, hic ſuffecerit.

(q) Drottinsdaginn.] B. Sunnvdaginn, d. Solis.

(r) mvn ek ríða.] B. C. P. mvn ek kominn, adero. G. vil ek kominn, adeſſe volo.

(s) i mál þeſſi hafa gengit.] I. K. L. N. O. Q. S. eida hefir ſvarit, jurejurando (hoc) promiſerunt.

(t) annan dag vikvnnar.] B. mánadaginn, die Lunae in &c.

(u) Godaland.] P. Þórsmørk.

(v) fyrirætlan.] G. P. ætlan.

(x) at þá er ver — ríða til.] P. mun ek þá rida þadan til, Mox inde Bergth. — adibo.

(y) járni.] P. egginni, acie.

nium salus vertitur. Nunc verò (z) equos nostros petemus, nos domum deportaturi. Mox ad suum quisque tabernaculum rediit: (a) dein Flosius equos sterni facit, domum (æ) cum suis pertendit, aliorum neminem exspectans: nec Hallum quidem socerum conuenire voluit, quod certum existimaret, hunc sibi omnia magna incoepta dissuasurum. Niall a Comitiis filiique domum reuersi, per aestatem ibi se continebant. Interrogatus a Niale gener Karius, numquid in orientem ad villam suam Dyrholmos abiturus esset? respondit: Non eò proficiscar; nam ego, atque filii tui, eandem participabo fortunam. de hoc ei Niall gratias egit, talem se in eo virtutem sperauisse dictitans. Erant Bergthorshvale semper (b) admodum XXX. viri armis habiles, in quibus & famuli. Venit aliquando Kelldas Hrodnya Höskulldi filia, mater Höskulldi Nialsonii. Haec a fratre Ingialldo comiter excepta, salutationi ejus non respondit, eum tamen secum egredi petiit. ille sorori dicto audiens foras eam sequebatur, amboque simul extra (c) sepimentum villae concesserunt. (d) hic Hrodnya fratrem prehendit manu, & (e) cum vnà consedissent ambo, sic orsa est: An verum est, quod juraueris te aditurum esse Nialem *filiosque* suos *interfectum*. respondens *ille*, Verum *est*, inquit. Sic verò tu, ait illa, (f) homo es impiissimus, quum te Niall ter exiliô liberauerit. Ingialldus: Atqui jam eò deuoluta res est, vt, nisi fecero istud,

A. C. 1011.

(z) leita til hesta varra — heim.] C. G. M. láta tala hesta vara ꝛc. equ. n. adduci faciemus. P. rída sem skiótazt, (hinc) quam citissimè abequitabimus.

(a) Sídan let Fl. savdla hesta sína.] I. L. N. O. Q. S. K. Litlu sídarr voru búnir hestar þeirra (þeir bunir), Paullò post parati erant equi sui (ipsi par. er.)

(æ) bidv — rída.] P. bídr — rídr. *singul.*

(b) nær xxx. vígra karla.] B. C. G. M. nær hálfom þridia tígi manna, ferè xxv. domestici (viri). P. hálfr þridi tugr manna, xxv. domestici.

(c) gardi.] K. túninv, aream.

(d) sídan þreif — tegir hann, *omitt.* P.

(e) settvz þav nidr bǽdi.] I. K. L. N. O. Q. S. setti hann nidr hiá ser, eum apud se collocasset.

(f) nídíngr.] P. mannhundr, id.

A. C. iſtud, vita mea ſit in praecipiti. Mulier contra: Non verò fuerit; tu (g)
1011. nihilo ſecius viues, quin & (h) vir hôc melior habebere, ſi (i) erga quem
(k) praebere te optimum debes, non decipis. Tum tegumentum capitis lin-
teum, cruore vndique illitum & hic illic ſciſſum, (l) e marſupio depromit,
inquiens: Hoc tegumento capitis vtebatur Höſkulldus Nialſonius, tuus ex
ſorore nepos, cum interficeretur: vnde hôc nequius (m) conſulere te judico,
quod ab iis ſtas, qui occiſores ejus contingunt adfinitate. Ingialldus reſpon-
det: Id ſine dubio fiet, vt non faciam aduerſus Nialem, quicquid mihi pòſt
euenerit: verumtamen ſcio a me ſocios eſſe poenas repetituros. Tum Hrod-
nya: Sic multum auxlii ferre poteris Niali ac filiis, ſi omnem conſultationem
p. 194. veſtram illi aperis. Iſtuc nullus fecero, inquit Ingialldus; omnium enim
hominum notandus maledicto ſum, ſi, (n) quod mihi crediderunt, enuntio.
at pulchrum eſt facinus hac ab cauſa deſciſere, (o) quum futuram nouerim vin-
dictam ineuitabilem. tu verò Niali & filiis nuntia, hac aeſtate tota circum-
ſpecti ſint ac multis hominibus ſtipati; hoc enim ſoſpitale illis conſilium eſt.
Poſt illa Bergthorshvalem profecta Niali hanc (p) ſermonis communicatio-
nem

(g) allt ad einv.] G. lángan alldr ſem ádr, nih. ſec. longam aetatem (diu) viv.

(h) at betri madr.] C. M. P. B. G. þá (þó) gódr madr (drengr), ita (tamen) vir probus.

(i) þer trúir ok; eum, [qui tibi fidit &], *inſerit* K.

(k) beztr at vera.] C. M. P. bezt at launa, (cui) optimam referre gratiam debes.

(l) púſſi.] I. K. L. N. O. Q. S. vúngi.

(m) fara.] B. C. G. M. P. ſama, (minus) oportere (decere).

(n) er þeir trúdv mer til.] G. ſem mer er trúat til, quod mihi concreditur.

(o) þar ſem ek veit viſſar hefndar ván.] P. þó ek viti mer víſrar hefnd. v. quamquam fut. &c. B. C. M. G. er (ef) madr veit hefndar (hefnda) ván, cum (ſiquidem) vindicta exſpectatur.

(p) vidrædv.] P. umrædv. || C. G. M. rádagiørd, conſultationem. || I. K. L. N. O. Q. S. ſøgv, rein.

nem enarrauit. Is gratias persoluit, mulierem benè fecisse praedicans: (*) A. C.
Ingialldus enim, (subdidit,) omnium multò grauissime hominum (q) peccasset 1011.
(r) me vi adeundo. &, Hrodnyâ domum reuersâ, filiis rem indicauit. Erat Bergthorshvale vetula quaedam nomine Sæunna, multiscia atque prouida, (s) hoc autem temporis decrepita: quam, quod multa fabularetur, Nialsonii anum deliram vocitabant: tametsi praedicta ejus (t) partim euenêre. Quodam die illa, fuste in manum comprehensô, supra aedes ad metam quandam alsines paruulam egressa (u) deuerberauit eam, imprecans, nunquam vt vsui foret quae adeò (v) misera (x) esset! Hìc Skarphedini cum risu percontanti, (y) quî (z) metam alsines insultaret? respondit vetula: Haec (a) meta igni succendendo. adhibebitur, cum paterfamilias Niall & alumna mea Bergthora sub tectis concremabuntur: quare vos eam (æ) deportate in aquas, inquit,

(*) þvíat honom mvndi — allra manna.] K. ok mvnda ek Ingialld sízt hafa varaz at han færi at mer, & ego quidem (*inquit*) ab Ingialldo minimè cauissem (insidias &) aggressionem.

(q) misgert.] C. G. M. P. misgerd.

(r) fara at mer.] C. M. G. vera í (standa á) móti mer, mihi aduersando (aduersus me stando).

(s) þá.] O. Q. S. þó, quamquam decrep.

(t) svmt.] C. G. M. P. margt, multoties. B. flest, plerumque.

(u) lavst.] P. bardi.

(v) vesvl.] P. vesøl. C. G. M. veslug. I. L. N. O. Q. S. veslud.

(x) hon var.] K. P. þú ert, es (*ait*).

(y) hví hon abbadiz vpp á arfasátvna.] C. M. hvers hon kynni arfasátvna, qua de re accusaret metam (succenseret metae) als. I. K. L. N. O. Q. S. hvat þikki þer at sátunni Kerling. edr hví hamazt þú á henni (hana), Quamobrem tibi, vetula, haec meta displicet, aut quare debacharis in eam.

(z) abbadiz vpp á arfasátvna.] B. G. P. amadizt vid sátuna, huic metae molesta esset?

(a) arfa sáta.] O. arma sáta, maledicta meta.

(æ) beri þer hana á vatn — eda brennit hana vpp.] P. — eda berit hana í elld, — aut in ignem date. || K. fyrirfari þer henni, I. L. N. O. Q. S. fargi þer henni, perdite (consumite) quamcit.

A. C. aut quam (b) citiſſimè comburite. Id non faciemus, ait Skarphedinn; aliud
1011. enim, ſi haec non exſtiterit, (c) in fomitem acquiretur, dummodò illud ſit eventurum. (d) Inſtabat jugiter per totam aeſtatem anus, (e) vt meta alſines tecto inferretur; hoc verò ſemper eſt intermiſſum.

Cap. CXXVI.
De portentis.

Habitabat Reykis in pago Skeidenſi (f) Runolfus Thorſteinis filius: cui filius erat nomine Hilldiglumus. Hic (g) nocte diem Dominicam ante hyemis initia (h) nonam praecedente, foras egreſſus, tantum audiit fragorem, vt ſibi & (i) terra & coelum contremiſcere ſint viſa. tum (k) occiduam inſpiciens plagam, circulum ignei coloris videre ſe ibi credidit, & hominem intra circulum equo inſidentem cineraceo: qui celeriter (l) citatôque curſu ferens ad
p. 195. illum, & flagrantem in manu tenens (m) titionem, tam prope adequitauit, vt

(b) ſkiótazt.] P. ſliótaſt.

(c) elldkveykna.] B. elldkeykna. P. elld-kveykinnar. I. L. N. O. Q. S. kveyk-unnar.

(d) klifadi allt ſvmarit vm arfaſátvna.] B. taladi iaſnan til vm ſatuna, monebat jugiter an. P. kl. opt hid ſama á ſátvnni, Idem ſaepe crepabat an. ſuper meta.

(e) at inn ſkylldi — ávallt.] P. enn þó vard eigi af, þvíat forlaugin urdu at ráda. quô tamen nihil effectum eſt; fatum enim neceſſe fuit vt praeualeret.

(f) ſá madr er het, homo nomine, *add.* P.

(g) Drottinsdagsnótt.] P. Drottinsnótt. B. Sunnu nótt, n. d. Solis.

(h) ix.] P. viii. I. K. L. N. O. Q. S. x. B. C. G. M. xii.

(i) iørd ok himin.] I. K. L. N. O. Q. S. loptid ok iørdin, coel. & terra.

(k) í veſtrættina.] P. veſtr, occaſum verſus.

(l) ok fór hann.] id. þvíat h. f. nam citato curſu vehebatur.

(m) elldibrand.] B. C. G. & Chh. brand.

vt eum diſtinctè notandi copia fieret, erat picis in morem ater. (n) idem hos versus (o) immani voce fudit: A. C. 1011.

Quadrupedante (p) vehor, (q) jubâ inalbeſcente pruinâ,
(r) Capronas madidô pluuiis, (s) auctore malorum:
In capite & cauda (t) eſt ignis, medioque venenum.
(u) Eſt ratio Floſi baculo tereti aequa (v) ferenti.
Eſt ratio Floſi baculo tereti aequa ferenti.

Tum (x) ad] montes orientales emitti ab homine torris, & ex aduerſô tantum erigi flammarum (Hilldiglumo) videbatur, vt proſpectum ſibi ad montes interceptum illis crederet; eques verò ipſe ignes ad orientem ſubire viſus ibi euanuit. Poſtea regreſſus ad lectum, diutinum patiebatur (y) animi deliquium: tamen inde rediens ad ſe, omnia, quae per viſum fuerant ſibi obuerſata, memoriâ tenuit, patrique aperuit. Iuſſus a patre Hialltio Skeggii

 filio

(n) ok heyrdi at, audiitque (Hilldigl. eum — fundere:) *add.* C. G. M.

(o) mikilli.] L. hárri, alta.

(p) ríd.] D. reid, vehebar.

(q) helvgbarda.] G. hælogbarda, id. O. hellangbarda. Q. helgndbarda. *malè.* || Worm. *Lex Run.* helveg vorda (*quod interpretatur*) per viam lethum verſus. *Sed quod* vorda verſus *denotet*, *friuolam adfert rationem*, vedrvorda & ſirannvorda: *nam ſi non omnes*, *at plurimi dicunt* vedrborda & ſiravmborda ɔ: ab latere *nauis vento l. fluctui objecto*.

(r) úrigtoppa.] K. úrrigtoppa. P. origteppa. I. L. S. úr iggtoppa. N. K. úr yggtoppa. O. ur iggtoppum. *Apograph.* Reg. varvigtoppa.

(s) íllz valldanda.] B. I. L. N. O. P. Q. S. & Worm. Lex. *caſu Nomin.* ílls vallandi (valldandi), (ego) cauſa mal. || K. allz valldandi, (ego) cauſa omnium (*rerum*, *quae euenient*).

(t) er (eſt) *in ſtropha* 6. *omittunt* B. G. L. & Worm. Lex.

(u) er vm.] Worm. Lex. eru. *Vide ibid.*

(v) fari.] P. fliúgi, volanti.

(x) nidr ok, deorſum &, *addit* K.

(y) úvit.] K. avngvit.

A. C. filio rem enarrare; hunc adiit & (visionem) edocebat: (z) Hic autem con-
1011. spicatum esse dixit *equitationem veneficam*, quae insignia semper euenta portenderet.

Cap. CXXVII.

Flosius domô proficiscitur.

Flosius, initiô hyemis ad (a) II. menses futurô, iter ex oriente parat, suis omnibus, (æ) qui operam ei profectionemque dictauerant, ad se conuocatis. Eorum singuli duobus vtebantur equis, bonisque armis. Hi vniuersi Svinafellum confluentes, ibi pernoctauerunt. (*) Die Dominica Flosius (b) sacra sibi benè mane peragenda curauit, & mox iit discubitum. Domesticis omni-
P. 196. bus, quod singuli per interuallum absentiae suae negotiarentur, praecepit. Dein se ad equos contulit. primùm cum sociis occidentem versus Sandum (*desertum arenosum*) petens, eos monebat, nulla vt initiô (c) festinatione iter carperent, (d) sese tamen peruenturos ad propositum; simul, vt vniuersi, si cui demorari opus fieret, subsisterent. In Skogahverfum occidentem versus perrexerunt; ventumque fuit Kirkiubæium, cum Flosius omnes comites adire templum ac (e) Deo supplicare jubet; quod & faciunt. Postea conscensis equis in montana tetenderunt vsque ad Fiskivötn (*stagna piscosa*); quae ab

(z) en hann qvad hann sed hafa gandreid. C. M. G. B. han mælti. þú hefir sect (seeþ, seit) gandreid. (sagdi Hialti.) qui ait: Tu vidisti equ. &c.

(a) II. mánadir.] B. VI. vikur, VI. hebdomadas.

(æ) þeim sem — heitit, *omitt.* P.

(*) Drottinsdaginn.] B. Sunnudaginn.

(b) veita ser tídir.] I. K. L. N. O. Q. S. syngia ser messu, missam — cantari.

(c) allákaft.] P. ákaft.

(d) ok qvad þó — Markarfliótz.] P. *tantum*, sídan ridv þeir fyrir ofan Jøkul ok nidr í Þórsmork, Deinde equitarunt supra (*pone*) montem glacialem, & in Thorsmarkam descenderunt.

(e) bidiaz fyrir.] C. M. bidia fyrir ser.

ab (f) occaſu praetereuntes aliquantô interuallo, curſum in Sandum direxêre, A. C.
tum jugô glaciali Eyafiallenſi ad laeuam relictô, (g) ita in Godalandiam, 1011.
indeque ad flumen Markicum deſcendêre, circaque horam 3. pomeridianam (h) ſecundo hebdomadis die in colles Thrihyrningenſes peruenêre, ibique ad ſextam (i) permanſêre. Interim eò cuncti praeter Ingialldum a Kelldis aderant. Quem ideò Sigfuſſonii vehementer criminârunt; Floſius autem (k) ne abſentem increparent, monuit, ſed tamen (ait) l) poenas ab eo poſteriùs repetamus.

Cap. CXXVIII.

De portentis Bergthorshvale expetentibus.

Heic ſermo de Bergthorshvalienſibus repetendus eſt. Grimus & Helgius ad (villam) m) Holos, vbi liberi ſui enutriebantur, profecturi, (n) matri ſignificauêre ſe non ea veſpera domum reuenturos. morabantur ergo totum diem Holis. Eò foeminae pauperes venerunt, ſe ex longinquo adeſſe dictitantes. Hae a fratribus quid noui interrogatae, nihil nouarum rerum nuntiare poſſe ſe reſponderunt; habere tamen aliquod nuntium adferre. Illis, quid eſſet rei? percontantibus, precatisque id ne celarent, annuunt ſe foeminae facturas: Nos e (o) Fliotshlida deſcendentes (p) vidimus Sigfuſſonios omnes (q) panopliâ

(f) ueſtan.] I. L. N. O. Q. S. auſtan, oriente.

(g) ſva ofan í.] B. ridu nidr í, deſcendêre.

(h) annan dag vikunnar.] B. I. K. L. N. O. Q. S. mánadaginn, die Lunae. || *vtrumque neſcit* P.

(i) bidu.] G. bidodu.

(k) ekki ámæla Ingialldi — ſídarr.] P. eigi þat giora. ok mællti, má han fái ſitt gialld ſem ádr. ne id facerent, mon. addiditque: Poteſt, vt nihilo minus poenas det.

(l) giallda.] C. M. hefna (á).

(m) Hóla.] P. Alfhóla.

(n) módur ſinni.] B. C. G. M. P. fødur ſínum, patri ſuo.

(o) Fliótzhlíd.] P. Hlíd.

(p) ſá.] G. ſám. Chh. ſáum.

(q) ríða med — Þríhyrníngshálſa.] P. rída upp hálſa med, pan. inſtr. in colles adſcendere.

A. C. opliâ inſtructos equitare, iterque in colles Trihyrningenſes dirigere; qui
1011. erant XV. numerô. vidimus & Granium Gunnaris & Gunnarem Lambii filium cum III. comitibus vnà viam pertendentes (r) eandem; atque (s) nunc omnia hoc in pago moueri & (quaſi) volitare dici poſſunt. Helgius Nialſonius infit: Itaque jam ab oriente Floſius adeſt, illique omnes ei aduerſum venerint, quare ego & tu, Grime, vbi Skarphedinn eſt, ibi adſimus oportet. Id fore confirmat Grimus, amboque domum repetunt. (t) Hoc veſpere ipſo Berg-
P. 197. thora familiae locuta eſt: Nunc vos vobis deligitote coenam, quò ſuo ſinguli palato (u) gratiſſimum capiant; hac enim veſpera domeſticis meis vltimâ cibum antepoſuero. Vtinam id ne fiat! inquiunt (v) illi. Atqui (x) hoc fiet, ait illa; quin multo plura id genus, modò velim, dicere habeo. vnum (y) indicio fuerit, quod Grimus & Helgius hac veſpera domum venient antequam cibo ſatiata familia erit: quae ſi res ita ceciderit, (z) plura item, quemadmodum dixi, procul dubio euadent. Dein menſam apponebat. Tunc Niall: Mirum quid mihi apparet; videor mihi totum triclinium circumſpicere, credoque (a) parietem ſubmotum eſſe terminalem; tota verò menſa & cibus ſanguis

---

(r) ina ſavmv.] B. C. E. G. M. P. allir eina, eandem omnes.

(s) kalla má at nú ſe allt á favr ok * flavgvm.] I. K. L. N. O. Q. S. er ys mikit, magnae (in hoc pago) turbae ſunt. || * B. C. flaug. M. flug. G. flugan.

(t) Þenna aptan enn ſama m. B.] C. E. G. M. P. Nú er þar til máls at taka at Bergþórshvali at B. m. Nunc narratio redeat ad Bergthorshvalem, quod Berg. f. loc.

(u) fyſir.] I. K. L. N. O. Q. S. lyſtir.

(v) Þav.] B. C. E. G. M. P. þeir er hiá voru, qui praeſentes erant.

(x) vera.] C. E. G. M. P. framkoma, euenier.

(y) merkia.] B. C. E. G. M. P. marka.

(z) fleira.] Iid. annat, alia.

(a) gaflveggrinn.] B. E. G. P. gaflveggirnir báðir; C. M. báðir ſtafnarnir, parietes ambos terminales ſubmotos eſſe.

(æ) sanguis sunt. Ejus rei magna omnes, praeter Skarphedinem, cepit admiratio. is, ne solliciti essent, monuit, neue (b) alios (c) faedos gestus ostenderent, quò sermonibus darent occasionem: & nobis (ait) d) plus, credo, quam aliis incumbit, vt magno animo simus, & id quidem (e) consentaneum est. Grimo & Helgio, antequam submotae fuerant mensae, domum redeuntibus, obstupefieri omnes: Niall percontari, quidnam adeò (f) festinè redeant? filii quod inaudierant, retulêre. tum Niall, nequis domesticorum (g) ad somnum proficisceretur, monuit, (h) sed vt sibi praecauerent. A. C. 1011.

Cap. CXXIX.

Adeunt hostes Bergthorshvalem.

Interim (i) Flosius ad suos verba facit: Iamjam nos Bergthorshvalem adequitabimus, ante (k) coenandi tempus cò peruenturi. Mox ita facientes, quae in tumulo (villae adjacenti) sita erat vallicula, in hanc peruehuntur, equisque ibi ligatis, (l) donec plurimum effluxisset vesperae, demorantur. Tum Flosius: Nunc

(æ) blód citt.] Iid. & C. M. blódvgt, sanguine respersa.

(b) avdrvm.] B. annars konar, alius modi.

(c) herfiligvm.] C. hverfiligvm, alia inconstantiae signa ost.

(d) þetta, hoc, *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

(e) at vánvm.] C. E. G. M. P, mikil varkunn. B. jafnt, aequum.

(f) hverst.] I. K. L. N. O. Q. S. bratt.

(g) til svefns fara.] C. G. M. P. B. eggiaz (leggia) nidr, (lecto) decumberet.

(h) ok.] B. G. en marga, sed multos (monuit vt sibi praecav.)

(i) Nú talar Flosi.] C. G. M. E. P. Nú er þar til at taka er Flosi er (er at segia frá Flosa) at han mællti, Nunc de Flosio redordiendum (dicendum) est: ille (suis) dixit.

(k) matmál.] Iid. & B. náttmál, initia noctis (horam nonam).

(l) þar til þess er miøk leid á kvelldit.] B. miøk lengi. ok leid á miøk á kvelldi, valdè diu demor. multumque de vespera dilapsum erat.

A. C. Nunc aedes ipſas adeamus, confertim atque lentè incedentes, quò quid do-
1011. meſtici (m) conſilii incant, videamus. Conſiſtebant foris Niall, filii, Karius & omnes famuli, ſeſe per aream diſponentes, numerô admodum XXX. Floſius gradum ſiſtens, Nunc obſeruabimus, inquit, quam ineant rationem: nam ita mihi videtur, homines, dum ſubſtiterint foris, nunquam a nobis debellari poſſe. Ad quae Granius Gunnaris filius: Adeò male cadet expeditio noſtra, ſi eos (n) inuadere non ſuſtinebimus. (o) Hoc verò non fiet, ait Floſius; verum eos, quamuis adſtantes foris, (p) impugnabimus: tametſi nos eas
p. 198. (q) poenas dabimus, vt quituri ſint pauci (r), vtri vicerint, commemorare. Niall a ſuis quaerit: Quid animaduertitis, quanta ſit copia aduerſariorum? Et numeroſa illorum copia eſt & acris, inquit Skarphedinn: nunc autem ideò gradum inhibent, quod expugnationem noſtri malè proceſſuram exiſtimant. Niall contra: Ea ſine dubio res non eſt; & volo noſtros introgredi: etenim Gunnarr ab Hlidarendo, quanquam ſolus domi, difficiliter eſt ab aduerſariis ſuperatus: hìc autem, quemadmodum illic, firma ſunt aedificia, quae (s) non celeriter expugnabunt. At hoc nequaquam (t) ita eſt intelligendum, regerit Skarp-

(m) ráðz.] I. K. L. N. Q. S. bragðs.

(n) ſkvlvm eigi þora at at ſækia.] I. K. L. N. O. Q. S. þorum eigi at ſiá þá (eða fara at þeim ſagði Grani. *add.* K.) adſpicere non audemus (aut eos inuadere, ait Gr.) E. P. ſk. þá eigi ſótta (ſótt) geta, ſuperare non poſſimus.

(o) þat ſkal ok — ſigraz.] I. L. N. O. Q. S. hvat ok ei ſkal vera, en þeſſ ráðs munu þó margir gialda (þeſs mvnv þó margir ydraz. K.) quod quidem non fiet, tametſi id conſilium damno multis fuerit (ejus conſilii multos poenituerit).

(p) mvnv ver at ſækia.] C. E. G. M. P. ſkulu ver (B.) at gánga, adgrediamur.

(q) afrauð.] B. afráð. C. E. G. afroð.

(r) *Poſt* frá *add.* B. tíðinðvm, euentum.

(s) eigi ſkiótt ſækia.] B. C. E. G. M. P. eigi ſótt geta, non expugnare, credo, poterunt.

(t) þannveg at ſkilia.] C. E. G. M. P. ſva (*ſequ.* & I. K. L. N. O. Q. S.) vrðit; ita (ideo) factum.

Skarphedinn; Gunnarem enim qui magnates domi petiêre, tanta erant in- A. C.
tegritate, vt (re infecta) discedere, quam illum concremare mallent: hi verò 1011.
nos igne, si non (u) aliâ viâ poterunt, statim aggredientur; nam omnem operam in id dabunt, nos vt conficiamur. existimant certè, quod nec est fidei absonum, id sibimet exitio futurum, si nos elabimur. at ego minimè libens patior me igni fumoque ceu vulpem in latibulo suffocari. Niall respondet: Nunc vos vt saepius, nati mei, (v) potestatem eripietis mihi, meque nihili habebitis; at verò juniores hoc non faciebatis, cum & (x) rationes vestrae meliùs successerunt. Helgius excipit: Faciamus quemadmodum vult pater noster, id nobis saluberrimum fuerit. At ego incertum habeo, regerit Skarphedinn; nam pater noster jam brevi est moriturus: verumtamen hoc ei facilè dabo, vt cum eo sub tectis concremer; (y) mortem enim meam nullus horreo. Tum idem ad Karium: Nos ac tu, sororie, pulchrè inter nos adsimus, (z) ne quis (nostrûm) ab altero diuellatur. Hoc mihi propositum est, ait Karius; verum si fors secus tulerit, aliud (a) eueniat necesse est, quod mihi non prohibere licuerit. Tum Skarphedinn: Ulciscere tu (æ) nos, nos verò te, si (b) superuiuimus. annuit Karius facturum. Mox omnes intrant, seque (c) in foribus disponunt. Flosius infit: Iam iis mors appropinquat, cum sunt introgressi: nos igitur quam ocissimè adeamus aedes, & fores quam con-

Iii

(u) annan veg.] E. P. ødrnvís.

(v) rádvm.] I. K. L. N. O Q. S. ofrádvm.

(x) ydvart ráð þá betr fram.] B. C. G. M. ydr þá betr (at. *add.* G.) E. P. ydr þá bezt, ratio vestra melior (optima) erat.

(y) þvíat — minn, *omitt.* I. L. N. O. Q. S.

(z) sva at engi skilij við annan.] lid. of skilium (skilinnst) eigi, neque ab inuicem discedamus.

(a) verða fram at koma.] B. hlióta fram at gánga.

(æ) vár en ver þín.] B. mín ok vár en ek þín, me ac meos, ego verò te.

(b) eptir] G. lengr, diutius viv.

(c) í dyrinn.] I. L. N. O. Q. S. í (vm) andyrin (andyrit) per anticum.

A. C. confertiſſimi (d) praecludamus, atque ita cuſtodiamus, vt nemo effugiat, neque
1011. Karius, neque Nialſonii; (e) hoc enim nobis erit perniciei. Iam aedes proximè ventum; has (f) vndique, (g) ſi quae pſeudothyra ineſſent, ambiunt. ipſe Floſius cum ſuis ad anteriorem aedium partem ſubit. Hroalldus Özuris filius eò accurrit, vbi Skarphedinn conſtitutus; haſtamque dirigit in eum. hic autem, praeſciſſô haſtili ſpiculô, (h) ſecuri Hroalldum petiit; quae in ſummum ſcutum veniens, id continuò totum repulit ad eum, ſic, vt cornu
p. 199. (ſecuris) anterius faciem abraderet, atque reſupinatus ipſe confeſtim exſpiraret. Ibi Karius: Parum etiam (i) te, Skarphedinn, euaſit aduerſarius; & ſanè tu noſtrûm fortiſſimus es. Dubium vtique traho, inquit ille, (k) diductisque labiis arridebat. Karius, Grimus & Helgius crebras emittunt haſtas, multos ſauciant: Floſius verò ac ſui nihil effecerunt. Hic infit: Magnam in hominibus noſtris cladem tulimus, multi ſunt vulnerati, ille autem caeſus, quem minimè (mortuum) l) optauerimus. adeò nunc (m) perſpicuum eſt, non armis poſſe homines a nobis (n) ſuperari. complures nunc ſunt ii, qui non

---

(d) ſkipaz.] G. ſkipa.

(e) Þvíat Þat er.] B. C. E. G. M. P. ella (elligar) er Þat, alias hoc nobis.

(f) vmhverfis.] B. vmhverfvm. C. vmbergis. I. K. L. N. O. Q. S. um (fyrir).

(g) ef nokkvrar væri lavndyr.] B. E. ef nokkurr v. lavndyrr. *ſingular.* I. K. L. N. O. Q. S. ok leitudu hvert nokk. — leynidyr, quaerentes ſi quae &c.

(h) ok hlióp at honom, accurrens ad illum, *addunt* B. C. M.

(i) vid Þik.] E. P. Þer.

(k) ok brá vid grønvm.] C. B. M. en ſá ek (Þó, Þat) at han brá ꝛc., E. P. en hitt ſá ek at han brá ꝛc. at vidi (tamen (illud), eum (*Hroalldum*) diducere labia, (ipſeque arrid.) G. en hitt ſá at han brá ꝛc. at videbatur did. lab.

(l) myndvm.] E. P. villdum.

(m) ſed.] K. audſed, N. audſynt, facile viſu. E. P. ſatt, clarum.

(n) ſótta.] C. E. G. I. M. O. P. Q. unnit, vinci.

non (o) aequè fortiter, vt (p) oſtentabant, inſtent, (q) quamquam maximo- A. C.
pere cohortati: quae cum primis in Granium Gunnaris & Gunnarem Lambii 1011.
filium dico, qui ſe maxime implacabiles oſtenderunt. nunc autem nobis capiendum aliud conſilium eſt: reliquae duae ſunt rationes, at neutra idonea; vna, hinc vt diſcedamus, quod tamen nobis exitio fuerit: altera, vt homines, igne tectis admoto, comburamus; quae res propter Deum (r) ſanè quam religioſa eſt, cum & nos Chriſtiani ſumus: verumtamen (s) hoc conſilii occipiemus.

Cap. CXXX.
Incendium Nialianum.

Dein adhibitô igne magnas ante oſtium flammas excitant. Tunc Skarphedinn fatur: Nunc (t) vos ignem, viri, ſuſcitatis; an verò ſtruendus eſt ignis coquinarius? Granius Gunnaris f. reſpondet: Ita res habet, ac non tibi majore, faxo, opus fiet calefactu. Et Skarphedinn: Hanc mihi pro ingenio tuo gratiam refers, (u) quod ego mortem patris tui ſum vltus; & majorem ejus rei rationem habes, quae te minus attingit. Tunc mulieres partim ſerum acidum in flammas ingerere, atque ignem ſuccendentibus reſtinguere, partim aquam aut lotium importare. Kolus Thorſteinis filius Floſio loquitur:

(o) iafnſkørvliga.] C. E. M. P. iafnſkarpliga, aequè acriter. G. iafndiarfligá, aeq. audacter.

(p) letv.] Iid. ætludu, cogitabant.

(q) en þó eggindu — eira, *omittunt* B. E. G. I. K. L. N. O. P. Q. S.

(r) ſtór ábyrgdar lutr.] K. allmikill abyrgdar hluti, quam maximè relig. B. C. E. G. M. P. ábyrgd, relig.

(s) þat bragds taka.] Iid. láta taka elld ok bera at ſem ſkiótazt, ignem adhibendum & quam citiſſimè inferendum curabimus.

(t) kveykit þer.] B. gera þeir, ignem viri iſti ſuſcitant.

(u) ok virdir þat minna (lítils. C.) ejusque minorem ducis rationem, *add.* C. E. G. M. P. *ommiſſ.* ok — óſkylldara.

A. C. tur: Succurrit mihi consilium; (v) vidi in cubiculo dormitorio lacunar tran-
1011. stris fultum: eò nos ignem injiciemus, metâ alsines paruula, quae hic supra aedes est, fomite adhibita. Mox igitur metam admouent, ignem subdunt: nihil ante reperientibus, qui intus erant, quam totum cubiculi tectum flagraret. Tum Flosio & suis ingentes ante fores omnes flammas excitantibus; (x) mulieres (y) intus constitutae queri miserè coeperunt. quas (z) Niall affatus
p. 200. ita est: Vos leuiter ferte, nec voces desperantium edite; hoc enim est nihil aliud, (a) nisi procella transitoria, (æ) qualis altera longâ distaret intercapedine oportet. vos etiam id credite, (b) tantam in Deo esse misericordiam, vti nos cum in hac tum in altera vita passurus ardere non sit. His alloquiis, aliisque (c) majoris solatii, cum foeminas erexisset, ac tota jam tecta conflagrare coepissent; progressus ad fores quaerit: Num tam propè adest Flosius, vt sermonem meum auscultare queat? Quô sibi exaudiendi esse copiam fasso: Numquid tu, inquit, filios meos recipere vis in gratiam, aut sinere quosdam homines egredi? Flosius respondet: Nolo in gratiam recipere filios tuos, sed hìc finis erit litibus nostris, ac ne prius quidem hinc discedam, quam illi omnes mortui erunt. ast egrediundi copiam dabo foeminis & pueris & famulis. Tum introgressus Niall domesticis ait: (d) Nunc exeundum omnibus est, queis permissum est; & exi tu, Thorhalla Asgri-

(v) at, quod, *addunt* E. P. þat, hoe (*sc.*) G.

(x) kvennafólkit.] B. C. E. G. M. P. kvennalidit.

(y) þat sem inni var.] I. K. L. N. O. Q. S. sem von var, vt consentaneum erat.

(z) Niáll.] Iid. Skarphedinn.

(a) el eitt.] E. P. stvndar el eitt, vnius horulae procella.

(æ) ok skylldi.] B. C. G. M. en þó sk. qualis tamen alt.

(b) sva miskvnsamr at hann mvn.] Iid. E. P. miskvns. ok mvn han, Deum esse misericordem, neque nos sine dubio — passurum.

(c) hravstligri.] C. hreystiligri.

(d) nú er þeim út at gánga ollvm.] C. E. G. M. P. út skulu þeir nú allir gánga, Iam egrediuntor omnes.

Asgrimi gnata, tecumque omnes homines, quibus id concessum. Thorhalla A. C.
fatur: Nunc alia fiet discessio mea ab Helgio, quam diu sum opinata: sed 1011.
verò patrem meum ac fratres instigabo, vt istam, quae hìc dabitur, cladem vindicent. Pulchrè probaueris te, inquit Niall; namque bona es mulier. Eâ jam foras egressâ, sequutisque illam compluribus domesticorum: Astrida Diuparbakkensis Helgio Nialsonio dixit: Exi tu mecum; te pallâ circumdabo, (e) tibique redimiam caput linteo (muliebri more). ille primum recusat, tamen rogatu mulierum perpulsus facere est. linteum Astrida capiti applicuit Helgio; Thorhillda verò Skarphedinis vxor pallam ei superinjecit, isque medius inter illas egreditur; simul exeuntibus Thorgerda Nialis gnata, sorore Helga, multisque aliis. Egresso autem foras Helgio, Flosius infit: Ecce (f) procera illa mulier & ab humeris lata, quae ibi prodiit: vos eam capite ac retinete. Quod cum audisset Helgius, pallam abjicit; gladiô, quem (g) gesserat (h) subalarem, quemdam hominem petit, ferroque in clypeum impacto, partem hujus infimam, pedemque simul homini detruncat. Commodùm interuenit Flosius, & collum Helgio ita (gladio) ferit, vt caput deputaretur. Mox ad ostium regressus (i) Nialem clamat, velle se cum eo Bergthoraque verba facere dicens. tum accedente Niale, Potestatem, inquit, exeundi tibi offero, vir illustris: namque tu (k) immerens concremare. Hic

 rege-

(e) fallda þik med höfvtdúki.] B. I. K. L. N. O. Q. S. þer vid (med) höfut-dúk (höfuddúki). || C. E. G. M. P. *tantum*, höfuddúk, caputque tuum linteo.

(f) há kona ok mikil vm herdar.] E. P. konan mikil um herdarnar, mul. illa ab hum.

(g) brugdit, vaginâ eductum, *inseris* B. (*post* sverd).

(h) vndir hendi] G. í hendi, (tenuerat) in manu. C. E. K. M. P. vndir skikkiunni, sub palla.

(i) kalladi á Niál — ok Bergþórv.] lid, mællti at Niáll skylldi gánga til máls (tals) vid sik ok Bergþóra, postulauit, vt N. & Bergth. accederent ad colloquendum secum.

(k) ómakligr.] E. I. K. L. N. O. P. Q. S. ómakliga, immeritô.

A. C. regerit: At ego egredi nolo; ſenex enim ſum, ac parum (l) ad vlciſcendum
1011. filios meos aptus; at cum dedecore nolo viuere. Tum ad Bergthoram
p.201. Floſius: Exi tu hera; nam ego te (m) nullum ob emolumentum comburere volo. Illa reſpondet: Ego adoſcentula Niali data ſum, eique hoc ſpopondi, me ſortem eandem, ac ille, ſubituram. Dein ambo (vir & vxor) intrò (n) redeunt, illaque fatur: Quid jam conſilii capiendum? Nos ad (o) thorum noſtrum, ait Niall, conferemus, atque decumbemus; ego (p) quieti diu deditus fui. Tunc Bergthora puero Thordo Karii filio ait: Tu foras deportabere, neque ſub tectis comburêre. Tu verò, inquit puer, auia, illud mihi confirmauiſti, me a te nunquam iri diſiunctum (q), quoad tecum eſſe vellem; multò autem antiquius duco, tecum & Niale vnà commori, quam ſuperſtitem eſſe. Illa igitur puerum in cubile detulit. Niall promocondo loquitur: Nunc tu obſeruabis, vbi decumbimus, vtque ego nos componam; hinc enim nuſpiam moueri certum eſt, ſiue mihi fumus (r) noceat ſiue (s) ardor: vnde conjecturâ facile aſſequi poteris, vbi reliquiae noſtri quaerendae ſint. Ille facturum annuit. Fuerat bos nuper ibi laniatus, cujus pellis praeſtò erat poſita. Niall promumcondum hanc ſibi (t) ſuperſternere juſſit; & (u) hic illi dicto fuit audiens. Deinde Niall & vxor (v) ſtratis decumbunt, puerôque medio inter ſe collocato, ſeſe ac illum (x) crucis notâ ſignant, animas ſuas

(l) tilbúinn at hefna ſona minna.] E. G. P. færr til hefnda eptir ſonu mína.

(m) fyrir øngan mun.] B. med øngu móti, nullo pacto.

(n) gengu.] I. K. L. N. O. Q. S. ſneru, reuertebantur.

(o) hvílu.] K. ſængr.

(p) værugiarn.] I. K. N. Q. S. verm-giarn, L. O. varmgiarn, calefactioni.

(q) ok ſkal (nú) ſva vera, idque (nunc) fiat, *inſerunt* B. C. E. G. M. P.

(r) ángrar.] K. grandar.

(s) bruni.] K. elldr, ignis.

(t) breida.] E. P. leggia, ſuperimponere.

(u) hann gerdi ſva.] B. E. G. P. het (heitir) hann þvi, hic illud (facturum) adnuit.

(v) rúmit.] B. hvíluna.

(x) ſigndu.] G. ſignudo.

ſuas Deo commendantes: atque haec eorum vox audita eſt a praeſentibus A. C.
vltima. Tum promuscondus tergus adhibet, ſuper illos explicat; & poſtmo- 1011.
dùm exit. Hunc excepit Ketill a Marka, & flammis ereptum ad ſe, de ſocero ſuo Niale ſedulò percontatur. promuscundus rem ipſam enarrauit. Hic Ketill: (y) Sanè quam lamentabile eſt fatum noſtrum, quod tanto (z) infortunio obnoxia eſſe debuit neceſſitudo noſtra. Skarphedinn patrem recumbentem (a) intuitus, & quomodò ſe compoſuiſſet: Maturè, inquit, parens noſter (æ) cubitum it, idque conſentaneum eſt, (b) quod) ſenex eſt. Dein idem, Karius & Grimus (c) titiones, ſimul ac (d) decidebant, exeptos in aducrſarios (e) ejecêre; quod cum aliquantum durâſſet, hi viciſſim haſtas in illos intromiſère, quas omnes interceperunt aduolantes, foraſque retorſerunt. Floſius ſuos miſſione telorum deſinere juſſit; nobis enim (inquit) omnis armorum vſus contra illos difficilè procedet: vos quidem exſpectare debetis, dum igni (f) deuincantur. ita fit. Tunc tigna e (g) faſtigio grandiora ruere; cum Skarphedinn: Iam ſine dubio mortuus eſt pater meus, ac ne gemitus quidem aut (h) tuſſis audita ſunt ex eo. Dein acceſſerunt in finalem cubiculi partem; vbi delapſum quoddam tranſtrorum erat, in medio paenè combuſtum. Karius Skarphedini loquitur: Excurre tu hìc, teque ego ſubleuabo, ipſe
continuò ſecuturus; & ſic ambobus, credo, hinc euadere continget, modo ita p. 202.
faciamus; nam in hanc partem omnis tendit fumus. Skarphedinn verò: Tu praecurre, ſimul ego ſubſequar. Aſt id minus conſultum, regerit Karius; mihi

(y) Mikill harmr er at oſs kvedinn.] I. K. L. N. O. Q. S. mikit er at oſs qvedit, Graue eſt &c.

(z) ógæfv.] G. óhamíngiu.

(a) ſá.] B. C. E. G. M. P. hafdi ſeit (ſeet, ſed), adſpexerat.

(æ) rekkiv.] E. P. rekkiu ſína.

(b) Þvíat, *add.* B. C. E. G. M. P.

(c) brandana.] B. elldibrandana.

(d) óvttv.] B. G. fellu.

(e) ſkvtv.] lid. C. E. M. P. ſløngdu.

(f) vinnr.] E. P. ſigrar.

(g) ræfrinv.] B. ráſinu.

(h) hóſta.] Id. hórſta.

A. C. 1011. mihi enim contigerit alibi exire, quamquam hic non ſuccedat. Skarphedinn contra: Nolo tamen (praeire); tu prior euola, & ego poſtmodùm. Kårius ait: Injunctum cuique homini eſt, ſalutem, quamdiu liceat, quaerere; idque ego faciam: verumtamen ſic diſceſſus noſter is fuerit, nunquam vt poſthinc alter alterum videat; quoniam, ſi ex igni euolauero, non erit mihi (i) animus ad recurrendum ad te in ignem; atque ſic ſuum quisque iter perſequetur. Arridet mihi, inquit Skarphedinn, ſi tu, ſororie, hinc euades, te mortem vindicaturum eſſe (k) meam. Tum Karius (l) tabulâ quadam ſellari conflagrante in manum arreptâ, per tignum illud transuerſarium excurrit, tabulamque de tecto (m) projicit: quam ſibi, qui proximi erant, accidentem curſu euitarunt. tum ipſe omni veſte ſua capillisque flagrantibus, ſe demittit e tecto, ſecundôque (n) decurrit fumô. Simul quidam proximè adſtantium infit: Numquis illic de tecto deuolauit? at, Minimè gentium, inquit alter; ſed (o) titionem ejecit ad nos Skarphedinn (p). His nihil amplius ſuſpicantibus, curſum Karius perrexit, donec ad riuum quendam deueniebat; in quem demiſſo corpore flammas reſtinguebat. inde ſecundum fumum in locum quemdam depreſſiorem percurrit, ibique quieuit; & ex eô *Lacuna Karii* demominata eſt.

Cap. CXXXI.
Interitus Skarphedinis.

Jam verò ad Skarphedinem reuertendum. ille poſt Karium in tignum transuerſarium ſtatim erupit; ſed cum eò perueniſſet, vbi plurimum ignis hauſerat, tum

(i) ſkap.] K. þrek, id.
(k) mín.] B. vár, noſtram.
(l) ſetſtokk.] *Omn. praeter* A. D. K. ſtock.
(m) ſlavngvir.] Chh. kaſtar. E. P. felldi.
(n) ſtiklar.] E. P. ferr, abit.
(o) elldſtokki.] B. C. E. G. elldiſtocki.
(p) ok fell þan þar nidr, ibique ille decidit. *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

tum illud ſub pondere corporis diſſiliuit. excepit ſe tamen pedibus, iterum- A. C.
que continuò (ſcandere) aggreſſus, per parietem curriculô enititur: jam verò 1011.
trabe laterali ſuprema in ſe corruente, intrò (q) recidit; ſimulque haec erumpit in verba: Nunc (r) perſpicuum eſt quid futurum ſit tum propter parietem laterarium progreditur. Conſcenderat parietem Gunnarr Lambii filius, & viſo Skarphedine, ſic loquutus eſt: Nunc tu, Skarphedinn, lacrymare? Non verò hoc, regerit is, ſed illud verum eſt, fumô (s) oculos (meos) vri: at ne res eſt vt mihi videtur? rides? Admodum, inquit Gunnarr: neque dum riſi vnquam, ex quo tu Thrainem ad flumen Markicum p. 203.
occidiſti. Tum Skarphedinn: Ecce tibi hic (ejus rei) t) monimentum: ac depromto ex (u) marſupio dente, quem de maxilla Thrainis exſculpſerat, hunc in Gunnarem conjicit, ita, vt oculus, dente illapſo excuſſus, in genam propenderet: tumque ex tecto relabebatur Gunnarr. Dein Skarphedinn ad fratrem Grimum (v) ſe contulit, amboque, junctis manibus, ignem calcauêre: ſed cum in medium cubiculi venium, exanimis procubuit Grimus. Tum Skarphedinn in finem domûs graditur, (x) ecce fit ingens fragor, (y) tectumque ſimul decidit; inter quod & parietem terminalem concluſus (z) mouere ſe nullam potuit in partem. Floſius cum ſuis (a) in multam vſque

(q) hratadi.] G. K. hrapadi.

(r) ſeit er.] I. K. L. N. O. Q. S. ſe ek; video.

(s) í avgonvm.] I. K. L. N. O. Q. S. P. ſiálldrid (ſiálldr) i avgunum, aciem oculorum vri.

(t) miniagr.] C. E. Chh. meniagr.

(u) púßſi.] C. G. Chh. púngi.

(v) gekk.] E. P. tók, prehendit.

(x) ok keyrdi øxina í gaſl-hladit. ſva at geck vpp á ſetann, & ſecurim in parietem terminalem ita impellit, vt ad meditullium ferri (*v. vt alii putant*, pars etiam manubrii) conderetur. *inſer.* E. P. *Conf. Cap.* CXXXIII (*p. Text. imp.* 209).

(y) braſt þá ofan þekian.] C. E. G. M. P. reid þá ofan øll þekian, totumque ſimul tectum corruit.

(z) hræraz.] E. P. komaz, euadere.

(a) morgnat var miøk.] lid. morna tók, donec diluculareт.

A. C. lucem ignibus adsidebant. Tunc ad eos quidam aduenit in equo; qui a Flosio
1011. nomen rogatus, se Geirmundum appellauit, consanguineum esse Sigfussoniorum perhibens: Vos, inquit hic, insigne facinus peregistis. Flosius ait: Hoc & magnum & malum facinus vulgò judicauerint, sed nunc (æ) infectum fieri nequit. Geirmundus percontatur: Quot (b) praestantiorum hominum hìc periêre? Flosius respondet: Periit hìc Niall & Bergthora, omnesque filii; item Thordus Karii filius, & Karius Sölmundi filius (c); qui autem plures, qui nobis minus cogniti, ignoramus. Hìc Geirmundus: (d) Nunc mortuum loqueris, (e) quôcum (f) hodie manè confabulati sumus. Quisnam ille? rogat Flosius. Ego, inquit Geirmundus, & vicinus meus Bardus Karium Sölmundi filium offendimus, eique Bardus equum tradidit suum; & illi coma vestisque ambusta erant. Flosius porrò: Numquid armorum habuit? Geirmundus: Habuit gladium (g) Fiörsvafnerem (*Vitae sopitorem*), cujus altera acies liuidum colorem admiserat; eamque adeo mollitam esse me ac Bardo conjectantibus, respondebat ille denuò induratum iri sanguine Sigfussoniorum, aliorumve incendiariûm. Tum Flosius: Quid de Skarphedine (h) retulit? Geirmundus ait: Ambos, hunc & Grimum vixisse tum, cum ab iis discessisset; nunc verò (i) esse mortuos autumauit. Eam

(æ) at hafa.] Iid. at gera.

(b) fyrirmanna látiz.] I. K. L. N. O. Q. S. farizt manna, homin. hìc per.

(c) Þórdr son Þórdar Leysíngia, *add.* G. *Conf. Cap.* XXXIX. & CXXXIII. (*p. Text. impr.* 209.)

(d) davdan segir þú þann nú.] B. davda segir þú þá suma, mortuos quosdam loqu.

(e) er ver höfvm hialat vid.] B. E. G. P. er ver vitum (er ek veit E.) at (er C. G.) á brótt hafa (hefir) komizt ok ek hefi talat vid, quem (quos) scimus (scio) hinc euasisse, & quôcum (quibuscum) ego locutus sum.

(f) í morgin.] I. K. L. N. ádan, modò.

(g) Fiørsvafni.] G. fiørsøfni. E. fiørsøfni. K. fiørsefni, id.

(h) eda Gríms, aut Grimo, *addunt* B. C. E. G. K. M. P.

(i) báda, ambos, *inserunt* Iid.

Eam (k) rem, inquit Flosius, nobis narrauisti, quae (l) nullam nobis quiescendi veniam permiserit: jam enim is effugit, qui ad Gunnarem a Hlidarendo omnibus rebus proximè accedit. nunc vos, Sigfussonii, & alii (m) qui incendio adfuistis, sic (n) habetote, tantam fore hujus exustionis vindictam, vt complures capite multentur, nonnulli fortunis omnibus deturbentur. (o) suspicor nunc neminem vestrum, Sigfussonii, domi suae se continere ausurum, quod (p) quidem praeter spem non euenit. quapropter ego vos omnes ad me domum in orientem inuitabo, quò nos vniuersi vnum idemque fatum subeamus. Hac de conditione gratias egerunt, illam se accepraturos professi. Tunc Modolfus Ketilis filius carmen cecinit: A. C. 1011. p. 204.

(q) Superstes vnum columen est, vbi in domo
Auri datores arserunt,
(Cujus rei acres causa Sigfussonii
Fuêre.) Njalinae domûs.

 Nunc

(k) saugv.] Iid. & Chh. hlyti.

(l) mvn eigi setvgrid biòda.] I. L. N. O. Q. S. munu ekki setu efni, n. n. qu. occasionem dederit.

(m) brennvmenn.] B. C. E. M. P. várir menn, socii nostri. G. menn.

(n) vita.] C. E. G. K. M. P. hyra.

(o) Grvnar mik nú þat — búi sínv.] I. K. L. N. O. Q. S. er nú engvnum ydar Sigfussonum vært i búum sinum (at sitia.), nunc nemini vestrum, Sigfussonii, tutum est se domi cont.

(p) rett at vánvm.] B. C. E. G. P. varkunn mikil, omninò ignoscendum.

(q) *Ordo verborum in hoc carmine talis est*: Einn α) stafr 1) Niáls β) húsa lifir, 2) þar er 3) vnnfors 4) vidir brvnnv inni. því 5) ollv sniallir Sigfúss-synir. Nú er, 6) Gollnis 7) son γ), 8) golldit 9) kani Havskvllds 10) ens ravskva. 11) elldr gekk 12) of rekka 13) siót. 14) liósa hyrr brann í 15) húsvm.

1) Q. í Niáls húsum. K. L. til Niáls húsa. *quod vtrumque eundem ac supra admittere sensum potest; quamquam illae praepositiones tantum ad complendum syllabarum numerum additae sunt.* 2) E. P. Q. S. þar inni. O. her inni, hìc intus. 3) B. C. M. undfors, E. P. undfoss,

A. C. Nunc poena [de te] sumta, fili Gollneris,
1011. Grassante flammâ per virûm
Sedem, flagrante lucido igne in aedibus,
Est fortis Höskulldi necis.

Aliud

---

fošs, vulnerum fluminis 2. sangvinis: *A quo denominari non solent viri, quamquam a praelio denominentur.* G. Pauli. *Immò & à sanguine, vt hujus fundendi auctores l. effectores. Notandum tamen in talibus virorum denominationibus non licere nomina propria, sed tantum appellatina effectionem designantia, adhibere. sic* vnda rínar stefnir *supra pag.* 223. *not.* x). || N. unnfars, nauis *quae tantum ad* mare *transeundum adhibetur. Ita dicimus* hafskip, *nauem oceani patientem.* || G. smin funs, pugnatorii conuentus. 4) G. viuir, amici (*cultores*). B. stafir, columina. 5) O. vullu. 6) I. L. N. O. Q. S. gollins. P. gaullins. G. K. gelldins. 7) B. C. sonr. || I. K. L. M. N. O. P. Q. S. sonum, filiis *l. potius* posteris *Thorgeiris* Gollneris. 8) E. P. golldinn. 9) I. K. L. M. N. O. Q. S. bana, necis (Höfk. datae sunt poenae). 10) A. D. G. enn, *vitiosè, pro quo caeteri* ens, ins, hins. 11) E. elld. 12) L. Q. af. C. G. K. M. P. unt. 13) G. siaut. E. P. siod. O. sveit, coetum. 14) Q. liós brann hyrt, lumen ardebat clarum. O. liós br. her, lumen ardebat hic. 15) I. L. N. O. Q. S. húsi, in domo.

α) Stafr Niáls húsa: Karium *intellige. Alias disponi sic potuit:* Unnfors stafr, *maris ignis* (auri) *columen* (vir); & vidir Niáls húsa, *tigna (per Synecdochen,* columina) *domus Nialinae* 2. *filii Nialis". β) Hoc loco* Nd. Niáls *disyllabum est; quae diaeresis poëtica non obseruata est iis, qui particulam* til *hîc, vt & infra pag.* [*Text. impressi sc.*] 216, *inseruerunt, vt numerus syllabarum sibi constaret.* G. Pauli. *Nullam hic diaeresin statuere opus Doctiss. G.* Magnaeus *in Vita Egilli Scallagr. p.* 366. *not.* 2. *exemplis demonstrauit. γ)* (þú) Gollnisson, *potest intelligi Flosius. Alii:* sá Gollnissonur (*2: Karius: cui & coma & vestes deurebantur, quique suos intimos amisit.*) hefir golldit bana H. &c. *poenas dedit mortis H. Sed raram viri adpellationem existimo esse voculam illam* Gollnis, *quamquam benè consistere possit, ab* gulli [*auro*] *deriuata:* Gullberi, gullgiafi, gullstridir, *homo frugi; & hujus filius,* homo, vir; *tametsi nec frequens. Caeterùm hic nulla diuersae lectionis occasio datur, aut vocabulum*

(r) Aliud verò quidquam (s) gloriari nos oportuerit, inquit Flosius, quam quod Niall combustus in aedibus sit; hoc enim nulli (t) est laudi. Dein idem & Glumus Hillderis filius, nonnullique alii in parietem terminalem conscendêre. Hìc Glumus, An Skarphedinem mortuum creditis? percontatur: reliqui autem jam diu exstinctum affirmarunt. Inibi flamma jam (u) erupit, jam deflagrabat: tumque ante se subter materie ignita carmen audiunt pronuntiatum: A. C. 1011.

(v) Non, credo, Mellae lib[illegible] [isti], filii
Midjungi [&] Idii, Martiae facibus Deae.

 Perac-

---

lum Jo Gollnisson *adsimile: alias dici potuit* gullsendir *l.* gullsælldir, *auri largitor.* G. Pauli. *Miror equidem viro doctissimo non venisse in mentem* Gollnir *cognomen esse Thorgeiris patris Nialis, supra Cap. XX. obuium: nam per* Gollnisson, *hic alium quam Nialem intelligi poëta neminem vult; quod ex responso Flosii statim consequenti liquet. Caeterùm voculae* sá *&* hefir, *quas vir doctiss. adfert, in nullo istorum, quae mihi fuerunt ad manum, exemplari Nialssagae reperiuntur.*

(r) Avdrv nokkvrv — því er N.] I. K. L. N. O. P. Q. S. Ekki skulu ver um þat hælast at N. Ne nos ea de re gloriemur, quod N.

(s) hælaz mega.] B. C. E. G. M. P. hælaz, gloriabimur.

(t) er.] P. er víst, sanè l. est. E. var, fuit.

(u) gavss.] G. geck, adsurgebat.

(v) *Ordo verborum, quem hoc in carmine recepi, hic est:* 1) Mvndit α) Mellv 2) kindar, 3) Midiúngs 4) Idia 5) bvrar 6) hallda galldrs 7) bráregni 8) vm 9) Gvnnar β) geira 10) sennv, 11) vinir γ) 12) mínir, 13) er 14) hlakka 15) síns 16) hravstz 17) hræstykkis δ). 18) ek tryggvi 19) ód, ok 20) dvndv 21) vndgengin ε) 12) eggiar 23) spor.

1) G. mvndvt. I. K. L. N. O. Q. S. mundud, id. B. E. P. mundi, Num — funderent? 2) I. L. N. O. Q. S. kindur, id. 3) O. mundúng. *male.* 4) I. K. L. N. O. Q. S. idiu. *vide sub var. sequ.* 5) C. G. M. burar. E. burrar. P. baurar. *Caeteri omnes (praeter O.)* brúár: *quod diuersum sensum & dispositionem requirit: nimirum,* Mundit Mellu kindar hallda bráregni (Midiúngs galldrs brúar idia

A. C. Peractâ lite, continuissent quin sua
1011. Gemente nimbum cilia fluxu funderent;

Qui

iðia Gunnar sennu um geira.), er mínir vinir hlakka &c. Non continuerit lacrymas proles Mellae ɔ: *vel ipsa gigantum natio*, [Midjúngi (*gigantis*) sonorarum vocum (*auri*) terrae (*mulieres* ɔ: *uxores nostrae*) curant bellum *l.* praelium de igne (*incendio nostri.*] dum aduersarii mei exultant &c. || O. brunar. *Ergo in parenthesi*; Miðjúngs iðia *l.* iðiu brunar, Ignis opera (*incendium*) grassatur (procedit vehementer). 6) O. skiallda, celauissent (brá regni, lacrymas). 7) K. blá regni, caerulam pluuiam. 8) I. L. N. O. Q. S. var. *vnde*, Gunnr var geira sennu, pugna fuit certamine ignis. 9) K. *&* *Tradux* Reg. Gvnnar. *Reliqui* (*praeter* E. *&* P.) *omnes*, gunnr, *Nominatiuo pro Genit.* || E. P. gude, ɔ: gunni. *quod eundem vocum ordinem ac sub var.* 5 *requirit*; *his parenthesi conclusis*: Miðiúngs galldrs sennu burrar *l.* baurar (ɔ. børvar) vm iðia gude geira, Gladii sonorae litis (*praelii*) sustentacula *l.* columina (*viri*) praelium faciunt igne. 10) I. L. N. sinnu, id. S. sunnu. *obscure.* 11) G. Chh. vinar. *Hinc*, er hlakka hrausts hræstykkis síns vinar, *l.* hræstykkis síns hrausts vinar, qui exultant forti flagitio amici sui (*sc. Flosii.*) *l.* flagitio fortis amici sui. 12) B. C. D. E. G. mínu, Chh. minnu, O. mínum. *omnes obscurè.* 13) C. M. en, sed (nunc exultant). 14) B. hlakkar. *Vnde* G. Pauli *sic in ordinem redigit*: er mínir hlakkar hrausts sinnis vinir dvndv vndgengin hræstykkis spor. ek tryggvi óð ok eggiar. *I. e.* Cum mei amici animô ad praelia audaci manare fecissent sanguine perfusa gladii vestigia. Confirmo animum l. carmen, & aciem (securis. *hanc sc. in parietem impellendo*). Vnd, vulnus, *h. l.* sanguis. *Roll. Rím.* Horn í vinstri (hendi) fullt af und, ɔ: Cornu laeuâ (manu tenuit) sanguine plenum. Hræstykkir, gladius; *cujus* spor *f.* vestigia, *vulnera.* Dyn, *verb. neutr. sed hoc loco activ. transitiuum.* dvndv *l.* dyndi ɔ: hefdi dunid. Er, *fortè* ek, *&c.* 15) Q. sinns. *malè. Nusquam autem reperio* *&* sinnis *a G. Pauli adlatum.* || O. hiørþíngs (*pro* hrausts síns), praelii. 16) B. C. D. E. G. Chh. hraustr. *Hinc ordo*: er hraustr hlackar hræstykkis síns vinar, cum (tamen) exultet fortis ille (poëta) amici sui nefando facto. 17) B. hræstykkins. E. hræstykins. P. hræstikkins. Q. S. hræstickis. || C. M. *inuito metro*, hræstyttins, truncatoris cadauerum, *fortè* gladii. 19) D. E. N. tryggi ek. || O. *&* *Trad.*

Qui [nunc] exultant flagitiô turpissimô, A. C.
Pulcherrimô ipsis, aduersarii mei. 1011.

Animum.

Trad. Reg. tryggr med (odd of eggiar) fidus ad cuspidem & aciem. 19) I. L. N. O. Q. S. odd of, C. oddi, cuspidem. *per Synecdochen*, aciem securis (securam l. tutam reddo). 20) I. K. L. N. O. Q. S. dundi. 21) D. M. vndgengnn. G. vndum gengin. K. undgengi. E. P. vndgongrm. *quae omnia eundem admittunt sensum.* L. N. O. Q. S. undirgenginn. *quod*, *nec non* undgenginn, *de ipso poëta capi possunt, ita vt dixerit*: ek vndgenginn *l.* undirgenginn, ego, qui occidi *l.* perii, 22) I. N. eggia. *plur.* 23) B. spiør. C. spiørr. *Vnde ordo & sensus erit*, undgenginn spiørr dyndi, & vndgengin spiør dyndu, hasta, quae vulnera penetrauit (ɔ: *vulnifica*) ruebat, & hastae, quae vulnera penetrarunt (ɔ: *vulnificae*) ruebant.

α) Mellv kindar, Midiúngs, Idia byrar, *Asyndeton*, & *contemtus in his appellationibus.* Byrar, kindar, [*Nominatiui plurales*] *alias* byrir, kindir. G. Pauli. *Immò conuicia ista sunt*, *quîs poëta inuehitur in incendiarios, quasi dicens*, noxae, pestes, belluae *l.* bestiae. *Caeterùm hìc nominibus gigantum propriis indicantur omnes gigantes, & per filios eorum ipsa vniuersa gigantea natio. qui Hellenissimus in Edda Sæmundina non est infrequens; vt* Asa, Ita, Jøtna synir, *Asorum, hominum, gigantum filii.* β) Gunnar gallðrs brárégn, ɔ: *dolor post praelium*: vm geira sennv, *de praelio l. propter hoc, fortè* geyrva *vel* giørva (sennv), factum (*post praelium*). G. Pauli. *Mihi verò* Gunnar geiri *f. bellonae ignis*, gladius (*l.* tela); & gunnar geira senna, *f. telorum contentio*, pugna. *Hac dispositione receptâ vtrum praepositio* vm *per* post *explicari possit, licet* um þat ad *l.* sub id (*tempus futurum*) & postquam *denotet*, *nescio*; *sed omninò potest, si* geyrva (*quod, quamquam in rem praesentem & mihi quadrare videretur, Textui tamen inferendum non censui, quippe cum nulla niteretur auctoritate.*) *admittatur; tum ordo & sensus foret*: vm geyrva Gunnar sennv, *post sommissam pugnam. nam sensus poëtae hic videtur esse: Non temperauissent sibi aduersarii mei, quin de praelio l. post praelium (hoc si factum fuisset, vt ipse voluit.) alta voce lacrymarent.* γ) Vinr, *vulgò amicus*, *Veteribus generatim designasse videtur eum, cum quo cui res est, adeoque* & aduersarium. *Quo intellectu, meâ quidem sententiâ, idem bis occurrit in* Grimnismâlum, *strophâ 3. a fine: vbi Odinus*

Geir-

A. C. Animum confirmo, ferri acuti sanguine
1011. Persusa manauêre & [his] vestigia.

p. 205. Granius Gunnaris filius infit: Viuus ne an mortuus hoc carmen cecinit Skarphedinn? Nullas, ait Flosius, ego hac de re (x) conjecturas faciam. At Skarphedinem volumus quaerere, inquit Granius, (y) caeterosque hoc incendio consumtos. Flosius contra: Minimè; ac sanè infruniti sunt tales homines, qualis tu es; quippe per totum hunc pagum copiae cogentur. is

---

Geirrödo regi mortem instantem canens, de hoc sui cruciatore hunc in modum dicit:

Fiølld ek þer sagda.
en þú fátt of mant.
of þik vela vinir.
mæki liggia
se ek míns vinar
allan í dreyra drifinn.

I. e. Multa tibi dixi, sed pauca meministi. tibi insidiantur amici. *Machaeram jacentem video mei* amici *(aduersarii) totam sanguine respersam. Item in* Grettis-saga Asmünd. *s. quum Thorer a Gardo ad occidendum Gretterem profectus, eum quô locô putauerat, non inueniret, de illo dicitur,* Misti vinar í stad, *desideranit* amicum *in statione s. loco expectato (amisit aduersarium e manibus). Caeterùm generaliter dicunt,* At missa vinar í stad, *quandò quis alterum, quôcum negotii quid habiturus est, eo in loco, vbi hunc adesse credidit, non deprehendit.* δ) *An* stycki factum *l.* facinus *aliquod apud veteres nostrates designauerit, fateor me quidem non dum certò scire; jam diu verò iste significatus hodiernis Islandis vsitatus, quemadmodum Danis & Germanis, est. Vnde mihi* hræ-stykki, *n. g.* funestum *facinus l. flagitium. G. Pauli verò* hræstyckir, *m. g.* gladius *(supra sub var. 14.): de cujus significatione* Is stykkir *antiquitate sum aeque incertus.* ε) Vndgengin *accipio quemadmodum Doctiss. G. Pauli (sub var. 14);* & eggiar *s.* eggia spor *pro* vulneribus. *mentemque poëtae in duabus vltimis strophis hanc imaginor: Sed bono sum animo (hoc mihi solatio est), quod & aduersariis meis vulnera manabant sanguine (cruenta fuit victoria): vnus enim illorum occisus, multi vulnerati.*

(x) getvm.] K. M. N. gátum.

(y) annarra manna] E. P. ann. brennumanna, caet. exustos.

is idem est, credo, qui nunc (z) moras trahit, atque (a) qui (illis aduenien- A. C.
tibus) tam attonitus fiet, vt (æ) quorsum euolet, planè nesciat †). adeòque 1011.
meum est consilium, vt quam citissimè cuncti abequitemus. Mox ad equos festinabundus abiit cum omnibus suis vnà. Geirmundum sciscitatur, an Ingialldus domi esset Kelldis? qui (b) eum domi esse autumauit. Ille homo est, inquit Flosius, qui (c) contra nos jusjurandum fidemque omnem violauit. Et mox ad Sigfussonios: Quomodò nunc in Ingialldum consulere vultis? vtrum veniam ei dare placet, an verò jam vt adeamus eum & interficiamus? (d) Omnes jam statim (e) adire & trucidare velle hominem succlamarunt. Tum Flosius in equum subsilit ac caeteri omnes, atque abequitant. Ipse praecedens suos rectà (f) adscendit ad Rangam, inque adscensu ripae, hominem in equo per vlteriorem ripam descendentem conspicatus, Ingialldum a Kelldis recognouit, eumque compellauit. Hic inhibito cursu sese ad alueum conuertit, eique Flosius ait: Tu (g) foedus nostrum rescidisti, adeoque bona & (h) vitae securitatem amisisti. nunc hìc Sigfussonii adsunt, qui te obtruncare discupiunt; at, cum videaris mihi angustiis circumuentus fuisse, vitam tibi donabo, si causam meo ipsius judicio vis permittere. At ego, (regerit Ing.) prius conueniam Karium, quam tuo arbitrio rem tradam.

(z) á dvalar.] E. dvalar. P. dvelr. K. dvalar eggiar, ad demorandum hortatur.

(a) hinn er, ille, qui, *addit* G.

(æ) hvert hlaupa skal.] E. P. hvar leynaz skal, vbi se abscondat.

(b) qvaz ætla at hann mundi heima.] I. K. L. N. O. Q. S. qvad þat satt mundu, id verisimile autum.

(c) vid oss.] B. á oss, in nos.

(d) allir at þeir villdu — drepa hann.] I. K. L. N. O. Q. S. nær allir. drepa hann, (Responderunt) tantum non omnes: Interficiamus.

(e) fyrir víst, sanè, *inserit* B.

(f) upp til Rǎngár.] N. O. Q. S. upp med Rángá. adsc. propter R. B. upp til Þverár, adsc. ad Thueram. || K. L. ofan med Rángá, descendit secundum R.

(g) sátt vid oss.] I. K. L. N. O. Q. S. eida þína, jusjurandum violasti tuum.

(h) fiørvi.] C. E. M. P. lífi.

†) *Haec sine dubio in Granium Flosius.*

A. C. sic verò Sigfussoniis respondere libet, non fore, vt ab illis ego plus metuam,
1011. quam illi a me. Flosius ait: Mane igitur, si non deest tibi animus; nam missum tibi mittam. Manebo certè, inquit Ingialldus. Inibi Thorsteinn Kolbeinis filius, Flosii ex fratre nepos, (i) praeter eum praeuectus est, hastam in manu tenens: idem in (k) strenuissimis viris vnus, qui cum Flosio erant, maximique pretii. Huic Flosius hastam eripit, atque in Ingialldum jaculatur; quae ad laeuam illapsa clypeo, hunc infra ansam pertudit, ita vt prorsus diffinderetur; cuspis autem (l) femur supra ipsam patellam penetrauit, & in ligno sellae sistebatur. Tum Flosius ad Ingialldum: Tene (m) tetigit (ferrum)? & hic, Profectò me tetigit, inquit; hoc autem vibicem, non vulnus judico. hastâque simul euulsa ex (n) vulnere, Flosio dixit: Mane tu nunc, si non es semiuir: & cum dicto hastam trans alueum retorquet: quam (o) se medium collineaturam videns Flosius, equum (p) retroagit: vnde telum
p. 206. ante (q) equum ipsius praeteruolans, ac Flosium nequicquam feriens, in medium Thorsteinis corpus venit, isque simul mortuus equô excidit. Mox Ingialldus admisso equo siluam petiit, (r) neque assequi eum contingebat. Tum Flosius ad suos verba sic habuit: Nunc (s) cladem (t) accepimus; &, cum hic

(i) fram hiá honom.] I. K. L. N. O. Q. S. næst siálfum h. ipsi proximus vehebatur.

(k) rausk vaztr.] C. K. M. hraustaztr, fortissimis.

(l) lærit fyrir ofan knesklna.] B. C. fótinn fyrir &c. id. E. P. fótinn fyrir nedan kned, pedem infra ipsum genu.

(m) kom á þik?] E. P. nam þik?

(n) sárinu.] C. E. M. P. fætinum, femore (pede).

(o) stefnir á hann midian.] O. Q. S. I. K. L. N. stefnir (flygr) at ser, se rectâ petentem (ad se aduolantem).

(p) hopar.] C. opar.

(q) hestinn.] B. C. E. M. P. brióst, pectus suum.

(r) náðu þeir honom ekki.] I. K. L. N. O. Q. S. høfdu þeir hans ecki.

(s) mikinn, magnam, *add.* Iid. & B. C. E. G. M. P.

(t) fenginn.] I. K. L. N. O. Q. S. bedit.

hic casús superuenerit, nequimus ignorare, quam aduersa nobis fortuna sit. A. C.
jam verò mea sic est ratio, vt (u) in colles Thrihyrningenses adequitemus, 1011.
vnde prospicere (v) per totum hunc pagum itinera equitantium possumus: nunc enim, credo, (x) manum (tribules) faciunt quam maximam; sine dubio rati, nos a collibus Thrihyrningensibus orientem versus in Fliotzhlidam perrexisse: & porrò crediderint illi, nos inde (y) in montana borea, indeque in pagos orientales transabituros: eò maxima copiarum pars nos (z) persequetur; nonnulli autem per superiores partes contra orientem (a) in Selialandsmulum abibunt, quamquam minus probabile, nos ea petiisse loca, existimârint. (æ) jam verò saluti nostrae (*) consulam, meaque sic est ratio: adscendamus in (montem) Thrihyrningum, ibique, donec (b) terni occiderint soles, permaneamus. (c).

L ll 2 CAP.

(u) á Þríhyrníngshálsa.] Iid. uppá Þríhyrnínga.

(v) vm allt herabit.] C. E. M. P. í heradit, in (per) pag.

(x) lidsámnat.] E. P. mannsøfnud.

(y) nordr á fiall.] Iid. austr um f. per montes orientem versus.

(z) rída.] G. leita.

(a) til.] G. fyrir, vltra.

(æ) ek mun nú gera — til þess er þriár.] I. K. L. N. O. Q. S. Ver skulum vera á Þríhyrníngum þar til þr. Nos verò in (monte) Thrihyrningo, donec &c.

(*) mun — gera.] G. mun hlióta at gera, consulendum est mihi.

(b) þriár sólir eru af himni.] B. C. E. G. M. P. in þridia sól er af (á E. P.) himni, tertius hinc sol occiderit (exortus fuerit).

(c) þeir gerdu (gera) nú svo. Iamque ita faciebant. *add.* I. K. L. N. O. Q. S. G. Þeir voru þar um daginn (nóttina). en ridu sídan í (á) fiallit. Manebant ibi per diem (noctem); deinde verò in montem adscenderunt. *add.* C. M. E. P. Þeir gera nú sva at þeir rída upp í fiallit. ok í dal einn. er sídan er kalladr Flosa-dalr. siá þeir nú þadan allra manna ferdir vm heradit. Iamque ita factum, vt adscenderent in montem, & vallem quamdam (occupauerunt), quae ex eô *vallis Flosii* appellatur, hincque omnium per viciniam proficiscentium itinera prospectabant. *addit* B.

A. C. 1011.

Cap. CXXXII.
De Kario Sölmundi filio.

Iam verò (d) ad Karium reuertar. is relicta fouea, vbi leuauerat lassitudinem, viam, donec ei Bardus obuiam fieret, affectauit; iique verba inter se fecerant quomodò Gerimundus (supra) memorabat. Inde Karius perrexit ad Mördum, eique, quod actum erat, narrauit. (e) & (f) perdolente illo, hìc aliud viro dignius affirmauit, quam istos mortuos lugere: petiitque vt conquisitâ potius manu veniret ad vadum Hollticum. Ita Thiorsardalum ad Hialltium Skeggii filium tetendit: dumque per ripam Thiorsae adscendebat, (g) quemdam equitem (h) se citatim insequentem respicit: quem praestolatus, Ingialldum a Kelldis recognoscit: & totum ejus femur sanguine madens conspicatus, ab eo, qui sauciauisset, requisiuit: ille narrat. Karius porrò: Vbi conuenistis? Apud (i) Rangam, inquit Ingialldus, atque trans amnem (hastam Flosius) in me jaculabatur. Num quam, ait Karius, tu vicem reddidisti? Ingialldus respondet: Rejicio hastam, quâ qui dicebatur excepius, continuò mortuus (k) est. Karius pergit: Cognôstine, qui sit occupatus? Is mihi, inquit Ingialldus, referre Thorsteinem Kolbeinis filium nepotem Flosii videbatur. Tum Karius: Macte (l) esto facinore (m). Post ambò simul ad Hialltium p. 207. profecti, nuntium rei gestae adferunt. Qui facinus illud grauiter accipiens, sum-

(d) at segia frá Kára.] C. E. M P. þar til máls at taka er (at) Kári er, sermo repetendus est de Kario.

(e) ok.] lid. & B. en han, ille verò (perdolebat. Karius aliud &c.).

(f) harmadi.] C. E. M. P. aumkadi.

(g) ser hann mann rída — at þar var.] I. K. L. N. O. Q. S. þá kom þar eptir, ecce consequens adest Ingialldus a Kelldis.

(h) eptir ser hvatliga.] G. upp med ánni, propter amnem adscendentem.

(i) Rángá.] B. Hverá.

(k) var.] B. C. E. G. M. P. væri, (qua exceptum hominem dixerunt, & hunc statim mortuum) esse.

(l) þá, igitur, *inserit* G.

(m) ok haf stóra þock, maximamque gratiam cape. *addunt* I. K. L. N. O. Q. S.

ſummam ait neceſſitatem perſequi patratores, omnesque ad vnum caedere. A. C.
mox manum, plebe ſedibus excitâ, coëgit. (n) Hac idem & Karius ſtipati 1011.
Mördum Valgardi filium adeunt, conueniuntque ad vadum Hollrenſe cum magna hominum multitudine conſtitutum. Diuiſis ibi ſcrutatoribus, pars per ſuperiora in Selialandsmulum (o) penetrarunt, pars in Fliotzhlidam; alii montana verſus (p) in colles Thrihyrningenſes profecti deſcenderunt in Godalandiam. inde boream verſus quidam in Sandum, quidam ad Fiſkivötn progreſſi, reuertêre. nonnulli autem per interiora contra orientem Holltum tetendêre: Thorgeiremque, geſta edoctum, rogauêre, (q) eâne perequitâſſent (incendiarii)? Is fatur: Sic res habet, vt, quamquam ego (r) modicae dignitatis homo ſum, tamen aliud ineat conſilium Floſius, quam per ora mea obequitandi, poſtquam patruum meum Nialem & (s) patrueles interemerit. quare (t) vobis nihil eſt aliud faciendum, niſi vt reuertamini; nam proxima negligentes longinqua ſcrutati fueritis Kario autem nuntiate, huc ad me veniat, atque, dum ei lubitum erit, domi meae degat. (u) quamquam noluerit huc in orientem venire, tamen ego rei familiaris, quae illi Dyrholmis eſt, curam geram, ſi hoc mauolet. hoc & illi dicite, me cum eo facturum (v); & ad Comitia profecturum eſſe. ſcit & ſine dubio, me fratresque meos eſſe vindices principales: & certum eſt nobis cauſam hanc ita (x) aggredi, vt (y) ſi

(n) vid þetta lid.] E. P. þegar, Statim id. & Kar. Mörd.

(o) fórv.] G. leitudu, perquirebant.

(p) til.] B. C. E. G. M. P. um, per.

(q) þar vm.] G. þar komit eda vm, eòne venissent, eàve perequit.

(r) ekki mikill.] I. K. L. N. O. Q. S. lítill, paruae.

(s) bræðrúnga mína.] C. M. ſonu hans, filios ejus.

(t) ydr engi annarr ágiørr enn.] E. P. ſá til at, id (vnicum) fac. vt &c.

(u) þótt — vili.] E. P. ef — vill, quod ſi.

(v) ſlíkt er ek má, quoad potuero, *add.* G.

(x) at.] E. P. eptir, perſequi.

(y) á málunum, de hac cauſa, *inſerunt* C. E. M. P.

A. C. ſi quid noſtrae opis fuerit, rei proſcribantur, deinque in eos homicidiis vin-
1011. dicetur (z). nunc autem vos (a) eò nuſpiam ſequor, quod id ſuperuacuum ſciam, incendiariosque in praeſens eſſe quam circumſpectiſſimos putem. Reuerſi ergo ſcrutatores, vniuerſique in Hofo congresſi inter ſe ſermocinabantur, (æ) eô partam ſibi ignominiam eſſe, quod quaeſitos non inueſtigaſſent: Mördus verò id eſſe negitabat. Tum cohortantibus (b) multis, vt in Fliotzhlidam iretur ad res domeſticas omnium, qui exuſtioni adfuiſſent, occupandas; ac eâ re tamen ad Mördi arbitrium remiſſa: id conſilium eſſe maximè temerarium aſſeruit: rogatusque, quid (c) ita diceret; Quoniam, inquit, (d) ſaluis eorum domibus, has & conjuges ſuas vtique (e) viſitabunt, eosque (f) inibi, tempore procedente, copia intercipiendi dabitur. nunc vos nihil (g) in dubium vocate fidem erga vos meam in (h) omnibus conſiliis, nam hìc (*) mihi pro me ipſo eſt reſpondendum. Illum Hialltius, quod profiteretur, praeſtare monuit. Tum idem Kario hoſpitium obtulit; ſeque hic domum Hialltii primò collaturum ait. Caeterùm edoctus pollicitationem Thorgeiris, eam ſe conditionem porrò (i) accepturum autumabat; (k) ſubjiciens, proſperum rei exitum, ſi multi probarent ſe tales, animum ſibi praeſagire. Poſtea omnis dimiſſa multitudo eſt. Floſius & ſocii, quaecumque acciderant, ex monte, vbi latitabant, proſpexêre;

(z) eptir þat, poſtea. *addit* C.

(a) vm ſinn, hoc tempore, *inſer.* E. P.

(æ) af.] G. af førinni, eo itinere.

(b) margir.] E. P. ſumir, nonnullis.

(c) hann mællti þat.] I. N. O. Q. S. K. L. þat ſætti (þætti), hoc ſibi vellet (ei ita videretur).

(d) ſtanda.] Iid. ſtanda kyr, intactis.

(e) ſkiótt, celeriter, *inſer.* Iid.

(f) þar — á.] E. I. K. L. N. O. P. Q. S. þar — þá, ſic ibi.

(g) efa ydr.] B. ifaz ſ. || E. P. gefa ydr til. ek &c. ſolliciti ſitis; ero fidus.

(h) ollum.] I. K. L. N. O. Q. S. minum, meis.

(*) *Hic iterum incipit* F. *ſed aliâ manu.*

(i) neyta.] E. vita, P. vitia, requiſiturum.

(k) qvad ſer vel hug vm ſegia.] C. E. M. P. qvadz vel mundu treyſta, ſe fidenti animo futurum ait.

ſpexêre; tumque hic fatur: Nunc equos adducamus, atque hinc diſcedamus; nunc enim (l) ſucceſſerit id nobis. Sigfuſſoniis percontantibus, an (m) ſe domos ſuas tutò adituros crederet, res ſuas ordinatum? Id verò Mördus opinatur, inquit, vos (n) vxores veſtras eſſe viſitaturos; diuinoque hoc eum ſuadere, vt veſtrae domus conſtent indireptae (o). atque ideò conſilium eſt meum, ne quis veſtrûm alterum deſerat, omnesque me in orientem comitentur. Probatur conſilium vniuerſis. Mox omnes orientem verſus proficiſcuntur: jugumque glaciale praeterue&ti a borea, Svinafellum vsque iter continuarunt. Hinc Floſius (p) maturè dimiſit, qui eò commeatum ſubueherent, quò nulla res deficeretur. Ille res geſtas neque gloriabatur vnquam, neque ex illo quiſquam timorem comperit: domique per hyemem ad (q) pera&tum vſque feſtum *Natalitii* agitabat. A. C. 1011. p. 208.

Cap. CXXXIII.

Repertae reliquiae Nialis & Bergthorae.

Karius a Hiallrio precabatur, vt reliquias Nialis quaeſitum iret; cun&ti enim, (ait,) quidquid tu referes ac tibi videbitur, accredent. Id ſe (r) propenſiſſimo animo fa&turum Hiallrius adfirmauit, vt oſſa Nialis ad templum deueheret. Itaque domô profe&ti XV. numerô, Thiorſam ad orientem equites tran-

(l) dvga.] B. C. E. M. P. vel hlyda, hoc ſatis idoneum fuerit.

(m) þeim myndi dvga — fyrir.] F. I. K. L. N. O. Q. S. þeir ſkylldi vitia (eigi rída til) búa ſinna ok kvenna, viſere (non adire) villas ſuas & vxores deberent?

(n) qvenna ydarra.] C. M. búanna, villas.

(o) ok ætli han (þeir) at veida ydr þannig (at þer vitit qvenna ydarra. *add.* F.) vosque illum (eos) hoc modo intercipere cogitare, (ſi vxores veſtras inuiſitis.) *addunt* I. K. L. N. O. Q. S. F.

(p) ſendi þegar menn at.] E. P. let þegar, mat. comm. curauit ſubuehendum.

(q) vm.] F. yfir, id.

(r) giarna.] B. C. M. E. P. fúſliga (fyſiliga), libenti.

A. C. tranſiêre, ibique tot comitibus ſibi (s) adſcitis, vt cum vicinis Nialis vnà (t)
1011. C. hominum eſſet, Bergthorshvalem matura (u) luce peruenère. Karius a Hialltio rogatus, vbi cadauer Nialis ſubjacere crederet; locum demonſtrauit, vnde (v) magna vis cineris fuit egerenda. Quô facto, (*) deſub ea corium offenditur, idque perinde fuit (x) quaſi corrugatum ab igne. hoc ſublatô corpora conjugum ne ambuſta quidem reperiuntur: vnde omnes Deo grates celebrare, magna illius rei admiratione capti. Mox puer (y), qui medius inter illos cubuerat, excipitur; hujusque (z) digitorum (a) vnus, quem extra corium exporrexerat, deuſtus fuit. (æ) Exportatis jam cadaueribus Nialis atque Bergthorae, omnis contemplatum ea concio accedit. Hialltius quaerit: Qualia vobis (b) videntur haec corpora? Caeteri reſpondent: Tuam placet ſententiam exſpectare. Tum ille: Neque mihi (c) defuerit libertas, quid ſentiam, dicendi: Bergthorae (d) corpus, (e) quantùm, imò ſupra quam credibile fuit,

---

(s) kvaddo þar.] F. kaulludu þadan, aduocatis. || *Mox*, med ſer.] E. P. uppi, excitis.

(t) nær, fermè, *inſerit* F.

(u) at.] F. nærr, ferè.

(v) mikilli ⁊ſko af at moka.] B. C. E. G. M. P. — af mokat, — cin. egerebatur. I. K. L. N. O. Q. S. mokat af miklom uſla, m. vis aduſtae materiei egerebatur. F. aſka mikil. þeir mokudu henni af ok var þar hvíla Niáls vndir. — cin. erat, qua egeſtâ, ſubtus inuentum eſt cubile Nialis.

(*) þar — húdina.] F. ok húdinn, & corium (bouillum).

(x) ſem hon væri ſkorpnod vid elld.] E. P. hon ſkorpnud ſaman nockut, idque nonnihil contractum erat.

(y) or fadmi (fángi) þeim, e gremio conjugum, *inſerunt* F. G.

(z) fíngrinn.] I. K. L. N. O. Q. S. høndin, (vna) manus.

(a) einn (vnus), *addunt* B. & F.

(æ) útborinn.] G. I. K. L. N. O. Q. S. óbrunninn, Inambuſtum erat corpus N.

(b) lítazt.] B. C. E. M. P. ſynazt.

(c) einardarſátt.] E. P. einardarſkortr. K. L. einardarleyſi.

(d) líkami.] B. líkamr.

(e) at líkindom ok þó vel.] F. at góðum líkindum, id.

fuit, mihi spectabile videtur: Nialis autem, praesertim facies (f) tanti esse A. C.
candoris, quantum in neminis defuncti membris viderim. Consenserunt 1011.
omnes (g) sibi itidem videri. Tum ossa Skarphedinis quaesituris, domestici p. 209.
locum significarunt, vnde Flosiani carmen audiuerant prolatum: ibi tectum ad (h) parietem terminalem procubuerat, (i) sub eoque Hialltius (k) explorari iussit. Ita fit, ibidemque corpus Skarphedinis reperitur: quod erectum parieti applicauerat, pedes genuum tenus incendio consumti, nulla re alia in eo combusta. momorderat (l) labia, oculique nullo tumore contracto patuêre. securim verò in tabulationem terminalem adegerat (m) tanta vi, vt ad meditullium ferri condita esset, idque ideò non mollierat ignis. Postquam (n) effracta erat securis, Hialltius eâ sublatâ loquitur: Hoc (o) perinsigne telum est, quod qui gestent, pauci admodum digni fuerint. Karius suscipit: Perspicio, quem gestare securim (p) oporteat. Quinam is? inquit Hialltius. Thorgeirr Skorargeirr, ait Karius; ille est, quem ego nunc suae gentis principem ponam. Dein cadauer Skarphedinis vestibus (q) exutum; harum enim fuit nihil exustum. Erant manus decussatim compositae, sic vt dextera (laeuâ) superior esset. Offensa in corpore signa sunt, inter scapulas vnum,

Mmm in

(f) iafnbiartan.] F. jambiartan.

(g) sva syndiz.] *Omnes, praeter* D. sva væri (var) ita esse.

(h) gaflinvm.] B. C. E. R. M. P. gaflladinn.

(i) ok þar mællti — Skarphedins þar.] I. K. L. N. O. Q. S. var þar til grafit ok fanst þar Skarphedinn, quo effosso, Skarphedinn subtus inuenitur.

(k) leita.] B. C. E. R. M. P. grafa, (quod Hiallt.) effodi iussit.

(l) kampinvm.] B. G. kampi sinum.

(m) sva fast at — fetan.] E. P. sem fyrr sagdi (var sagt.) sicut supra est memoratum. (p. 441. *lit.* x.)

(n) útbrotin.] C. R. Chh. útborin, exportata. || B. E. P. han útborinn ok, elatum erat corpus atque sec.

(o) fágætt.] E. P. fagurt, splendidum. F. gott ok fágætt, bonum & perins.

(p) skal.] F. I. K. L. N. O. Q. S. má, liceat.

(q) klettr.] B. E. P. færdr.

A. C. in (r) pectore alterum, decussis in morem vtrumque inustum; quae ipse
1011. sibi inussisse vulgò (s) putabatur. (t) Videri sibi omnes dictitabant multò
minorem esse cadaueris horrorem, quam rati fuissent; nemo enim praesentium id metuebat. Ossa Grimi quaerentes in medio dormitorio inuestigarunt, nec non e regione sub pariete laterali Thordi *Libertini* cineres; in textrina verò Sæunnae vetulae ac (u) trium aliorum. denique (v) IX. hominum inuentae reliquiae sunt. Post elata ad templum (x) funera. (quô facto) Hiallтius Kario comite domum rediit. Ingialldus, tumore femur suum inuadente, se ad Hialltium recepit, ibique sanatus est: ac tamen ex eô (y) semper claudicabat. Karius Tungam ad Asgrimum Ellidagrimi filium adiit. tunc & Thorhalla domum patris assecuta, nuntium (incendii) modò attulerat. Asgrimus Karium benignè amplexatus, hospitium ei per integrum annum sequentem obtulit; quô & vsurum se Karius annuit: lataque simul ab illo conditione, vt cuncta, quae Bergrhorshvale fuerat, (z) familia commigraret ad se; hoc pollicitum decantauit, & accepturum se hujus nomine
p.210. ostendit. Post igitur (a) ista familia omnis Tungam transuecta, Thorhallus Asgri-

(r) bringvnni.] F. bring. B. E. G. P. brióstinu.

(s) ætlvdv.] F. ætla, putatur.

(t) þætti hiá Skarphedni davdvm en þeir ætlvdv.] F. þætti yfir Sk. rc. I. K. L. N. O. Q. S. væri at siá Skarphedinn daudan en lifandi, dict. om. minus horribilem adspectu esse mortuum quam viuum Skarphedinem. || en þeir ætlvdv.] E. P. enn lifs, quam viui (Skarphedinis). F. af því at han var hvítr sem snióer (ok eugi rc.) quoniam id niuis instar candidum erat, (nemoque praes.).

(u) þriá.] E. P. fióra, quatuor.

(v) bein af ix. mønnvm.] C. E. G. M. P. bein af xi. m., B. xi. menn, xi. hominum ossa (corpora) inueniebantur.

(x) líkin.] F. bein þessa manna, ossa illorum hominum.

(y) iafnan.] C. ávallt. E. P. æ. F. alla æfi, per omnem aetatem.

(z) lidi.] F. fólki.

(a) flvtt þángat allt lidit.] B. flutt þángat allr lydrinn.

Asgrimi filius, nuntiatô (æ) educatorem suum Nialem esse mortuum, aedi- A. C. umque incendiô periisse, sic adficiebatur, vt, tota facie sua turgescente, linea 1011. sanguinis ex (b) vtraque aure (c) prosiliret, cumque haud sisti posset, ipse animô linqueretur: quumque ita (d) remisisset, tum experrectus, se instar hominum ignauorum affici fatebatur: At sanè voluerim, (inquit,) hanc rem, quae mihi nunc euenit, in nonnullis eorum vindicare, qui alumnum (meum) concremabant. (e) aliis dictitantibus, (f) hoc ei tributurum pudori neminem; se recusare posse negabat, (g) quid (h) vulgus jecisset. Interrogatus ab Asgrimo Karius, (i) quanti auxilii spem conciperet ex iis, qui vltra amnes habitarent orientales? Mördum Valgardi & Hialltium Skeggii filium, Thorgeiremque Skorargeirem ac fratres, (k) quantam possent, opem sibi laturos autumauit. Asgrimô magnum id esse (l) praesidium ajente; (m) Abs te verò, inquit, quantum subsidium adipiscar? Quantum maximum ferre potero, ait ille,

(æ) at Niáll fóstri hans var davdr.] I. K. L. N. O. Q. S. fráfall Niáls fóstra síns, decessu Nialis educatoris sui.

(b) hvartveggia eyranv.] B. C. E. G. M. P. hvarritveggiv hlvstiuni.

(c) stód.] E. P. stöck.

(d) stödvadiz.] F. stadnadi.

(e) en adrir sögdv at engi mvndi.] E. P. Asgrímur sagdi at ekki mætti, Asgrimus negauit hoc ei pud. tribui posse.

(f) þetta virda til skammar.] B. — til smánar. F. til lítilmensku, ignauiae. I. K. L. N. O. Q. S. þessa (þessu) bregda, hoc ei nem. exprobraturum.

(g) af því hvat.] C. E. G. M. P. fyrir þat hvat. I. K. L. M. N. O. Q. S. af hávadamonnum hvat, quid garruli homines jacerent.

(h) mællt væri.] G. vándir menn mællti, mali homines jacerent.

(i) hvers travstz K. mvndi ván tiga af.] C. E. Chh. G. hvert traust K. m. eiga af (undir).

(k) allan, omnem, *inserit* G.

(l) afla.] F. styrk, auxilium.

(m) Hvern styrk skal ek af þer hafa.] B. hv. afla sk. rc.? F. hv. afla sk. ek eiga hiá þer? I. K. L. N. O. Q. S. hvers á ek af þer at vænta? — quid sperabo?

A. C. 1011. ille, ad vitae meae periculum vſque. & (n) Karius, Fac praeſtes, inquit. Et ego, ſubdidit Aſgrimus, Gizurem ad hanc cauſam perduxi, & quomodò tractanda ſit, conſului. (o) Quid ille, rogat Karius, ſuggeſſit? Aſgrimus reſpondet: Cauit vti nos per omnia ſileremus ad vernam vſque horam: tum verò in orientem profecti, accuſationem de caede Helgii in Floſium paremus, cognitores domô euocemus, crimen incendii ſollenniter in Comitiis manifeſtemus, iisdemque illis cognitoribus, qui de eo teſtes in jus prodeant, denunciemus. Rogatus etiam a me Gizurr, qui caedis agere deberet; fore confirmauit, vt Mördus, vellet nollet, ageret: is eò grauiſſimum faxo negotium obeat, quod ſe in hac tota cauſa nequiſſime adhuc geſſerit. Karius item quoties eum conuenerit, ſe (p) iracundum ſemper oſtentet: quod quidem, ſi metus homini incutiatur, meaque ab altera parte prouidentia illum ad ſuſcipiendum rem iſtam adigent; haec Gizurr. Tum Karius: Nos tuis de conſiliis agemus, quoad eorum copia fuerit, tuque negotio praeeſſe velis. Caeterum de Kario dicere eſt, nocturnis temporibus eum non potuiſſe ſomnum capere. Quadam nocte Aſgrimus (q) fortè experrectus, illumque ſentiens inſomnem, Nonne, inquit, nocturna quiete perfrui contingit? Karius ſequenti carmine reſpondit:

p. 211. (r) Somnum perpetuas, arcipotens homo,
Per noctes oculis non video meis;

Geſto-

(n) Gerdv ſva ſegir Kári.] F. haf þú þauck fyrir. ſ. K. ok var mer ſlíks at þer ván, Gratias tibi ago, inqu. K. & hoc ſperabam de te.

(o) þat er (var) vel. eda, Bene: quid verò (ille), *add.* B. C. E. R. M. P.

(p) ſír eidr.] Caet. ſíreidr. F. ſtrídr, infenſum.

(q) vakrtadi.] F. I. K. L. N. O. Q. S. vakti, vigilabat.

(r) *Verba bujus carminis bunc in modum diſpono:* Mer 1) kemrat, 2) Ullr 3) álunſímar α), 4) ſvefn 5) á augv um 6) allar grímvr: ek 7) man bauga 8) bedhlínar β) 9) bænir. 10) ſíz 11) baudvar 12) brandvidir γ) brendv 13) Niál 14) inni

Gestoris clypeorum
[Sic] sub mente gero preces;
Mmm 3 Vt,

A. C. 1011.

inni 15) navsis 8) 16) á havsti. 17) ek em 18) minnigr at mínv meini.

1) I. L. N. O. Q. S. kemr, P. keinr á. *adfirmatiuè & absurdè.* 2) P. ullu. *malè.* 3) B. álm-sima, id. *Vel* alin-sima, *quod si ex* ølu vlna, cubitus, *& per Synecdochen,* brachium, & sim v. simi vinculum, *arcessatur,* armillas *denotauerit: si verò ex* alinn, fluuius (*propriè* Alanus *l.* Alaurus), & simi, mare, *quod pro* igne *capi potest quando vtrumque* vagr *appellatur, conflatum sit,* aurum. || C. E. M. G. K. assima (asls ima.) *Hanc lectionem apprehendit Doctiss.* G. Paulî, *verbaque sic disponit:* (þú) bavga vllr, mer assima kemrat svefn á avgv vm allar grímvr: Annulorum domine, non obrepit oculis meis, vertigine laborantis ex igne l. qui ex igne enatavi, somnus per totas noctes. *De hac explicatione ipse viderit. Ego verò si quid de* assima *dicam, hoc pro* auro *capere mallem: nimirum* ass *quemadmodum vir doctiss. pro* igne, & sima *pro* mari. || F. arinsima. *quod idem ille sicut* assima *interpretatur. Mihi* arinn *per Metonymiam* ignis, & simi *vt modò ante; adeòque* arinsimi, aurum. *Vel, cum* arinn *vocabulum alicujus rei sit in naue (propriè, credo,* foci.) & simi taurum *denotet,* nauis. || Q. álmsvima, arcuum vertiginis (contorsionis). *quae fortè optima lectio est.* || I. L. N. O. S. álmsima (almsyna), P. assyna, *corruptae lectiones.* 4) E. P. svefns, somni (nil video). 5) D. á avga. *singular.* O. af augum, ab oculis meis abit (abest) somnus, *l.* fugit oculos meos f. 6) C. E. G. K. M. alla — grímv. *singular.* 7) E. M. mvn. *vitiosè.* || I. L. N. O. Q. S. namr, didici. 8) bedhlínar *ex* B. I. L. N. O. Q. S. *sed* F. *legit* bedlínar, id. A. bedhlídar, D. bædhlídar: *quae quidem eodem modo explicari possunt & debent, quamquam potius mulieris adpellationem spirare videantur.* hlíd *enim terrae synonymum, quae & nympham Eddicam designat:* bavga bed, *f. annulorum sedes,* manus, *a qua mulieres rectè denominantur. Hoc si cui probabitur, intelligenda fuerit vxor Karii, cujus preces, vt fratres suos vlcisceretur, se meminisse dicat.* || C. E. G. K. M. P. bavghlídar. *quod, si appellatio viri capiatur, denotabit* bavga bavghlídr annulorum gestatorem clypeatum l. gestatorem clypeorum annulatum: *si mulieris denominatio,* Annulorum nympham: & *sic* bavga avgv, rotundos oculos. 9) E. G. K. P. beidi, C. M. bædi (*non* badi). *quod*

A. C. 1011. Vt, qui [forte] vibrant fulmina bellica,
Autumnô dederunt ignibus vltimô

Nialem

quod G. Pauli *idem ac* bœnir *intelligit*. 10) K. ſizt at, id. 11) bavdvar *ex* C. G. M. *recepi, pro quo omnes reliqui legunt* bavdvars. *vide var.* 13. & *not.* γ). 12) I. K. L. N. O. Q. S. brandvinir, amici (amatores, cultores) gladii l. pugnae (*viri*). 13) Chh. *praeter* H. M. P. Niáls. *Vnde* G. Pauli *posteriorem carminis partem sic in ordinem redegit:* Sídan branda vidir brendv næſt á havſti bavdvars inni. ek em minnugr Niáls at mínv meini. *vel,* bavdvars Niáls inni. ek em minnugr at mínv meini. *I. e.* Poſtquam gladiorum abuſores cremarunt proximo autumno pacifici (hominis) domum: ego memor ſum Nialis meo malo. *v.* pacifici Nialis domum. ego memor ſum mei mali. 14) þar, ibi, *inſerit* O. 15) B. E. F. I. K. L. N. O. P. Q. S. navſt. *conf. not.* δ). 16) O. at, id. 17) P. O. enn ek em (em ek), adhuc ego (memor ſum mei mali). 18) Chh. minnugr.

α) Almſím (*l. forte* álmſúnr) *neruum arcus, & per Synecdochen ipſum* arcum *denotat, & bujus* Ullr, *ſ. dominus (effector l. vſurpator)* virum. *iſtaque adpellatione poëta Aſgrimum adloquitur. Caeterùm ſi* Jò álmſíma *praeferas, hoc etiam* ſagittam *poteſt deſignare.* β) Bavga bed *duplici modo* clypeum *ſignificat: primùm quod bic a margine ſ. circulo, quo muniri ſolebat, ferreô, qui* bavgr *dicitur, (ſecundum Edam) denominari poteſt, vt ejus ſolum, quod bic eſt* bed. *Deinde, quod* bavgr *ſynonymum habet* hríngr, *quod &* gladii *vocabulum; & ſolum gladii ſpeciatim, vt telorum militarium generatim, in lingua poëtica* ſcutum *denotat.* Hlínr (*l. vt alii ſcribunt,* hlynr,) *arboris nomen: vnde* bavga bedhlinr, *viri adpellatio, qua Skarpbedinem intelligi vult, qui Karium vt ſe vlciſceretur, rogauerat.* γ) Brandr, *ignis;* bavd, *pugna, bellum;* bavdvar brandr, telum militare, *haſta, gladius &c. Alias* brandbavd *explicari poteſt per* praelium ignitum. *vel, ſi* bavd *pro calamitate accipiatur, per* malum igne (*incendio*) illatum: *cujus* vidir, ɔ: *auctores l. effectores erant incendiarii. ſed ita paullo anguſtior foret iſta virorum adpellatio, a ſingulari euentu petita: quare priorem praefero. De lectione autem* Bavdvarz, *non habeo, quod ſtatuam. fortè* Bødvarr *nomen* Odini *ſit,* & Bavdvarz brandr, gladius. *Vel, ſi audacius conjectem,* Bødvarr *pro* Bergþórr *poſitum, quod nani appellatio ſaltem metaphorica eſt, cujus ſynonymum* Varr ɔ: *cautus; & quidni etiam* Bødvarr, *malum cauens; quid enim cauemus niſi mala? porrò* navſt *pro domicilio l. ſede, quae* nano-

Njalem cum penetrali. A. C.

Mi damnum memor est meum. 1011.

Nullorum hominum tam crebrò meminit Karius, quam Nialis, Skarphedinis, (s) Bergthorae, atque Helgii. nunquam aduersarios criminabat, ac nunquam in eos minas jactauit.

Cap. CXXXIV.
Somnium Flosii.

(t) Quadam nocte accidit Svinafelli, vt Flosius per somnum insomniis agitaretur. A Glumo Hilldersi filio, quamuis diu (u) frustra conato ei somnum interrumpere, tandem expergefactus; (v) Vocate mihi, inquit, Ketilem a Marka:

nanorum sunt saxa & tumuli. ita ergò Baudvarz navstz *pro* Bergþórshvals ɔ: at Bergþórshvale. *& hic sensus: Postquam cremarunt Nialem (in)* Bergthorshvale *hoc autumno. Caeterùm hinc satis dexirè se expediuit Cl. G.* Pauli *(conf. supra var. 13), sed eum tamen quod* ꝥ Niáls *in nullo codice membraneo inuenirem, sequi non poteram.* ð) Navst *aut* navstz *non video hic locum habere posse; quod tantum consonantiae causa & propter inscitiam hominum ex* næst (proximè), *vel etiam* næstz *factum, quod quidem hic esse potest genitiuus temporis [Quasi dixerit* á havsti næstz tíma, *proximi temporis autumno, per Hypallagen, pro* á næsta havsts tíma, *proximi autumni tempore.].* G. Pauli. *Haec ego quidem in medio relinquam, neque enim scio quomodò aliter melius aut commodius explicari possint: quamquam mutatio Diphthongi* av *in* æ, *sit admodum infrequens, si modò detur: Hanc tamen a poëta ipso consonantiae gratiâ potius quam a librariis propter inscitiam esse admissam crediderim.*

(s) ok Bergþ. ok Helga, *absunt ab* B. D. F. Chh.

(t) Eina nótt var — svefni.] C. E. G. M. P. Nú er þar til máls at taka at Sv. — svefni eina nótt, Nunc dicere ordiendum, quod Flos. Svinaf. quadam nocte per &c.

(u) gæti vakit hann.] I. K. L. N. O. Q. S. fekk hann vaktan. C. E. G. M. P. vaknadi, non solueretur somno.

(v) mællti þá. kalli mer.] Iid. bad han kalla, arcessere jussit eum & K.

A. C. Marka: &, hoc ad illum veniente; Volo, ait, somnium tibi meum enarrare.
1011. Licet sane, inquit Ketill. Tum Flosius: Per quietis imaginem credidi me Lo-
magnupi (*ad monticulum fulicum prominentem*) constitutum, egressumque foras (x)
petram suspectare, cum recluso in petra ostiô, quidam inde prodiit, caprinâ
pelle amictus (y), tenensque in manu ferreum scipionem. is progrediens
clamat, meosque gregales vocat, primum hos, dein illos, idque expressis (z)
nominibus. ciet primò cognatum meum Grimum *Rufum* & Arnium Koli
filium. dein quod incidit, mirum mihi videbatur: clamat, mea opinione, Ey-
olfum Bölverki filium, Liotum Hallo Sidensi natum, & quosdam alios VI.
post, vt parumper conticuerat, (a) quinos e factione vocat nostra; in quibus
nonnulli fratres tui Sigfussonii: mox (b) VI. iterum homines, in quêis
p.212. Lambius, Modolfus & Glumus (c): tum III. atque postremùm Gunnarem
Lambii & Kolum Thorsteinis filium. Postmodò aggressum ad me hominem
res nouas percontor, isque (d) habere se noui quid adferre ostentat. nomen
a me interrogatus, Iarngrimum se nomine vocauit: ac requirenti mihi, quò
ire destinaret? adeunda sibi Comitia vniuers. innuit. (e) tum ego, Quid
illic tibi negotii erit? (f) inquam. respondet: Primùm testes cognitores, dein
judicia euertam, tum (g) arenam in gratiam pugnantium euacuabo. mox
addidit hoc (carmen):

Serpen-

(x) vpp til gnúpsins.] F. vpp til fiallsins, montem. I. L. N. O. Q. S. austr til gn. rupem orientem versus intueri. K. í aastr áttina, orientem versus intueri.

(y) gránn, grisei coloris, *add* F.

(z) þá, eorum, *inserunt* E. F. Chh.

(a) v.] B. vi.

(b) vi.] C. E. G. Chh. v. K. iii.

(c) ok tveir menn adrir, duoque alii, *inserit* G.

(d) letz kvnna at segia tídindin.] E. P. qvazt engi kunna (segia mundu), se nihil (noui) scire (relaturum) dixit.

(e) hvat skalltv — vegvndvm, *omitt.* E. P.

(f) sagda ek.] G. þóttumzt ek segia, rogare mihi videbar.

(g) vígvöll.] F. vaull, campum.

(h) Serpentûm dandis ictibus valentium 1) A. C.
Regnator 2) acer [hac] in terra ſurriget: 1011.
Mortalibus videre (i) licet in puluere
Terrae, cerebri multas 3) arces [prorutas].
Nunc liuidarum (k) conualeſcit cuſpidum
Tumultuans 4) turba (l) feriendô (m) in montibus 5):

(h) Høggorma mvn heſiaz.] Q. *malè*, Høggoruſtan hveſta, certamen, vbi res gladiis geritur, aſperum.

(i) megv.] B. C. E. G. M. P. munn, Futurum eſt homines vt videant.

(k) vex.] F. heſzt, incipit (coorietur).

(l) beiſtiſvllr.] I. L. N. Q. breiſtiſullr (breyſtiſullr), O. P. breſtiſullr (breſtiſullr), tumult. turb. fragoroſè. S. breyſkti ſullr. || Breyſti *poteſt eſſe a verbo* at breſta: *gelatum enim & frigore tumidum gramen facile* frangitur. *neque non ſimile verò duxerim poëtam dixiſſe* breyſki ſullr: breyſkr, fragilis; eg breyſki, *torreo, a* brióſk *n. g. cartilago, vel vice verſa.* G. P. *Sed haec quomodò poſſunt conſiſtere, ſi* blárra brodda ſöllr ſanguinem *denotet? Conf. infra num.* 4).

(m) í fiøllvm.] K. í øllvm, in omnibus ſ. inter omnes (homines). O. á øllum, (*quod accipio pro* øllđúm) in editioribus locis.

1) Høggorma.] *I. e.* gladiorum, *qui ſerpentium nominibus, adjecto aliquo nomine rerum gladiis propriarum, adpellantur.* G. Pauli. *Proprium ſcilicet gladiis eſt, vt iis* caedatur, *quod hic voculâ* høgg *innuitur. Alias docet Edda, tela ſpeciatim quibus foditur* (lagvopn), *nimirum haſtas, anguium nominibus inſigniri; jam verò & haſtae quaedam ſpecies vocatur* høggſpiót: *quare* høggorma *non minus* haſtas *quam* gladios *deuotare ſentio.* 2) Herdiþvndr.] *Sine dubio* herdifundr, acris concurſus *(ſc. gladiorum). Illud alterum eſt poëtica* viri *adpellatio, quae huc nihil pertinet.* G. Pauli. *At ſine dubio hìc nihil opus eſt mutare quidquam, aut, quod nullo in codice reperitur, ſubſtituere. neque enim video, quamobrem iſta viri adpellatio* høggorma þundr *(ſ. gladiorum dominus) non tolerari hìc, neque habere locum poſſit aeque vt illa ſuppoſita belli l. pugnae denominatio: namque res eòdem redierit, ſiue poëta dicat* Virum *l.* bellatorem *aliquem* fortem *(quem a vaticinante non expreſſè nominatum nemo, opinor, mirabitur; quem autem ego* Karium *intelligendum cenſeo, auctorem ſc. tantarum, quae poſt incendium Nialinum euenêre, caedium principalem.)* exor-

A. C. Est & futurum nonnullorum vti virûm
1011. Sanguinei 6) roris ipsa crura vis regat.

Quibus dictis (n) tanto clamore vociferatus, vt tota vicinitas tremere mihi videretur; humum scipione ferit; côque fragor ingens exstitit. dein montem intrat: sed mihi metus offerebatur. Nunc verò tu (o) dicas volo, quid somnium hoc significare putes. Meum est praesagium, ait Ketill, omnes, qui

(n) æpti hann sva — of lavst.] C. D. E. K. Chh. lavst han. feriebat h. sc.

(o) segir hvat þú ætlar dravminn vera.] K. — dr. merkia. F. rádir draumінn, conjicias volo somnium.

exorsurum f. exstiturum (hefiaz *l.* hefia *sig.*) *ad gerendum sc. bellum: siue* bellum *l.* pugnam occeptum iri. 3) heilaborgir.] *I. e.* capita *humana, eleganti metaphora*". 4) Sullr, *m. g. vocatur cum aqua semicongelata gramen cingit circulorum instar, propter superueniens frigus. hic autem* blárra brodda sollr ɔ: blódsullr, *sanguis in gramine concretus.* beysti *fortè a* bausti, *clangore s. strepitu armorum.* G. Pauli. *At quando sic intelligit* Jò sollr, *quare igitur* blárra brodda sollr *non erit humor liuidis illis stimulis* (hastis l. gladiis), *non autem gramini, circumfusus, nempe sanguis; quum ab armis, & non a gramine, denominetur? Sed me ad meam explicationèm vertam.* Sullr *vulgò tumorem cysticum l. vlcus in visceribus animalium denotat, proprie autem omnem* tumorem; *nam a* svell, *tumesco, turgesco, deriuatur. ab eodem verbo* sollr, *turba l. confusio hominum tumultuosa, quae concursando quasi tumescit. atque hinc* sullr *pro* sollr *capio. Similiter latini verbis* tumeo & tumesco, *bisque cognatis, vti de morbis vlcerosis, ita quoque de turbis & bellis vtuntur. Virg. Georg.* I. 465. — *operta* tumescere *bella. Cic. ad Att. libr.* 14. *ep.* 4. *negotia* tument. & *plura, quae ad istum Virgilii locum adnotauit Emmenessius (ed. Lugd. Bat.* 1680). *Adeo* sollr & sullr *aeque cognata sunt tam significatione quam origine, vt* tumultus & tumor. 5) í fiollum.] *I. e. in locis editioribus & petris [saxètis] loco adjacentibus comitiali.* G. Pauli. 6) *Quod* sveiti *non* sudorem *tantum, sed & absolutè* sanguinem *denotet, vnicum & omni exceptione majus exemplum adferam ex* Kormakssaga *in membrana, Cap. vlt. cantilenâ penultima:*

——— en hrafni
heitr fell á nef sveiti. *i. e.*
——— *sed coruo*
Calidus decidit in rostrum sanguis.

qui (p) vocabantur, breui eſſe morituros. & conſultius arbitror, vt ſomnium A. C.
illud hoc rerum tempore nemini aperiamus. cui & Floſius adſtipulabatur.
Dilapſô vsque eò tempore hyemali, vt feſtum *Natalitii* finiiſſet; Floſius ad 1012.
gregales verba ſic habuit: Nunc cenſeo nobis domo proficiſcendum; videtur
enim mihi non (r) licere nobis amplius quiete vti. jam igitur ad petendum
auxilium eamus: confiet nunc ſine dubio quod ego vobis praedixi, fore, vt
(s) multis mortalibus ſupplicare neceſſum haberemus, antequam hac de cauſa
fuerit conclamatum.

Cap. CXXXV.

De itineribus Floſii & auxilii petitione.

Poſtmodùm omnes iter domô comparârunt. Floſius (t) braccis caligatis
ſeſe induit, quod ipſe pedibus ire cogitaret, & ſic etiam reliquos (u) aequi-
ore animo pedeſtre iter paſſuros intelligeret. Primùm domô profecti (v) p. 213.
Knappavöllum. poſtridie Breidam veſperi deuenerunt; deinde autem Kalfa-
fellum. Hinc Biarnarneſum in Hornafiördo, hinc Stafafellum (x) in Lone,
atque hinc Thvattam ad Hallum Sidenſem, cujus filia Steinvöra vxor Floſii
erat, pertendêre, comiterque ab illo excepti ſunt. Floſius Hallo fatur: Abs
te peto, mi ſocer, vt mecum ad Comitia proficiſcare ſimul omnibus tuis

(p) kalladir vorv.] G. þer þóttu kalladir, tibi vocati videbantur.

(r) hafa mega.] B. C. G. I. L. M. N. O. Q. S. eiga, eſſe nob. quieſcendi copiam.

(s) fyrir mørgvm kne gánga verda.] *Omnes praeter* A. & D. mørgvm fyrir kne gánga (koma I. K. L. N. O. Q. S.) verda (þurfa. B.). || *Debet eſſe* mørgvm fyrir *l.* fyrir mørg (ɔ: margs mans) kne. G. Pauli. *Non ſanè; nam hic vnum Verbum eſt* kne-gánga, *quemadmodum* kneſetia.

(t) leiſtabrókvm.] B. leiſtbrokum.

(u) minna fyrir.] K. betr.

(v) Knappavøll.] B. Chh. Hnappavøll. E. F. P. Knappavøllv. *plural.*

(x) í Lón.] B. þadan í Lón, hinc in Lon.

A. C. curialibus. Hic respondet: Iam euenit id quod vulgò ajunt, *Parum diu*
1012. *triumphare caede occisorem*: atque nunc idem ille est in (y) grege tuo, qui nunc non (z) attollit (a) caput, atque is qui (vos) ad (æ) vltimum, antequam confectum esset, flagitium (b) incitabat. meam verò operam aequum est me tibi per omnia commodare, quantam potero. Flosius: Quid verò mihi nunc pro re nata consulis? Cui Hallus: Procedas censeo boream versus in Vapnafiördum vsque, magnatesque omnes patrocinium pete: quorum sanè omnium operâ tibi ante finita comitia opus fuerit. Postquam ibi trinoctium commoratus se ex itinere Flosius refecisset, inde (c) Geitahellas orientem versus, atque ita in Berufiördum contendit; exactôque ibi noctis spatiô, in Breiddalum & quidem Heydalos abiit. Habitabat ibi Hallbiörn *Robustus*; cui vxor fuit (d) Oddnya, soror (e) Sörlii Broddhelgio nati. Ille Flosium curatissimè inuitauit: sciscitatus, quousque in tractus boreos Ostfiördenses cogitaret? in Vapnafiördum esse processurum ait Flosius. Tum crumenam e balteo depromtam illi donaturum ostendit. eam quidem accipit Hallbiörn, se tamen de illo dona meritum negat: caeterum cupio scire, (inquit), quam tibi gratiam velis referam. Nil (f) aeris indigeo, ait Flosius, at vellem iter faceres ad

(y) lidi.] C. E. G. M. P. føruneyti, comitatu.

(z) hefr.] *Sic omnes praeter* A. & E. *qui* hefir *praeferunt, hoc sensu:* (non) potestatem capitis habet ɔ: *capitis reus est. Istis autem Flosium occultè tangi crediderim.*

(a) eigi høfuds.] I. K. L. N. O. Q. S. eigi høfud (høfudid). || E. P. til høfs, nunc modestus est factus.

(æ) versta — komit.] B. *tantum*, verra, pejora inc. I. L. N. Q. S. vísvitandi er &c. id quod nondum euenerat, sciens incit.

(b) eggiadi.] C. E. G. M. P. fysti.

(c) Geitahellna.] I. L. N. O. Q. S. Geithella. E. P. Geitahellu. D. Geitahellara. F. Geitaseilz.

(d) Oddnyiu.] C. M. Oddrúnu.

(e) Savrla.] C. *semper*, Saulva, *sed minus rectè.*

(f) fiár.] E. gæfva, P. giafa, remunerationibus.

ad Comitia mecum, & a caufa mea ftares; tametfi (g) tu mihi neque adfinitatis neque cognationis nomine es deuinctus. Hallbiörn refpondit: Hoc tibi dabo, vt Comitia tecum adeam; tuamque caufam, tanquam (h) germani fratris mei, adjuuabo. Flofius gratias perfoluit. Complura Hallbiörn de incendio percontatus, ab (i) hofpitibus omnia quam planiffimè docetur. Hinc Flofius (k) per montana Breiddalenfia Rafnkelsftados tetendit; & a Hrafnkele filio Thoreris, nepote Hrafnkelis (l) Raumi, qui iftud praedium incolebat, hofpitio receptus eft liberali. Adpellatus a Flofio Hrafnkell de profectione ad Comitia & auxilio fibi praebendô, diu quidem detrectauit, fed adductus tandem eft recipere, futurum, vt filius Thorer cum omnibus fuis curialibus illò proficifceretur, opemque iisdem ferret partibus ac caeteri fuae tribus pontifices. Flofius, actis illi gratiis, decedens inde (m) Berfaftados venit; vbi Holmfteinn filius Spakberfii (Berfii *fapientis*) habitabat: qui prolixè Flofium accepit, ab eoque rogatus adjumentum, jam diu eum beneficiis demeritum (n) effe auxilium refpondebat. Inde Valthiofsftados proceffum: quod praedium inhabitauit Sörlius Broddhelgii filius, frater (o) Biarnii; habens in matrimonio Thordifam Gudmundo *Potente* Mödruvallenfi natam. Hic hofpites liberaliter tractauit. fed Flofio eum poftera luce adpellante, vt Comitia

A. C. 1012.

p. 214.

(g) á ek hvarki — frændfyni.] B. at ek eiga hvarki — frændfimi, væntir ek at þú mynir þó þetta gera, — devinct. tamen te hoc facturum fpero.

(h) ek mynda bróðvr mínvm.] C. M. ek m. þótt þú værir bróðir minn, fi tu frater effes meus. G. þú værir bróðir minn, tu fr. eſt. meus.

(i) þeir fögðv — fem giørft.] B. C. E. R. M. P: Flofi fagði — gerla, Flofio planè.

(k) yfir (trans), *inferunt* R.

(l) Ravms.] C. Rafnsfonar. E. P. Runolfsfonar.

(m) Berfaftadi.] E. Beraftadi.

(n) lidveitzlv.] F. þat. ok qvað fik fkylldan at veita honom, hoc, feque illi operam commodare debere.

(o) Biarna.] G. Vígabiarna. *Conf. Landnama-b. p.* 277. 289.

A. C. mitia secum adiret, mercede simul in id oblata: (p) Dubito me facturum, 1012. inquit, dum a quibus steterit socer meus Gudmundus *Potens*, non habeo exploratum; huic enim, a quâcunque demum parte steterit, sum operam nauaturus. Hìc Flosius: Comperio ex responsione tua vxorem tibi imperare. Tunc (q) surgens vestimenta & arma jussit adhiberi, indeque cum suis, nullum adeptus praesidium, discessit. (r) Infra (flumen) Lagarfliotum viam montanam ad Niardvicham transcenderunt. ibi duo fratres habitabant, Thorkell *sapientia plenus* & (frater ejus) Thorvalldus; filii Ketilis (s), filii Thidrandii *Sapientis*, filii Ketilis Thrymi, filii Thoreris (t) Thidrandii. mater autem Thorkelis *sapientiâ pleni* atque Thorvalldi fuit Yngvillda Thorkele *Persapiente* nata. Hìc Flosius hospitaliter acceptus, (u) negotiô suo fratribus illis (v) significato, eos opitulari sibi petiit: (x) verùm eò vsque recusabant, donec argenti sesquilibram vtrique ob auxilium daret; (y) tum verò ei succursuros promittebant. (z) Aderat mater Yngvillda, filiis ad Comitia vniuers, ituros recipientibus, ac flebat: Thorkelique (a) interroganti, quid fleret?

(p) eigi veit ek þat — mágr minn.] F. eigi vil ek ꝛc. Hoc nolo, inqu. I. K. L. N. O. Q. Saurli qvadst ougvu mundi vm heita, medan han vissi eigi hverium Gudmundr mágr hans veitti, se nihil hac de re promissurum ait Sörlius, quamdiu nesciret, vtri partium Gudm. soc. suus fauisset.

(q) stód.] B. spratt, raptim s.

(r) nedan.] F. nordan, a borea, I. K. L. N. O. Q. S. austan, ab oriente Lagarflioti.

(s) Þryms, *addunt* B. C. G. M.

(t) Þidrandg.] F. Þidrandasonar, filii

(u) eyrindi sin.] E. P. ferd sína, itineris sui ratione, K. ferdir sínar ok erindi, itinerum suorum & negotii ratione significata.

(v) sagdi — deili.] G. sagdi — deild.

(x) en þeir synivdv — lidveitzlv, *omitt.* I. K. L. N. O. Q. S.

(y) þá iátvdv þeir at veita Flosa.] Iid. þeir iátudu því Fl. (iáttu honom þessu), quod & Flosio (illi) promitt.

(z) var hiá.] B. C. E. R. M. P. var hiá stodd, adstitit.

(a) spvrdi hví hon greti.] Iid. mællti: hví grætr þú módir? dicenti, Quid tu fles, mater?

fleret? respondit: Somniaui (æ) fratrem tuum Thorvalldum in rubra tunica, A. C.
quae mihi perinde angusta videbatur, quasi adsuta corpori esset; putaui quo- 1012.
que pedes rubra indutum tibialia, (b) velibus circumvincta fasciis: cujus rei
adspectu valdè dolui, quum tam incommodè constitutum (c) scirem, ac
nihil emendare possem. Filii arridere, (d) nullam huic subesse rationem
testati, negareque per ineptias matris (e) staturum, quo minus ad Comitia
proficiscerentur. Flosius gratias egit quam maximas. Indeque profectus in
Vapnafiördum, Hofum peruenit. Hic Biarnius habitabat, filius Broddhelgii,
(f) filii Thorgilsis, filii Thorsteinis *Albi*, filii Ôlveris, (g) filii Eyvalldi,
filii Ôxna-Thoreris. Mater Biarnii fuit Halla Lytingi filia: Broddhelgii
verò (h) Asvöra, filia Thoreris, filii Atlii *Pultis*, filii Thoreris (i) Thidrandii.
Vxor Biarnio Broddhelgii filio erat Rannveiga, Thorgeiris gnata, filii Eirici p. 215.
Goddaliensis, filii Geirmundi, filii Hroalldi, filii Eirici Ôrdigskeggii. Biarnius Flosium ambabus vlnis accepit, &, pecuniâ sibi ab eo subsidii gratiâ oblatâ, Ego verò, inquit, virtutem meam (k) operaue nunquam ob mercedem praestiti; nunc autem cum tu praesidio indiges, amicum in te agam, & comitia tecum adibo, tibique vt germano fratri meo adsistam. (*) Sic tu, ait Flosius, periculum euentus omne transfers in me; at istud tamen de te spe praesumebam (l). Isthinc Flosius & socii Krossavicham eunt. Erat Thor-

(æ) bródir þinn.] I. K. L. N. O. Q. S. son minn, filium meum.

(b) vándvm.] Iid. raudum, rubris.

(c) vissa.] E. P. sá, viderem.

(d) vitleysv.] B. C. E. G. M. P. loklausu (lokleysv), F. lokleysv hennar, meras. esse nugas matris.

(e) standa.] I. L. N. O. Q. S. ráda.

(f) Þorgilssonar, *omitt.* Fragm. d.

(g) Eyvalldzsonar.] F. Geyvalldssonar. C. M. Aulvalldssonar. I. K. L. N. O. Q S. Augvallds.

(h) Asvør.] I. L. N. O. Q. S. Aulvør.

(i) Þidranda.] F. Þidrandasonar.

(k) eda.] B. E. M. P. Fr. d. C. G. ne (sva).

(*) *Lacuna vnius folii in* E.

(l) at þú mundir öllfr flestum audrum í þínum drengskap, te plerisque aliis tua liberalitate incomparabilem esse. *add.* F.

A. C. Thorkell Geiteris filius Flosio amicissimus: qui quod ei negotii esset edoctus,
1012 debere se adfirmauit (m) pro virili facultate operam ei dare, nec ejus causae deesse: abiturumque donis egregiis mactauit. Hinc (n) septemtrionalem in Vapnafiördum progressi, in pagum Fliotzdalensem adscenderunt, & apud Holmsteinem (o) Spakbersii filium hospitati sunt. Hic, referente Flosio cunctos necessitatem suam orataque pulchrè (p) suscepisse, praeter Sörlium (q) Broddhelgii filium; in causa esse perhibuit, quod homo esset nihil turbulentus. idem Flosium bonis muneribus ornabat. Hinc per interiora Fliotzdali adscendit (Flos.) itàque in montana australia per (r) saxetum Öxnicum (tendit); perque (s) Svidinhornadalum, indeque per partem Alftafiördi occidentalem ad vlteriora degressus, non ante cessauit, quam Thvattam ad Hallum socerum perueniret. Ibi cum suis dimidium commoratus mensem quiescebat. Tum ab Hallo requisiuit, quid sibi nunc consilii daret, quî deinceps ageret, aut rationes suas institueret. Ille, Svadeo, inquit, vti tu cum Sigfussoniis vnà domi tuae agas; hi verò (t) mittant, qui res domesticas ordinent suas. nunc (u) primùm domum ite; sed cum (v) adibitis comitia, omnes

(m) allt, omnem, *inserit* Fr. d.

(n) nordr til Vapnafiardar.] C. nordr or Vapnafirdi, septemtrionem versus ex Vapnafiördo. || nordr — ok *omitt.* G. I. K. L. N. O. Q. S.

(o) Spakbavdvars.] B. C. R. M. Spakbersasonar. *rectius.*

(p) stadit vndir.] G. Fr. d. P. undir stadit.

(q) Broddhelgason.] B. G. Chh. Fr. d. bródir hans, F. bródir Holmsteins, fratrem ejus. || P. á Valþiófsstad.

(r) Avxnahravn.] B. C. M. P. *rectiùs,* Auxarhraun, saxetum Securis. G. Auxarheidi, tesca Securis.

(s) Svidinhornadal.] *Sic* B. C. G. K. M. *sed* D. Sviuinhornadal. A *& pl.* Svinhornadal. F. Horndal. P. Hornadal.

(t) sendi menn til at skipa til búa sinna.] F. fái menn til búa sinna at annaz þar vm, delegent — prouideant. P. seti rádsmenn fyrir bú sín í Fliótshlíd, villicos rebus suis in Fliotshlida domesticis praeficiant.

(u) er, vos, *inserunt* B. C.

(v) til þíngs.] P. af Þíngi ok á, adib. com. & redibitis.

omnes conjunctim equitate, ac nullibi cateruam vestram spargite. tunc Sigfussonii conjuges suas inuisant. Et etiam ego filiusque meus Liotus comitia cum omnibus curialibus (x) nostris petituri sumus; opemque tibi feram, quantam pro meis viribus potero. Persoluit ei gratias Flosius, decessurusque donis ab Hallo eximiis mactatur. (y) Postquam Thvattâ discesserat, nihil (z) memoratu dignum in itinere contigit, vsque quò domum suam Svinafellum veniret. Inde per reliquum hyemis, perque (a) aestatem ad Comitiorum tempus, domi (æ) agitabat. A. C. 1012.

Cap. CXXXVI.

p.216.

De Thorhallo & Kario.

(b) Quodam die Thorhallus Asgrimi & Karius Sölmundi filius Mosfellum, conueniendi Gizuris Albi gratia, ibant, (c) ab eoque recepti ambabus vlnis, per

Ooo

(x) ockra.] C. mína þá er ek sæ, meis, quos mihi adjungere potuero.

(y) Flosi fór þá frá — framan.] P. þadan fór Flosi ok heim til Svínafells. ok sat vm kyrt þar til er hau reid til þings. Inde Flosius domum rediit Svinafellum, ibique quietè mansit, donicum ad Comitia proficisceretur.

(z) vm ferdir hans at tala.] F. frá ferdum hans at segia.

(a) sumarit allt til þings framan.] I. K. L. N. O. Q. S. sumarit øndvert, prioremque aestatis partem.

(æ) med monnum sinum, cum gregalibus suis, inserunt Iid.

(b) Caput ita incipit P. Þat var einhverin sinni at Þórhallr ꝛc. Accidit aliquandò vt Thorh. — ireut. & mox einhvern dag omittit.

(c) hann tók — austr vndir E.] Id. ok faguadi han þeim vel. qvad þat giptusamliga hafa tekizt at Kári komzt or brennunni. Víst var þad. segir Kári. ok mega mer þar margir hlutir minnizsamir vera. Gissurr mællti. þat legg ek þer til-ráds Kári at þú rídir austr ꝛc. isque eos comiter amplexatus, illud prosperè dixit euenisse, quod Karius incendiô euasisset. Verum, inquit hic; & ego quidem multa quae ibi accidebant, non meminisse non possum. Tum Giffurr: Id tibi, Kari, consilium do, vt or. verf. in tr. Eyaf. proficiscaris. &c.

A. C. per longum ibi tempus morabantur. Interim aliquando cum ſermonem de
1012. incendio Nialiano confererent, Gizurr (d) maximum fortunae beneficium praedicauit quod Karius indeuaſiſſet; tum (e) ex ore Karii hoc carmen excidit:

(f) Qui noxas acuit caſſidis, exiit
Irarum, gladii tritor, ab impetu
Ex ſudoribus alni
Inuitus [tamen] aedium

Nialis:

(d) qvad þat allmikla giptv.] F. qv. þ. meſta g. B. ſagdi vera allm. g. í vordna, — in ea re accidiſſe praedic.

(e) vard Kára víſa á mvnni.] I. K. L. N. O. Q. S. ſvarar Kári med víſu, Karius (hoc) carmine reſpondit.

(f) *Verba hujus carminis ita in ordinem redigo:* 1) Hiálmſkaſſa α) 2) hveſſir fór af reidi β), 3) herdi-meidr, út 4) or 5) elris- γ) 6) -ſveita 7) Niálshúſa 8) óſíis δ), 9) þá er oddrvnnar ε) brvnnv þar inni gvnnar ζ) elld. η) menn 10) nemi 11) mín 12) mál, ſem ek inni tína harmſakir.

1) G. Hiálmkoſſa, K. hiálmkaſſa, *corruptè ambo.* 2) O. hneiſir, qui inclinat. *abſurdè.* 3) B. D. I. K. L. N. Q. S. Fr. d. herdimeidz. *genitiuo caſu, qui non conſiſtere poteſt, niſi ad* 7ò Niáls *relatus, at parum tamen conueniens.* 4) Fr. d. af, id. 5) C. elres. B. elnriſs. || K. ekkils, I. L. N. O. Q. S. orkelris, orketris, & *plura, quae non ſuſtineo adferre.* 6) B. vada, periculo. *eodem vt ſupra ſenſu, at inuito metro.* 7) *Hic quidam* Chart. *inſerunt* til, *alii* í. *quae omninò abeſſe debent. Prius tamen tolerari poteſt quod ad ſenſum; nam* óſús til *eſſet* Inuitus nimis. 8) B. C. D. R. óſúſs. *quod rectius eſt.* 9) B. C. F. M. Fr. h. þar er, vbi. 10) F. brenni mál.. * minni. minn harm ſakir tína, (Homines) cauſam incendii (*Nialini*) recordentur; injuriae (*iſtae*) colligunt (referunt) meum luctum. *vel*, res ipſae loquntur meum luctum. *) *Quae hic vocula periit, forſitan fuerit* of *l.* um, *partic. ſuperadditia.* 11) *Trad.* Reg. minn. *metro repugnamer.* 12) Id, máls. *Vnde cl.* G. Pauli: menn nemi (at) tína minn (ↄ: minning) máls, harmſakir ſem ek inni, i. e. Homines colligant memoriam ſermonis (*mei*, *v.* iſtius rei), luctus, quos ego

Nialis: quum intus in ís ignibus hosticis A. C.
(*) Mucronum domini conficerent. mea 1012.
Discant verba homines, quae
Luctûs ajo loqui [meos].

 Ad

ego refero. *Quae ego sic intelligo: Memoriae infigant hanc rem, injurias meas, quas refero.*

α) Hiálmskass *in specie* securim (*in genere telum omne bellicum quô caeditur,*) *designat.* skass *enim nomen gigantis foeminae adpellatiuum in* Helga-Quida Hund. b. *posteriore: atque nominibus gigantum foemininis, adjecto vocabulo armorum defensoriorum aliquo, secures adpellari solitas docet Edda. Se autem ista viri appellatione* hiálmskassa hveśsir *poëta notat, Gizurem consequenti, sc.* herdimeidr, *inuocat: quam cl. G. Pauli incompletam censet; quod sanè non est, nisi illis, qui nesciant* herdir *gladii & herþr* mucronis *vocabulum esse; quorum vtrumque in nomenclaturis ensium praefert Edda.* β) Af reidi.] *I. e. Haud aequo animo in incendiarios.* G. Pauli. γ) *Si haberetur narratio de* Elre, Elnre *l.* Eckile *aliquo exustione confecto, tum* ignis *rectè denominari posset ejus* sudor *per Metonymiam effecti. Caeterùm suspicor Karium dixisse* elnis *l.* elmis, *quod arboris genus est; & hujus sudorem nominasse ignem, eâ ratione, quod pix igne arboribus exprimitur.* Idem. *Mihi verò* elri *n. g. (potius quam masc.* elrir; *nam &* beyki *fagus, &* greni *pinus, neutro genere habemus.) nihil aliud quam* alnum *denotat, & ab hac ipsa voce profectum, perinde ac German.* Erle, *& Danic.* Elle. *Porrò* elris sveiti, *s. sudor alni, per Metonymiam, quod sudorem alno exprimit, sc.* ignis (*hîc* incendium); *ligna enim, dum comburuntur, laborant & exsudant.* δ) Ofús.] *Hoc respicit discessum [Karii] a Niale [& leuiris].* G. Pauli. ε) Oddrvnnar.] *Niall scilicet atque filii.* ζ) *In hac adpellatione Pleonasmum esse puto, debereque ita disponi:* El-gvnnar (Gvnnar-els) oddrvnnar. G. Pauli. *Quae vtinam ipse latinè expressisset! Ego diuidendum censeo, & scribendum* gunnar elld, *per Apocopen pro* gunnar elldi, hostili igne: *vel, si mauoles* elldgvnnar *pro* í elldgvnni *capere,* igneô l. ignito praelio; *quod ferè eòdem redierit.* η) *Sequentia hunc in modum ordinat G. Pauli:* Menn nemi at tína mín (*l.* nemi mín) mál, harmsakir, sem ek inni (inni tína): *i. e. Homines occipiant colligere ɔ: colligant (l. discant) mea verba, injurias [meas], quas ego memoro (recenseo). Quo denique addi possit:* Menn tína mín harmsakir. nemi mál sem ek inni, *Homines recitant mei luctûs causas: attende (tu Gizur) sermonem quem ego profero.*

(*) *Hic deest vnum folium in G.*

A. C. Ad haec Gizurr: Ignoſcendum eſt, quod ejus rei memoria tuo animo inhaeret:
1012. (g) quare nunc nihil amplius tangemus. Kario ſe domum rediturum ſignificante; Nunc ego, inquit ille, conſilia mea tecum liberè communicabo. tu ne domum equites; at hinc tamen abeas, cenſeo, & in tractum Eyafiallenſem orientem verſus proficiſcaris ad Thorgeirem Skorargeirem ac Thorleifum Krakum (h). (i) illi te rurſus ex oriente ſequuntor, quippe ipſi principales hujus cauſae actores: (k) comitetur & eos frater Thorgrimus *Magnus*. tu cum illis Mördum Valgardi filium adi, eique meis verbis nuntia, accuſationem caedis Helgii contra Floſium recipiat: (l) in quo ſi (m) vel vnico verbo tergiuerſabitur, tu te quam iratiſſimum exhibe, ſimulans illi te (n) ſecurim in caput incuſſurum: alias, modò ille malignè (o) retrectauerit, meas iras comminare; ſimul adjiciens me filiam meam Thorkatlam arceſſiturum, &, vt
p. 217. domum remigret meam, (*) facturum eſſe; id quod ille non patietur, quod eam quemadmodum (q) proprios oculos amat. De conſilio ſibi facto gratias agebat Karius; nihil verò Gizurem de ferenda ſibi ope compellauit, quod (q) eum tam hac in re, quam aliàs, amicum eſſe acturum crederet. Hinc (r) amnes orientales tranſmiſit; inde in Fliotzhlidam, inde trans flumen Markicum

(g) ok ſkvlv ver — ok avſtr.] I. L. N. O. Q. S. *tantum*, Skalltu nú rída avſtr, Nunc tu in tractum &c.

(h) ok Þorgrím hinn mikla, & Thorgrimum Magnum, *add.* F. ok bródr hans, & fratrem ejus, *add.* B.

(i) þeir — med þer, *omitt.* P.

(k) med þeim — þeirra, *neſcit* id.

(l) mælir nokkvrv ordi í móti þeſſv.] K. vill eigi vid taka, ſin ſuſcipere noluerit.

(m) nokkvrv ordi *omittit* P.

(n) mvnir hafa øxi í høfdi.] P. mvndir reka exi í høfud. F. mvnir þá gegra hafa exi ꝛc.

(o) at komaz.] B. C. M. at þeſſu komaſt, hoc negotium detrect.

(*) láta hana, *omitt.* Fr. d.

(p) avgvm í høfdi ſer.] K. augvm ſínum. P. líſinu í brióſtinu á ſer, vitam in pectore ſuo (animam ſuam).

(q) þá at honom — annat.] Fragm. d. at eigi mundi þurfa, hoc non opus eſſe putaret.

(r) yfir ár ok þadan, *omitt.* id.

kicum ad Selialandsmulum, indeque orientem verſus Holltum vſque perten- A. C.
debat. Thorgeirr Karium & comites (s) ſumma cum humanitate admiſit; 1012.
deque itineribus Floſii docuit, & (t) quantum is (u) ab Oſtfiördenſibus auxilium obtinuiſſet. Karius ignoſcendum fatebatur, quod ille, cui tam multis eſſet reſpondendum, opem ſibi peteret. (*) Hôc melius (res habet), inquit Thorgeirr, quò ſe (v) omnes illi nequius praebent; (x) eò vehementius illos perſequemur. Ei Karius quum de ſuggeſtione Gizuris narrauiſſet, mox ab oriente proficiſcuntur in Rangarvallos ad Mördum Valgardi filium. Hic eos benignè accepit: ſed mandatum ſoceri ſui Gizuris edoctus a Kario, (y) ſuſcipere cunctabatur, ſolo cum Floſio, quam X. aliis experiri grauius eſſe cauſatus. Tum Karius: Hìc tu praebes te (z) quemadmodum ille rebatur; ſcilicet es quauis re malè praeditus; nam (a) non timidus modò es, ſed animi in te nihil eſt. (æ) at viciſſim tibi tuô meritiſſimô id eueniet, vt Thorkatlae domum patris ſui remigrandum ſit. (b) Qua ſe protinus accingente, & (c) jam pridem ad diuortium cum viro fuiſſe promtam praedicante,

 oppidò

(s) med inni meſtv blídv-] C. M. báðum hendum, ambabus vlnis accepit.

(t) hv. mikit lid.] P. hv. mikinn ſtyrk.

(u) þegit í Avſtfiørdvm.] F. fengit í fiørduna hanſtr. P. *tantum*, fengit, aux. obt.

(*) því betr — ſækia, *omitt.* P.

(v) avllvm.] C. M. Fr. d. allt, in omnibus rebus.

(x) því — ſækia, *neſcit* Fr. d.

(y) tók ſeinliga vndir þat.] B. Fr. d. C. M. var helldr erfidr (ok torſóttr.), P. var helldr tregr, nimis (in eo ſuſcipiendo) difficilis (& inexorabilis), tardus erat.

(z) ſem.] B. C. F. M. P. Fr. d. iafnt ſem, perinde atque.

(a) hræddr ok hvglavſs.] P. huglauſs ok rógſamr, & animus tibi deeſt, & calumniator es.

(æ) enda ſkal þat á bak koma ſem þer.] C. M. hitt fylgir ok at þer, id.

(b) hon biós — Merdi, *omittit* P.

(c) qvadz þeſſ fyri løngv búin.] F. qvad — løngu vánu, jam diu id ſe exſpectaſſe praedic. || C. M. qvad þat vera nærr ſkapi ſínu, idque ſibi magis libere (*vt a viro diſcederet, quam cum eo eſſet,*) praedic.

A. C. 1012. oppidò Mördus ſententiâ reſponſisque mutatis, iras ſibi deprecatus, negotium in ſe recipit. Karius ait: Iam tu accuſationem ſuſcepiſti, age igitur experire imperterritus; nam in eo ſalus tua vertitur. omnem ſe Mördus curam eò condixit impenſurum, (d) vt negotio iſto rectè ao viriliter fungeretur. (e) Poſt idem IX. ciues, ſingulos loci caedis accolas, ad ſe conuocat. tum manu Thorgeiris prehenſâ duos teſtes nominans, *Vos ego teſtes adpello*, (inquit,) *quod Thorgeirr Thoreris filius cauſam homicidii aduerſus Floſium Thordi filium, quò (cum eo) de caede Helgii Nialſonii experiar, mihi mandat, ſimul cum omnibus, quae ad accuſationem hujus criminis jure pertinent, inſtrumentis. tu mihi* (Thorgeirr!) *cauſam hanc mandas, vt agam & decidam de ea, perindeque omnibus* (f) *vtar auctoritatibus, quam ſim actor principalis: tu* (g) *mihi legitimè mandas, ego legitimè ſuſcipio.* Teſtibus iterum nomine vocatis, *Vos ego teſtes compello*, ait, *quod Floſium Thordi filium aggreſſionem* (h) *lege definitam feciſſe pronuntio, cum is Helgio Nialſonio* (i) *vulnus* (*vel*) *in cerebrum vel in cauum corporis, vel in medullam infligebat, quod letale exſtitit, & vnde mortem Helgius accepit.* [k) *pronuntio V. ciuibus coram*, quos & ſingulos nomina-

(d) at gera — drengiliga. *omitt.* P.

(e) Eptir þat — þá mællti M. — Skildv þeir.] F. *tantum*, Tók þá M. ok ſtefndi at ſer vættfángsbúum ix. ok bið mál til at løgum. ok lyſti handſelldri ſauk Þorgeirs Þóriſſonar. Síðan mællti M. Tunc Mördus ix vicinos loco caedis proximos ad ſe conuocauit, accuſationemque ſecundum leges inſtituens, mandatam ſibi a Thorgeire Th. f. cauſam proclamauit. Quð facto M. Iam vt poſtul. &c. *Ita verò* P. Eptir — ix. vetfángsbuum. ok bið til málit. Síðan ſkildu þeir, — conuoc. accuſationemque praeparauit. Deinde ab inuicem diſceſſerunt &c.

(f) nióta.] B. neyta.

(g) mer at lavgvm.] B. C. K. M. með laugum, legitimè.

(h) lavgmætv.] B. D. Fr. d. løgmælltu.

(i) heilvndarſár.] Fr. d. I. L. N. O. Q. S. helvndarſar, vuln. letale, *minus rectè: conf.* p. 227. *var.* p.

(k) lyſi ek yfrir búum (ſim). ok nefndi þá alla. lyſi ek løglyſing, *inſerunt* B. C. D. Chh. Fr. d. *quae non abeſſe debere ab hac formula, proximè ſequens monſtrat.*

nominauit. *pronuntio legitimâ formulâ* (l.) *pronuntio crimen a Thorgeire Thoreris* A. C.
filio (*mihi*) *mandatum.* (m) Rurſus idem teſtibus nominatis, *Vos teſtes voco* (inquit) 1012.
quod (n) *vulnus* (*vel*) *in cerebrum*, *vel in cauum corporis*, *vel in medullam a Floſio Thordi filio inflictum pronuntio*, *quod letale vulnus extiterit*, *& vnde mortem acceperit Helgius*, *in loco eodem*, *quô Floſius Thordi filius aggreſſione lege definita Helgium Nialſonium prior impetiuerat. pronuntio V. ciuibus coram*, p. 218.
quos & mox nominatim ſingulos appellauit: *pronuntio legitimâ formulâ. pronuntio crimen a Thorgeire Thoreris filio mandatum.* Porrò Mördus teſtes nuncupans, *Vos teſtes adpello*, inquit, *quod ego his omnibus IX. caedis loci accolis* (o) *iter ad Comitia vniuerſ. & teſtimonium vt cognitoribus denuntio*, (p) *vti perhibeant*, *anne Floſius Thordi filius aggreſſione lege definitâ Helgium Nialſonium impetiuerit* (q) *eo in loco*, *vbi Floſius Thordi filius vulnus* (*vel*) *in cerebrum*, *vel in cauum*, *vel medullam Helgio Nialſonio infligebat*, *quod letale extitit*, *& vnde mortem accepit Helgius. denuntio vobis omnia illa verba adhibenda*, *quae* (r) *proferre legibus adſtringimini*, *quaeque ego vos in jure ſum rogaturus*, *hanc ad cauſam* (s) *pertinentia. denuntio vobis ſolenni denuntiandi formulâ coràm. denuntio* (*vobis*) *ob cauſam a Thorgeire Thoreris filio mandatam.* (t) Nominatis etiam teſtibus, *Vos teſtes voco*, (inquit,) *quod ego hiſce IX. caedis loci accolis iter ad comitia vniuerſ. & teſtimonium vt cognitoribus denuntio*, *vt perhibeant*, *anne Floſius Thordi filius* (u) *vulnere* (*vel*) *in cerebrum*, *vel in cauum*, *vel medullam inflicto Helgium Nialſonium ſauciauerit*, *quod letale exſi-*

(l) í heyranda hlióđi, ita vt exaudiant vocem meam, *addit* O.

(m) *Secundam proclamationem non agnoſcunt* B. Chh. Fr. d.

(n) helvndarſ.] *corrige*, heilvndarſ.

(o) alþingisreidar.] Fr. d. til alþíngisreidar.

(p) bera vm þat.] B. bera vitni þat, hujus teſtimonii dicendi cauſâ.

(q) þeim vætvángi.] Fr. d. þvi vetfángi. *neutro genere.*

(r) bera.] C. M. ſkilia.

(s) eigv.] Fr. d. á, *Verb. ſing. num.*

(t) *Secundam denuntiationem neſciunt* B. I. K. L. N. O. Q. S. Fr. d.

(u) heilvndarſári G. *caeteri* helvndarſári.

A. C. *exſiſteret, & vnde mortem acciperet Helgius, eo in loco, vbi Floſius Thordi*
1012. *filius adgreſſione lege definitâ Helgium Nialſonium prior impetiuerat. denuntio vobis omnia illa verba adhibenda, quae proferre legibus adſtringimini, quaeque ego vos in jure ſum rogaturus, hanc ad cauſam pertinentia. denuntio vobis ſolenni denuntiandi formulâ. denuntio vobis coram. denuntio vobis ob cauſam a Thorgeire Thoreris filio mandatam.* Quibus dictis Mördus, Iam vt poſtulauiſtis, inquit, parata eſt (v) accuſatio. nunc ergo te, Thorgeirr Skorargeirr, oro, vti tu ad Comitia iter faciens (x) venias ad me, quò nos ambo (y) cum caterua vtriusque noſtrûm vnà (z) proficiſcamur, hasque quam (a) conjunctiſſimas habeamus. meus enim comitatus ſub initia ſtatim comitiorum paratus erit. & ego fidem (æ) vobis meam probabo in omnibus rebus. Haec omninò commodè ſuſceperunt (Karius & Thorgeirr): atque hoc inuicem confirmatum jurejurando eſt fore, nemo vt ſe ab altero (b) disjungeret, antequam placuiſſet Kario, quin ſuam quisque pro altero ſalutem communi periculo exponeret. Dein ab inuicem (c) amici diſceſſerunt, mutuo polliciti, rurſus inter ſe (d) comitiis conuenturos. (e) Iamque Thorgeirr in orientem reuertit. Karius autem occaſum verſus tranſiit amnes, & Tungam vſque perrexit ad Aſgrimum: (f) a quo exceptus cum ſingulari comitate, omnia Gizuris *Albi* conſilia, paratamque accuſationem, commemorauit ei. (g) Hoc de illo ſperabam, inquit Aſgrimus, fore, ſe vt beneuolè gereret: quod &
p.219. jam re (h) oſtendit. Tu verò, quaerit idem, quid ex oriente ſciuiſti de Floſio?

(v) her, hic, *inſerit* Fragm. d.

(x) komir.] Id. ridir, equites.

(y) ſaman med hvarntveggia flokkinn.] B. C. G. M. ſam. vid báda flockana. F. Fr. d. med báda ſaman flokkana.

(z) ridim.] Fr. d. forum.

(a) bezt.] Id. bazt.

(æ) ydr, *omittit* id.

(b) ſkilia.] Id. ſkiliaz.

(c) med vinátty *neſcit* P.

(d) á þingi.] F. til þings reitar, ſub iter comitiale.

(e) Ridr — aptr. en, *omitt.* P.

(f) hann — vel. & *mox* alla ok, *neſcit* id.

(g) Sliks — nú ſynt, *omitt.* id.

(h) ſynt. Aſgr. mællti.] F. lyſt. eda, oſt. Sed quid tu.

Floſio? Karius reſpondet: Is totam orientis prouinciam vſque in Vapnafiördum A. C.
(i) peragrauit, (k) propèque omnes magnatum ſuam illi operam & profec- 1012.
tionem ad Comitia dictauerunt. ſperat quoque opes Reykdalenſium & Liosvætningorum & (l) Exfirdingorum. Hac de re illi prolixè communicauerant. Tempore comitiorum vniuerſ. jamjam appetente, pes Thorhalli Aſgrimi filii correptus (m) tanto eſt vlcere, vti tibia ipſum (n) ſupra talum perindè craſſa tumidaque eſſet, ac femur foemineum; adeò non niſi baculo nitens ingredi poterat. Idem vir ſtaturâ grandi, magna virium firmitate (o), (p) colore comae facieique ſubfuſcô: temperans lingua, ſed (q) animus ad iram pronus. Erat tertius in Islandia jure conſultiſſimus. Cum jam eſſet maturitas adeundi Comitia, Kario Aſgrimus fatur: Tu ſub ipſa (r) initia comitiorum cenſeo proficiſcare, noſtraque tabernacula inſtruas. tecum eat filius meus Thorhallus; (s) namque tu cumprimis leniter eum habebis & commodè, quatenus (t) pede captum (u). illius verò operâ nobis (v) in his comitiis maximè

Ppp opus

(i) fór.] P. hefir farit i vetr, peragr. proximè praecedenti hyeme.

(k) náliga, *omittit* id.

(l) Exfirdíngvm.] F. Fr. d. Chh. Eyfirdingum. *malè*.

(m) ſva mikit — ſær.] P. nockut med mikilli bólgu, aliquo eſt vlc. magno cum tumore.

(n) ofan avkla — ſem konv.] K. nedan kne ok ofan at aukla var ekki minni enn konu, infra genu ac deorſum ad talum vſque, non minor (tenuior) eſſet, quam femur &c.

(o) ok manna karlmannligaztr, & ſpecie corporis quam maxime virili *add.* F.

(p) hárſlit.] Fr. d. P. hár, comâ (facieque ſubfuſcâ).

(q) ſkapbrádr.] B. C. Fr. d. brádſkapadr. F. barſkapþr. Chh. brádſinnadr.

(r) andverdz, *omittit* P.

(s) þú mvnt — fótl. en.] Id. *tantum*, þvíat, nam (illius operâ &c.).

(t) fótlami.] Fr. d. fótlama. B. C. G. M. fótmeiddr.

(u) ſva at han nær ekki gánga, nihil vt ambulare valeat. *addit* B.

(v) á þeſſv þíngi.] P. ádr en þeſſu þíngi ſe lokid, antequam haec finita erunt comitia.

A. C. opus fuerit, vobiscum XX. alii proficiscuntor. (x) Postmodò iter apparatum,
1012. illique (y) mox ad Comitia profecti, tabernacula, (z) resque suas diligenter instruxerunt.

CAP. CXXXVII.

De Flosio ac (caeteris) incendiariis.

Commouit se ab oriente Flosius, decies denis, qui cum eo incendio adfuerant, sociis comitatus. hi (a) primùm in Fliotzhlidam perrexerunt: vbi quum Sigfussonii in componendis rebus domesticis multum diei absumsissent, sub vesperam occidentem versus (æ) Thiorsam transmiserunt, ibique per noctem acquieuerunt. Postridie autem equis manè admotis vt se dederant in viam, suis ita locutus est Flosius: Nunc nos Tungam ad Asgrimum diuertemus prandendi gratiâ, illique (b) injurias suas denuò onerabimus. (c) quod & socii (d) pulchrè factum praedicarunt. Perrexerant igitur quo usque parum abessent a Tunga: quum Asgrimus cum aliquot domesticis vnà foris fortè constitutus, prospectô venientium agmine simul ac domô licuit, (e) famulisque suis dicentibus, Illic sine dubio adest Thorgeirr Skorargeirr (f): Ego verò,
p.220. inquit, (g) nîl minus existimo; hi (h) enim homines eunt (i) cachinnantes atque

---

(x) Eptir — ridv þeir sidan.] P. *tantum*, Sídan ridv þ. Post (ad com.)

(y) sídan til þíngs.] Id. af stad, domô.

(z) *Caetera nescit* id.

(a) þar til er — fram á leid] Id. *tantum*, sem leidir liggia, quâ publica ducunt itinera, proficiscebantur.

(æ) yfir Þiórsá.] I. K. L. N. O. Q. S. til Þiórsár, ad Thiorsam perrexerunt.

(b) íllsakar.] C. G. Chh. Fragm. d. íllsakir. B. íllzsakir.

(c) *Haec absunt a* P.

(d) vel gert] Fr. d. v. vera, adprobarunt.

(e) menn Asgríms mælltv.] P. þá mælltv heimamenn, domesticis.

(f) med monnum sínum, cum comitibus suis, *add.* I. K. L. N. O. Q. S.

(g) eigi m helldr ætla] B. eckinhelldr ætla. C. F. M. P. Fr. d. eigi ætla. || I. K. L. N. O. Q. S. þat mun eigi vera, Non ea fuerit res.

(h) þviat *nescit* Fr. d. & P.

(i) hlátri ok gapi.] B. D. hl. ok gani, cach.

atque incompositi; at cognati Nialis, qualis Thorgeirr, risui non prius indulgebunt, quam (k) exustio (ejus) quadamtenus fuerit vindicata. (l) atque adeò conjiciam aliud, quod tamen vobis ad fidem minus pronum videri possit: haec scilicet opinio mea, hos esse Flosium & incendiarios vnà, (m) qui injurias nostras denuò exaugere sine dubio cogitant. nos igitur omnes introëamus. mox ita factum. Asgrimus (n) cubicula curat verrenda, velisque ornanda, tum erigendas mensas, ciboque onerandas, scamnaque ante sedilia (o) aequae longitudinis (p) per totum triclinium locari facit. Flosius in aream villae inuectus (q) equis descendere suos, tectaque subire iussit; idque faciunt. (r) queîs in triclinium deuenientibus, in tabulato Asgrimus sedit. Flosius (s) sedilia contemplatus, in promtu esse quidquid discubituris opus foret, animaduertit. Non salutauit Asgrimus hospites, at Flosio (t) loquitur: Eâ gratia (u) sunt appositae mensae, quò, quibus est (v) opus, capere cibum (x) liceat A. C. 1012.

cach. & temerariè. K. hlátri ok glavm, cum cachinnis & garrulitate. I. O. S. hl. ok gems, — & sannis. L. N. Q. hl. ok gums, — & ludificatione. F. gabbi ok gapi, irridentes & dissoluti. || ok gapi, *omittit* P.

(k) nokkvt er hefnt brennvnnar.] I. L. N. O. Q. S vakin er hefnd br. incendium vlcisci coeptum erit.

(l) ok mvn ek — ætlvn mín.] Iid. þætti mer eigi ólíkara, haud dissimilius vero videretur mihi, hos &c.

(m) ok mvnv — vss, *nescit* P.

(n) húsin.] I. L. N. O. Q. S. stofuna, triclinium — verrendum.

(o) ok borðum, mensasque, *inser* F.

(p) vm alla stofvna *omitt.* P.

(q) hestvm.] P. hestum sínum. F. baki hestum sínum ok binda alla, equ. suis desc. omnesque religare.

(r) þeir Flosi komv.] P. ok gengv, & tricl. ingressis.

(s) bekkina.] F. báða becki, vtrinque sedilia.

(t) þó, tamen, *inserit* P. *post* til.

(u) erv borð sett.] Id. er matr á borð borinn, cibus impositus mensis est.

(v) hafa þvrfv.] F. eta þ. comedere opus. Chh. hans þ. eô op.

(x) heimoll.] B. C. E. Chh. heimill. P. heimillt, *omisso* matr.

A. C. liceat. (y) It Floſius accubitum, ſuique omnes, armis (z) ad tabulationem
1012. repoſitis, quîs non (a) licuit in (æ) ſedilibus, in ſcamnis anterioribus conſidebant: quatuor verò armati (b) quâ Floſius diſcumbebat, ante adſtitêrunt, dum cibum caperent. Conticuit Aſgrimus inter prandendum, (c) ruborem, qualis eſt ſanguinis, adſpectu referens. Cum autem ſaturati hoſpites eſſent, mulieres aliae menſas ſummouerunt, aliae (d) malluuia (e) intròtulerunt. Floſius (f) nihil properantius egit, quam ſi domi eſſet ſuae. Erat fortè ſecuris lignaria in (g) angulo tabulati repoſita. hane Aſgrimus vtraque (h) prendit manu, & in marginem tabulati (i) adſiliens Floſio intentat in caput. at Glumus Hillderis filius (k) conatum fortè conſpicatus, oppidò exſiſtit, dolabrâque ipſas ante manus Aſgrimi (l) comprehenſâ, ſtatim ad eum reflectit (m) aciem, (n) quippe qui validus erat viribus. tum multò plures exſilire, manus-

(y) Floſi mælti. eta ſkal óvina mat ok øngu launa, Floſius ait: Edatur cibus ab inimicis praebitus, & nihilò compenſetur. *inſerit* P. || gengr.] B. C. E. R. M. ſte (ſteig).

(z) vpp at þili.] C. G. M. vpp til þils. || K. P. at baki ſer, poſt ſe.

(a) máttv.] P. gátv.

(æ) bekkivnvm.] E. pallvnvm.

(b) fyrir framan þar ſem Floſi ſat medan þeir matvdvz.] P. frammi fyrir Floſa á medan han ſat fyrir bordunv, ante Floſium, dum ille diſcumbebat, adſt. E. — medan han matadiz, — dum ille cibum caperet. I. K. L. N. O. Q. S. — medan han ſat at mat, dum ille adſidebat menſae.

(c) ravdr á at ſiá.] P. riódr.

(d) handlavgar] C. E. G. M. laugar, aquam (*manibus*).

(e) bárv inuar.] P færdu, miniſtrarunt.

(f) øngv ódara — heima.] I. K. L. N. O. Q. S. *tantum*, øllu tómliga, omna otioſè egit.

(g) palls horninv.] E. P. pallinvm, tabulato. S. pallrúminu, id. O. beckinum, ſcamno.

(h) tók.] P. þreif, arripit.

(i) *Hic deſunt 4 folia ex* F.

(k) tilrædit.] P. þetta, hanc rem.

(l) gat tekit.] C. E. G. Chh. þreif. P. greip vm.

(m) egginni.] E. P. øxinni, ſecurim.

(n) þviat Gl. var rammr at afli.] P. han var mikill madr ok ſterkr, erat (enim) vir magnus & robuſtus.

(o) manusque Aſgrimo injicere: ſed eum Floſius a quopiam affici malo A. C.
vetuit; nos enim (ait) nimiâ hominem tentatione prouocauimus; is verò 1012.
nihil aliud, niſi quod oportuit ipſum, coeptauit, atque ſic (p) animi confidentiam exſeruit. mox idem ad Aſgrimum: Hìc nos ab inuicem diſcedemus (q) incolumes, & in Comitiis iterum congreſſi, integram ibi cauſam aggrediemur. Sic (r) fiet, inquit Aſgrimus, ac voluerim vos vt praeteritis his comitiis (s) vela contraheretis. Floſius, nullo reſponſo reddito, (t) cum ſociis foras exit; equos conſcendunt, abequitant. Hinc iter vſque Lögarvatnum contulêre, ibique noctem exegêre: manè vero in Beitivallos (*campos paſcuos*) progreſſi, (u) equos ibi refecêre. Huc ad eos multae cateruae aduehuntur:
in quibus Hallus a Sida, cunctique Oſtfiördenſes. His comiter acceptis Flo- p. 221.
ſius de itineribus ſuis, quaeque ſe inter & Aſgrimum (v) acta fuerant, narrauit. (x) Eam rem collaudantibus multis, ac (y) ſtrenuè factam praedicantibus; At mihi, inquit Hallus, hoc (z) ſecus quam vobis probatur, nam iſtud

 incoep-

(o) tókv Aſgrím.] B. C. E. G. M. P. villdv (ætlvdv) at ráda á Aſgrím (at Aſgrími.) Aſgrimum inuadere cogitantes.

(p) ofrhvgi.] E. fullhugi, ſe animis valentem oſtendit.

(q) heilir *omittit* P.

(r) mvn vera.] P. m. vera verda, fiat neceſſe eſt. E. munu ver gera, faciemus.

(s) færit lægra.] E. fengit lægra hlut, inferiorem ſortem auferretis. P. lytid í lægra hallдit, ſuccumberetis.

(t) gengv þeir — var þar.] P. ok geck i burtu. ok ridu ſidan til þings ok tiolldudu búdir ſinar. þar kom, abiit, isque & ſocii ad comitia perrexerunt, ſuaque tabernacula inſtruxerunt. *Malè; nam & quae in fine Cap. referuntur, agnoſcit.*

(u) ádv þar — var þar.] I. K. L. N. O. Q. S. bidu þar Auſtfirdínga. Kom þar, Oſtfiördenſes ibi exſpectarunt. Aduenerunt eò Hallus &c.

(v) vidſkiptvm.] B. C. E. G. P. ſkiptum.

(x) þetta.] C. E. G. M. P. Floſa, Floſium. I. K. L. N. O. Q. S. ſlik brogd fyrir Floſa, Haec incoepta in Floſio.

(y) ravſkliga.] P. rauſkmannliga.

(z) annan veg.] B. C. E. G. M. P. ødruvíſs.

A. C. (a) incoeptum existimo inconsultum; (æ) suas verò injurias recordarentur,
1012. quamuis non denuo admoniti: (b) caeterà maximo se periculo exponunt, qui tam grauiter (c) alios tentant. adeo compertum ex Hallo videri sibi (d) plurimum eâ re peccatum. Inde vniuersi pertenderunt in *campos* vsque *superiores*; ibique numerô suo in modum justae cohortis ordinato, in locum comitialem descenderunt. Flosius tabernaculum Byrgicum, (e) ante quam ad Comitia isset, instrui sibi fecerat: Ostfiördenses autem suum quisque tabernaculum adierunt.

Cap. CXXXVIII.

De Thorgeire Skorargeire.

(f) Thorgeirr Skorargeirr ex oriente magna cum manu proficiscitur, (g) fratribus Thorleifo Krako & Thorgrimo *Magno* eum comitantibus. Ii Hofum venerunt ad Mördum Valgardi filium, ibique, donec aptus itineri esset, demorabantur. Is congregauerat omnes, quotquot armis maturi erant: (h) neque est aliud compertum ex ipso, quam per omnia imperterritum esse. Dein iter, quousque trans amnes occidentales ventum, perrexerunt; tumque Hiallitium

(a) úvitrligt bragð.] E. P. G. úvitrliga gert (gert hafa verit), inconsultè factum (exist.).

(æ) harmsakir sínar.] E. I. K. L. N. O. P. Q. S. harma sína.

(b) en þeim mönnom allvant.] P. er þeim öllum allverr, est omnium eorum ratio multo pejor, qui.

(c) annarra.] P. manna, al. homines.

(d) miok *nescit* id.

(e) hafdi látið — sinna búda.] I. L. N. O. Q. S. let tiallda Byrgisb. en Austfirdingar sínar búdir, instrui fecit, sua verò tabernacula Ostfiördenses.

(f) *Ita caput incipit in* C. G. M. E. P. Nú er þar frá (frá því) at segia (þar til máls at taka) at Þorg. Nunc narrandum venit (ordiendum est dicere), quod Th.

(g) voru — honom.] P. *tantum*, og, & Thorleifus Krakus & Thorgrimus magnus.

(h) þat eina.] P. þat, idque comp. — eum per &c.

tiúm Skeggii filium opperiebantur: (i) nec diu exſpectatum, cum hic adue- A. C.
nit. Quô amicè exceptô; cuncti vnà proficiſcuntur, donec Reykos in Biſcups- 1012.
tungis ventum eſſet. Heic Aſgrimum Ellidagrimi filium praeſtolantur: isque ibidem ad eos aduenit. (k) Tum Bruaram (*amnem ponte iunctum*) ad occaſum tranſeunt. Interim illis Aſgrimus, quaecunque ſibi cum Floſio interceſſiſſent, enarrauit. ad quae Thorgeirr: Iſtuc voluerim, nos vt (l) vires aduerſariorum ante (m) finita comitia experiremur. Iter in (o) Beitivallos vſque confecerant; (o) cum Gizurr *Albus* permagnâ cateruâ iis aduerſum venit; cumque illo (p) colloquium ineunt. Tum in *campos ſuperiores* adequitârunt, totoque ibi comitatu in iuſtae cohortis morem diſpoſitô, ita locum comitialem petiêre. Floſius ſuique omnes arma (q) rapere, ac propius nihil factum, quam vt confligeretur; niſi Aſgrimus & (r) ſocii, poteſtate ſui non facta, ſe ad tabernacula ſua contuliſſent. ea igitur dies tranquilla, nihil vt inuicem negotii p. 222.
habuerint. Haec ad comitia proceres ex omnibus inſulae (s) prouinciis conuenerant, nec vllus (t) anteà, poſt hominum memoriam, adeò frequens fuerat comitiatus.

CAP.

(i) ſkamma.] C. M. litla. P. *omittit* ſkamma.

(k) riðu — þeir komu, *omitt.* id.

(l) karlmennſku þeirra.] E. þá, eos (aduerſarios). I. K. L. N. O. Q. S. karlm. vora, virtutis noſtrae — periculum faceremus.

(m) lyki þinginu.] E. þingit væri úti. I. K. L. N. O. Q. S. ver farim af þinginu, quam nos a comitiis redierimus.

(n) Beitivøllu.] P. Beitivøllum. *ablat.*

(o) kom — fiølmenni, *neſcit* id.

(p) þá tal ſín á milli.] B. C. E. G. M. Fragm. i. tal lángt með ſer, prolixum habuerunt colloquium.

(q) tóku.] C. E. G. M. P. hlupu, (ad arma) ruunt. Fr. i hlióþu, id.

(r) þeirra ſveit.] P. hans menn, ſui.

(s) fiórðúngum.] B. ſveitum, tribubus.

(t) áðr.] E. fyrr. || áðr *omitt.* P.

A. C. 1012.

Cap. CXXXIX.

De Eyiolfo Bölverki filio.

Vir erat nomine *Eyiolfus*, filius Bölverki, filii Eyiolfi *Vafri* ab (u) Otrardalo, filii Thordi Gelleris, filii (v) Oleifi Feilanis. Mater Eyiolfi *Vafri* fuerat Hrodnya, Skeggio Midfiördensi nata (x). Erat Eyiolfus vir honoratissimus, ac longè omnium (y) juris peritissimus, adeò vt Islandorum (*) jure consultissimorum (z) tertius esset. Forma viri omnium pulcherrima, statura grandis, magnum corporis robur, porrò ille summae atque (a) optimae spei: sed auarus pecuniae, quemadmodum alii cognati sui. Quodam die Flosius tabernaculum Biarnii Broddhelgiô nati adiit; receptusque ab eo ambabus vlnis, cum adsedisset, iique de multis rebus inter se conferrent, a Biarnio quaerit: Quid porrò consilii capiemus? Hic respondit: Censeo negotium nunc expeditu difficile; attamen vtilissimum reor vt auxilium petatur; magnae enim aduersus vos opes contrahuntur. caeterum te, Flosi, rogare volo, numquis (æ) vestrarum partium haud vulgari gaudeat juris prudentia? nam duae vobis reliquae sunt rationes; (b) vna, vt pacificationem expetatis, quae sanè optima est: altera, vt causam ex lege defendatis, si modò (c) contingant exceptiones; tamet-

(u) Otrardal.] B. C. D. E. G. M. Otradal. P. Orradal.

(v) Oleifsf.] Fr. i. P. Oláfsf.

(x) Skinnabiarnar (-biarna E.) sonar Skutadar- (Skautadar- E. P.) -Skeggiasonar. *addunt* C. E. G. M. P.

(y) lavgkænnztr.] Fragm. i. laug-vitraztr.

(*) lögmadr.] Id. B. Chh. lagamadr.

(z) inn þridi, *nescit* B.

(a) besta.] I. K. L. N. O. P. Q. S. Fragm. i. mesta.

(æ) í lidi ydrv.] B. í lidi þinu, C. G. M. í förunevti þínu, tuarum p. (in tuo comitatu). E. med þer, P. hiá þer, tecum (apud te) sit qui haud &c.

(b) annathvart.] Fr. i. annarr er sia, vna haec est.

(c) varnir verda til.] C. M. E. má ok se varnir (vörn) til, fieri possit, & exceptiones dentur (exceptio detur).

tametsi hoc peruicaciter actum esse videatur; verùm hanc (rationem) eò A. C.
censeo (d) inceptandam, (e) quod antehac turbulenter (f) grassati estis, (g) 1012.
neque nunc decet vt vos ad minora demittatis. Ad quae Flosius: Quod (h) de legis peritis requirebas, (i) ex tempore tibi respondebo, neminem in (k) coetu nostro talem esse, ac neminem scio (l), a quo in eâ re opem sperem, nisi cognatum tuum Thorkelem Geiteris filium. Biarnius contra: Non eum nominabimus, quanquam (m) jure peritus sit; est vtique benê (n) prudens, idque adeò, vt nihil sit, quod quisquam hominum confidat periculum se in eo facturum: caeterùm is tibi, vt qui alius optimè, adsistet;
etenim homo est confidens. porrò (o) dicam tibi eam rem ipsi exitio fore, p.223.
qui causam incendiariam defendit; hoc autem nolo (p) Thorkeli cognato meo contingat: adeò (q) vobis (r) quaerendus est alius (aduocatus). Negante Flosio sibi gnarum esse, qui essent jure consultissimi; Biarnius ait: Vir nominatur Eyiolfus, filius Bölverki; ille est in prouincia Vestfiördensi juris prudentissimus: at (*) magnis adducatur praemiis (s) est necesse, si eum huic negotio

(d) vpp at taka.] B. Fr. i. af at t., C. E. G. M. P. af at ráda, eligendam.

(e) at þer hafit ádr med ofsiopa farit.] P. at þer farit eigi med ofsiopa, vt ne turbulenter (violenter) agatis.

(f) farit.] Fr. i. at farit, egistis.

(g) ok samir.] P. en þó samir, sed tamen non decet.

(h) eptir vm.] Fr. i. at of.

(i) þer því skiótt svara.] P. þat segia, hoc respondebo.

(k) flokki.] E. P. hóp, grege.

(l) í Avstfiørdvm, (í Austfirdínga fiórdúngi) in prouincia Ostfiördensi, *inserunt* C. M. P. *post* ván.

(m) lavgvitr þá er hann þó forf.] P. løgmadr ok forf. jur. per. sit & prudens.

(n) forsiáll.] B. úforsiáll, imprudens. *malè, nam & subsequentia agnoscit.*

(o) mvn segia.] E. P. vil segia, dicere volo. I. K. L. N. O. Q. S. má segia, dicere habeo.

(p) Þorkeli.] G. Þorkatli.

(q) mvnvt er.] C. M. P. munu vid (ver), nobis.

(r) áleita.] Fr. i. á at leita. P. til leita.

(*) mikit *omittunt* Fr. i. & P.

(s) þvrfa.] P. verda.

A. C. inſinuare contigerit; hoc verò negligemus. nos quoque omnia forenſia negotia
1012. armati (t) cenſeo obeamus, & nobis quam maximè caueamus: nec tamen partem aduerſam (u) priores inuadamus, niſi pro ſalute noſtra pugnare ſubacti fuerimus. nunc ego tecum ibo ſubſidii petendi gratiâ, quoniam mihi videtur nulla nobis otii copia nunc eſſe. Mox egreſſi tabernaculo, ſe ad (v) Exfiördenſes conferunt; Biarnïusque cum Lytingo, (x) Blæingo & Hroio (y) Arnſteinis filio collocutus, ab iis properè, quod (z) petebat, impetrauit. (a) Tum Kolum Skutae *Homicidae* filium & Eyvindum, qui filius erat Thorkelis (æ) filii Aſkelis *Pontificis*, adierunt, eorumque opes implorârunt: qui diu quidem detrectabant, ſed inducti tandem ſunt, acceptis III. argenti ſelibris, ad illorum ſe cauſam demittere. Hinc ad tabernaculum Lioſvætningorum digreſſi, aliquantisper ibi morabantur: Floſius adjumentum precatus ab iis, cum difficiles (b) atque inexpugnabiles rogatu eſſent, magna cum ira loquitur: Malè verò (c) comparatum eſt ingenium veſtrum; vos auari eſtis in tribu veſtra injuriique; in publicis autem conuentibus auxilium denegatis quamlibet (d) habentibus opus: & ſine dubio (e) id vobis in Comitiis vehementer

(t) ſkvlvm.] I. K. L. N. O. Q. S. munum, obibimus.

(u) fyrr, *excludunt* Fr. i. & P.

(v) Aurfirdinga.] B. G. Fr. i. Avſtfirdinga. C. M. Eyfirdinga. *vtrique falſò.*

(x) Blæing.] K. Klæng.

(y) Arnſteinsſon.] C. Aurſteinsſon. G. Eyiólfsſon. E. P. ok Arnſtein.

(z) beiddi.] E. P. villdi, voluit. Fr. i. villdi ok beiddi, voluit & petiit.

(a) þá fórv þeir til fvndar vid.] E. P. þá fundu þeir, — conuenerunt.

(æ) Aſkelsſon *neſcit* P.

(b) ok torſóttir *omittit* id.

(c) farit.] E. P. Fr. i. ſaman farit, G. ſaman komit, congruunt rationes veſtrae.

(d) þvrfi þeſs vid.] B. C. E. G. M. P. Fr. i. krefi ydr, vos rogitantibus.

(e) allmiok at brigzlvm haft vid ydr á þingvm ok ydr til ámælis lagt.] C. M. *inverſè*, lagit miok til ámælis vid ydr ok at brigzlum haft.

menter improperatur & crimini ducitur, (f) ſi (g) contumeliam & (h) mor- A. C.
dacia iſta, quibus vos, Liofvætningi, Skarphedinn adflixit, dicteria non 1012.
memineritis. Alias ſecretò cum iis colloquens mercedem ob adjutorium obtrudit, atque ſic illos (i) blanditiis adhibitis perduxit ad eum finem, vt operam ſuam condicerent, imò ſe tam fidos oſtenderent, vti pro Floſio vel acie dimicaturos, (k) ſi vſus foret, profiterentur. Hic ad eum Biarnius: Benè tua res habet, tu es (enim) vir magnae auctoritatis & (l) acer & loquendô liber, & parum aliis (m) adulans. Poſtea digreſſi, (n) amnem occidentem verſus tranſeunt; atque tabernaculum *Hladbud* petentes, apud hoc (o) multos homines foris conſtitutos animaduertunt; quos inter vnus, qui (p) togâ p. 224.
coccina ab humeris ſuſpenſâ, (*) caput aureâ faſciâ redimitus fuit, ſecurimque in manu tenuit argentatam. Biarnius infit: Hic opportunè res cadit, ecce hic (q) nunc Eyiolfus Bölverki filius, ſi tu, Floſi, eum vis conuentum. Mox ad Eyiolfum propius accedentes, eum ſalutârunt; isque Biarnium opidò (r) recognitum benignè reſalutauit, prehenſâ manu Eyiolfi Biarnius eum deduxit

(f) ef.] Fr. i. er, quod.

(g) hádúng þá ok bítyrdi.] B. C. E. G. M. P. Fr. i. hrakníngar þær, vexationes iſtas (*verbales*) quibus &c.

(h) bítyrdi.] I. K. L. N. O. Q. S. brízlyrdi, probroſa — verba.

(i) med fagrmælum — hetu lidveitzlu.] C. E. G. M. P. *tantum*, til lidveizlu, ad opem ſibi ferendam allicit. *Mox poſt* gerdu, *addunt* þeir, illique ſe tam firmos oſtenderunt.

(k) þótt.] C. M. P. ef, ſi.

(l) rauſkr.] Fr. i. hrauſtr, fortis.

(m) ſkerr.] C. E. G. M. ſkefr, P. ſkifr.

(n) ána.] Iid. B. G. Fr. i. Axrará.

(o) þeir ſá margt manna.] E. P. þar var mann-margt, magna hominum multitudo — conſtituta fuit.

(p) ſkallazkyrtil ok, tunicam coccineam indutus, *inſerit* Fr. i. *ante* ſkarl. ſkikku.

(*) høfud.] I. K. L. N. O. Q. S. enni, frontem.

(q) hann nú, *excludit* Fr. i. *&* *mox* ef — Floſi.

(r) kendi.] I. K. L. N. O. Q. S. þekkti.

A. C. deduxit (s) ſurſum in Almannagiam, (t) ſuis ac Floſii adſeclis conſequenti-
1012. bus; & Eyiolfum quoque ſui comitauêre. comitibus in margine *hiatus* circumſpiciendi cauſſa remanere juſſis, ipſi ad ſemitam vſque, quae ducit deorſum (u) in hiatum ſuperiorem, proceſſêre: quem cum Floſius locum ſedendo (v) ac longè latèque proſpectando aequum diceret, tum vnà conſident, nec aderant ibi plures quam IV. numerô. Hìc Biarnius Eyiolfo fatus eſt: Venimus tui, amice, conueniendi ergo; nam tuo nobis patrocinio (x) omnifariam valdè opus eſt. Eyiolfus reſpondit: Nunc in comitiis bona optimatum copia eſt; adeo vobis promtum (y) fuerit eos accedere, in quibus vobis multò plus auxilii fuerit, quam hìc (z) quod ad me. Biarnius contra: At non ita eſt res; tu (enim) es multis rebus praeditus, (a) quibus te nemo nunc in comitiatu praeſentium antecedit: inprimis tam generoſo loco natus es, quam omnes homines, qui a Ragnare Lodbrok ſunt prognati. dein majores tui grauibus crebrò negotiis inſtiterunt (æ) tum in Comitiis, tum in tribu ſua, & primas vſque obtinuerunt: vnde nos probabile habemus, te, (b) quemadmodum cognati tui, res feliciter acturum. Bellè (c) praedicas, Biarni, ait Eyiolfus, ſed parum ex his competere mihi arbitror. Floſius ſuſcipit: Nihil

(s) upp í Almannagiá.] B. upp á giábakka, ſurſum in crepidinem *hiatus*.

(t) Menn þeirra Biarna ok Floſa gengo eptir.] B. C. E. G. M. P. Fr. i. Biarni bad Floſa gánga eptir ok menn hans, Floſiumque & comites illius ſubſequi juſſit.

(u) at.] *Plerique alii*, af, ex ſuperiore hiatu, *minus rectè*. at — giánni.] P. í giána, in hiatum.

(v) ok mega ſiá vída, *neſc*. Fr. i.

(x) í alla ſtadi, *omittit* idem.

(y) verda, (fiet) *addunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(z) er ek em.] B. er ek á hlut at, vbi res mecum eſt.

(a) er.] C. E. G. M. P. til at, id.

(æ) bædi á þíngum ok heima í heradi.] I. K. L. N. O. Q. S. vída, paſſim. || bædi — heradi, *omittit* Fragm. i.

(b) ſem — þínir *neſcit* idem.

(c) mælir.] C. E. G. M. P. Fr. i. talar.

Nihil eſt, (d) quod hìc praeludiis vtamur ad ſignificandum, quod nobis in A. C.
animo eſt: volumus abs te, Eyiolfe, patrocinium petere, vt nobis in cauſa 1012.
noſtra adſis & (e) nobiscum in jus adeas, exceptiones, ſi quae contigerint, noſtro nomine proferas, nobisque in omnibus rebus, quae hìc in Comitiis forte incident, operam naues. Repentè ſurgit Eyiolfus, iratusque ſic dixit, (f) nihil eſſe, cur quiſquam hominum ſibi id ſumeret, vt (*) ipſum tanquam fatuum lactaret, aut (g) pro ſeſe periculis objiceret, (h) ſi nulla re ad hoc (i) induceretur, atque nunc video, ait, quô vos (k) ducti negotio fueritis ad blanditiam iſtam quâ me petiiſtis. Illum Hallbiörn *Robuſtus* apprehendit, ac ſe inter & Biarnium collocato, *Non cadit*, inquit, amice, (l) *arbor primo ictu*; & adſide dum nobis. Tum Floſius, armilla aureâ manui ſuae p. 225.
detractâ, loquitur: Hanc armillam tibi, Eyiolfe, dabo ob amicitiam tuam & auxilium, atque ſic tibi oſtendam, quod te pellicere non volo: te verò armillam hanc eò magis decet accipere, quod nemo in hoc intereſt comitiatu, quem (m) tanto munere mactârim. Fuit autem armilla iſta tam inſignis & affabrè concinnata, vt (n) MCC. (vlnis) panni fuſcati aequiualeret. Quam cum Hallbiörn manui Eyiolfi adhibuiſſet, hic fatur: Nunc (o) maximè conſenta-

(d) her at mynda til þeſſ er oſs er í hug.] C. G. M. P. at kraſſa at því oſan er ꝛc. id. || E. P. at leyna því at (lidveizlu ꝛc.) quod celemus, quod velimus &c.

(e) gángir at dómum.] E. P. g. í dóma.

(f) at engi madr þurfti.] P. engi m. þarf, nihil eſt, *& ſic deinceps oratione recta*.

(*) hann.] P. mik, me.

(g) forleypi.] C. E. G. M. P. hleypiſiſli, vt temerarium peric. objiceret.

(h) ef hann drægi ekki til.] P. er mik dregr engi navdr til, dum nulla neceſſitate ad hoc ſubigor.

(i) hann drægi.] Fragm. i. mig dregr, adigor.

(k) gengit til.] Id. til gengit. *eleganter.*

(l) tre.] P. eik.

(m) þvílika.] P. ſvo góda, tam egregio.

(n) xii. hundrud.] id. hundrad, centum.

(o) líkazt.] Id. líkara, magis conſ.

A. C. ſentaneum eſt vt accipiam hanc armillam, cum (p) te adeò liberalem praebes:
1012. confide certum eſſe, vt recipiam in me (q) defenſionem; &, quicquid opus fuerit, curem. Hìc vos, ait Biarnius, (*) ambo pulchrè facitis: nunc & interſunt homines (r) ſatis idonei qui teſtes ſint, quales ego & Hallbiörn, cauſam a te ſuſceptam eſſe. Tum Eyiolfus & Floſius ſurgunt, manus jungunt, illeque omnes, quae ad defenſionem pertinebant, auctoritates a Floſio accipit, &, ſi quae ex defenſione lites naſcerentur, (nam ſaepè, quae res in vna cauſa (s) excipitur, hujus in altera agitur.) tela quoque agendi omnia ad eaſdem lites jure pertinentia, ſiue in prouinciali ſiue in quinto judicio agendum foret: mandauit ex lege Floſius, Eyiolfusque ſuſcepit ex lege. Porrò hic ad Floſium & Biarnium: Iam, (t) vt poſtulauiſtis, cauſam ſuſcepi, quod tamen velim aliquamdiù celetis; immò, ſi cauſa in quintum judicium deducetur, quam maximè cauetote, ne vos aduocationem mercede parauiſſe jaciatis. Poſtea Floſius (u) tabernaculum ſuum repetiit atque Biarnius. Eyiolfus autem Snorrii *Pontificis* tabernaculum adit, illique conſedit: dumque multis de rebus (v) communicarent, Pontifex, manu Eyiolfi comprehenſa, reuolutaque manicâ, brachiô armillam auream eximiae magnitudinis habentem conſpicatus, interrogat: Haec (x) armilla pretiô an dono comparata? Eyiolfo res parum probabatur, neque quod reſponderet inuenit. Tum Snorrius: Probè intelligo acceptam eſſe munere; atque vtinam haec tibi

---

(p) vel ſem þer ferr.] P. ſem þer fór vel, te liber. praebuiſti.

(q) vørn.] id. vørnum.

(*) *Hic abeſt vnum folium ex B.*

(r) vel & fallnir *neſcit* P.

(s) vørn — ſókn.] C. E. G. M. P. ſókn — vørn, cujus rei — agitur, haec in alt. excipitur.

(t) máli ſem þer beiddvd.] P. málvm þeſſum ſem þer vilit ok mik beiddvd, vt vultis & me rogauiſtis, hanc cauſam &c.

(u) gekk þá — Biarni.] Id. ſtód þá vpp ok allir þeir ok gengv hvarir heim til búdar ſinnar. & caeteri omnes ſurrexerunt, ſuumque vtrique tabernaculum petierunt.

(v) vid.] Id. ſín á milli.

(x) hringr.] Id. gullhringr, aurea arm.

tibi non foret (y) capitali exitio. Confeftim furrexit Eyiolfus, ac digrediens, A. C.
nihil ea de re dicere voluit. Snorrius (z) autem eo furgente, dixerat: Ve- 1012.
rifimilius eft te, praeterito (a) hoc comitiatu, quid acceperis, effe cogniturum.
Mox Eyiolfus ad tabernaculum fuum rediit.

Cap. CXL.

De Afgrimo, Gizure & Kario.

(æ) Interim Afgrimus Ellidagrimi filius Gizuri *Albo*, Kario Sölmundi, Hialltio Skeggii, Mördo Valgardi filio, & Thorgeiri Skorargeiri fic loquebatur: Nihil eft, quod hac in re (b) fecretò loquar; hìc enim non adfunt alii, p. 226.
quam qui omnium arcana inuicem nôrunt. nunc autem (c) quaerere a vobis volo numquid de confiliis (d) aduerfariorum cognoueritis? mihi videtur fuper re noftra (e) denuò effe nobis deliberandum. Gizurr *Albus* refpondet: Me Snorrius *Pontifex* miffo nuntio certiorem fecit magnas Flofium a Nordlandis (borealis prouinciae incolis) opes acquifiuiffe, (f) cognatumque fuum

(y) höfvdsbana.] E. P. bana, exitio.

(z) Eyiólfr ftód vpp.] C. E. M. P. G. han fá at E. fpratt (ftód) fkyndiliga vpp, autem videns Eyiolfum raptim furgentem.

(a) þeffv þíngi.] Iid. dómvm, peracta caufa in judicio.

(æ) Nú talar — Skorargeir.] Iid. Nú er þar til máls at taka er Afgrímr (Ell. f.) er ok Kári Sølmf. at þeir fondvzt állir faman ok Gizurr Hvíti ok Hialti Sk. f. Mørdr Valg. f ok Þorgeirr Skorargeirr. Afgrímr tók þá til orda (ords). Nunc de Afgrimo (Ell. filio) & Kario S. f. dicere ordiendum, quod illi & Gizurr Albus, Hialltius Sk. filius, Mördus V. filius & Thorgeirr Skorargeirr, omnes conuenerint. Tunc Afgr. ita eft ingreffus.

(b) í hlióðmæli at færa.] P. — at hafa.

(c) fpyria.] Id. fegia, dicere vobis, fi quid —, videri mihi &c.

(d) þeirra.] C. E. G. M. P. þeirra Flufa; Flofianorum.

(e) í annan ftad.] C. E. M. P. í ødrum ftad.

(f) frændi hans *vefcit* P.

A. C. ſuum Eyiolfum Bölverki filium ab aliquo munere accepiſſe armillam auream,
1012. occultamque (g) habuiſſe; ac (h) ſuam ferre opinionem Snorrius ait Eyiolfum eſſe conſtitutum, qui (i) cauſſae dictionem in judicio obiret, armillamque ſine dubio in hoc datam. Omnes credere ſe rem ita eſſe conſenſerunt. Tum ad illos Gizurr: Iam gener meus Mördus Valgardi filius id negotium ſuſcepit, quod omnes difficillimum judicauerint, Floſium accuſare: nunc ergo reliquas inter vos (k) actiones volo diſtribuatis; breui enim ſunt (l) cauſae ad *juris dicundi rupem* edendae. nobis etiam neceſſe, vt praeſidium petamus, fuerit. (m) Hoc ſe facturos dixit Aſgrimus; teque rogatum volumus, vti nos ad auxilium poſcendum comites. (n) Dictauit ſe Gizurr id operae collaturum. & mox prudentiſſimum quemque de numero illorum ſibi comitem adſumſit; quos inter Hialltius Skeggii filius, Aſgrimus, Karius & Thorgeirr Skorargeirr. Iam igitur primùm, ait (Gizurr *Albus*), tabernaculum Skaptii Thoroddi filii accedemus. (o) jamque ita fit; ipſe primus incedit (Gizurr *Albus*), tum Hialltius, Karius, Aſgrimus, Thorgeirr Skorargeirr ac fratres ordine ſubſequuntur. His in tabernaculum introgreſſis, Skaptius tabulatum inſidens, vt Gizurem *Album* viderat, huic aſſurrexit, humaniter eum atque reliquos ſalutans, inuitatus Gizurr vt adſideret, adſedit; Aſgrimoque mox fatur: Nunc tu

---

(g) ſór.] P. ſæri.

(h) qvad — ætlan ſína.] id. qvadzt — ætla, ſe opinari.

(i) løgvarnir í málinv.] id. løgvørn í málvm.

(k) ſóknvm.] C. G. M. ſavkvm, cauſas.

(l) ſøkvm.] P. ſóknvm, accuſationes.

(m) ſva vera ſkylldv.] C. E. G. M. P. ſva ſkal nú ok vera, Nunc & ita faciemus.

(n) qvaz þat mvndv tilleggia.] K. qvad ſvo vera ſkylldi, Hoc ſe G. facturum adnuit.

(o) þeir gera nú ſva.] C. G. M. Sídan gengu þeir til Aulfúſíngabúdar, mox illi tabernaculum Ölfuſingorum adierunt.

tu prior Skaptium de (p) auxilio appella; ego verò quae (mihi) visum fuerit, subjiciam. Asgrimus infit: Venimus ad te, Skapti, fidem tuam (q) petitum & (r) fauorem. Hic respondit: Difficilis videbar ego (s) proxumè, cum me (t) vestris immiscere turbis nolui. Nunc verò, ait Gizurr, alio modo (u) comparata res est; nunc (enim) viri illustris Nialis (v) vxorisque (x) Bergthorae, qui (y) innocentes cremati cum domo sunt, & trium Nialis filiorum, compluriumque adhoc proborum hominum internecio est persequenda. adeo tu nunquam volueris id committere, vt vindicibus opem renuas, atque propinquos adfinesque dejuues tuos. Skaptius respondet: At mihi hoc erat in animo tum, cum Skarphedinn mihi objecit, quod ipse caput meum impicâssem & subfecto me cespite obruissem, dixitque me tam consternatum (z) exstitisse, vt Thorolfus Lopti filius Eyrensis me (a) in saccis farinariis exportatum naui imposuerit, & sic in Islandiam transuexerit; non fore, vt (æ) mortem illius persequerer (b). Ad quae Gizurr *Albus*: Nihil est, quod

A. C. 1012.

p. 227.

(p) lidveitzlvna.] P. bónordit, petitione (*auxilii*). *Nunquam hoc sensu, qui quidem primus & proprius fuerit, istam vocem deprehendi, nam semper alias petitionem* vxoriam *designat.*

(q) sækia at þer.] Id. bidia þik vm, imploratum.

(r) lidsinni.] G. lidsemd, H. K. lidsemi, adjutorium.

(s) ydr, vobis, *inser.* C. E. G. M. P.

(t) vndir vandrædi ydr.] G. vid vandrædvm ydrum.

(u) tilfarit.] K. tilfallit, res cecidit.

(v) húsfreyiv.] C. M. konu.

(x) hans, suae, *add.* lid. & E. P.

(y) bædi, ambo, *inser.* lid. & G.

(z) ordit.] C. E. G. ordinn, factum. P. verit, fuisse.

(a) á skip út — Islands.] E. P. í miølkylum (miølkyllrum) sínvm til Isl. in sacc. farin. in Isl. transportauerit.

(æ) eptir hann mæla.] G. veita at þeim málum, ab causa ad illum pertinente starem. || O. mæla eptir þeim er þat giørdi. *ineptè, nisi legas* þann *pro* þeim. i. e. mortem ejus, qui illud fecit (ɔ: dixit), persequerer.

(b) eda veita þeim er þat gerdi, aut hoc facientibus auxilium praeberem. *addit* E.

A. C. ea res nunc in memoriam voccetur, quoniam qui haec dixit, jam est mortuus:
1012. & mihi certè volueris nauare operam, licet id facere nolis aliorum hominum caussâ. Skaptius contra: Atqui haec res mihil pertinet ad te, nisi te societati (c) participum immiscere cupias. His oppido exasperatus Gizurr, Dissimilis es, inquit, patri tuo, qui quanquam aliquantum insincerus videretur, semper tamen aliis, vbi res maximè postulabat ejus operam, adminiculo fuit. Et nos, regerit Skaptius, ingenio dissimiles sumus: vos videmini vobis (d) insignibus perfuncti facinoribus; tu, Gizurr Albe, quod Gunnarem a Hlidarendo superauisti; Asgrimus vero quod sodalem suum Gaukum interfecit. Asgrimus reponit: (e) *Pauci bonum objiciunt, modo malum sciant*: hoc autem complures fatebuntur, Gaukum a me non ante sublatum esse, quam adactus eram necessitate. quod verò tu nobis auxilium denegas, aliquatenus ignoscendum est; quod probra nobis objicis, id verò nulla tenus est ignoscendum. volucrim sanè vti tu, praeteritis his comitiis, summum ex causa nostra (f) dedecus inuenires, idque detrimentum tibi resarciret nemo! Tum Gizurr ac caeteri omnes surrexerunt, egressique foras, ad tabernaculum Snorrii *Pontificis* ambulant. Hic intus in tabulato sedit, & hominibus, cum tabernaculum intrabant, ilico recognitis adsurrexit, omnesque saluere jubens, locum, quò sibi adsiderent, tribuit. Cumque (g) vulgares inter se percontati essent rumores; Asgrimus Snorrio sic fatur: Eâ gratiâ cognatus meus Gizurr egoque huc venimus, te vt patrocinium rogemus. Snorrius *Pontifex* respondet: Quod tu hoc dicis, (h) ignoscendum est, quum mortem affinium tuorum, quales

(c) þeim.] E. P. ødrum, aliorum.

(d) storrædvm.] B. C. E. G. M. P. stórmálum, inf. — negotiis.

(e) fárr bregdr — hann veit.] K. L. N. O. P. Q. S. fáir bregda — þeir vita. *plurali; illud verò singulari latinè exprimi nequit.*

(f) útvirding.] G. svívirding.

(g) almæltra.] Chh. allmælltra.

(h) nokkur, quadamtenus, *inser.* G.

quales habuiſti, perſequi debeas. accepimus a Niale multa (i) expectata con- A. C.
ſilia, licet (k) pauci hodie reminiſcantur. (l) caeterà me fugit, quô praecipuè 1012.
vos adjumento egere videamini. Et Aſgrimus: Maximè nobis (m) opus ſunt (n) ſtrenui viri bonaque arma, ſi hìc in comitiis acie dimicârimus. Snorrius ait: Sic verum eſt vos multùm periclitari; neque etiam non credibile vos vehementer acturos cauſam eſſe, aduerſariosque itidem defenſuros, ac neutros (o) alteris jus ſuum tributuros: quod vos ab illis non patiemini, ſed tunc inuadetis illos, cum & nihil aliud reliqui fuerit; namque tunc illi pro clade veſtra dedecus, pro conjunctorum diſpendio contumeliam vobis reddere p. 228.
intendent. adeo compertum (ex Snorrio) eſt, quod ſtimulos iis (p) omnino adderet. Ad haec Gizurr *Albus*: Pulchrè tu, Snorri, loqueris; teque benigniſſimè atque vt optimatem decet, (q) ſemper praebes tum, cum quis maximè periclitatur. Aſgrimus excipit: Scire igitur cupio, quam tu nobis commodaturus operam ſis, ſi, quemadmodum (r) ais, res cadit. Exhibebo vobis, ait Snorrius, id amicitiae documentum, in quo veſter honos fuerit omnis poſitus, nec tamen in judicium ibo. quod ſi res in comitiis ad dimicationem venerit, nolite aduerſarios inuadere, niſi ſi omnes quam fortiſſimo animo eſtis; nam inſignes (s) in aduerſa parte ſunt praeliatores: ſin (t) perturbati

(i) ráð þægilig.] B. C. G. K. L. N. O. Q. S. heilrædi, conſ. ſalubria. E. P. góð ráð, bona conſilia.

(k) eingi (øngver) eða, nemo (nulli) aut, *inſerunt* E. P.

(l) enda veit ek eigi.] G. heyra vil ek, audire cupio.

(m) þorfom ver.] C. E. G. M. P. þikkiumz ver þurfa, opus eſſe videntur.

(n) vaſkra — góðra, *excludit* P.

(o) þikkiazt, videri ſibi, *inſerit* id. *abſurdè, niſi pro paſſiuo capias*, videri (*aliis ſc.*).

(p) fram í øllv.] C. G. M. helldr fram, adderet potius quam dehortaretur.

(q) iafnan.] E. P. ávallt

(r) ſegir.] B. ſer, praeuides.

(s) ero til móts.] B. eigu í hlut, (cum inſignibus) res eſt (pugnatoribus).

(t) forviða.] P. ofrliða, multitudine (aduerſariorum) prememini.

A. C. turbati eritis, facietis vt aduerſum nobis huc (u) cedatis; nam tum ego meam
1012. hic (*) ordinatam habuero (v) manum, (x) paratus venire vobis ſuppetias. ſi contrà euenerit, vt illi (y) loco pellantur, tunc ii mea opinione praeſidium loci in Almannagià petere cogitârint; quod ſi aſſecuti fuerint, nunquam eos debellare continget vobis. at ego id in me recipio, cateruâ mea illic in praeſidium (z) diſpoſitâ, illos eô propugnaculô intercludere: nec tamen (a) inſequemur, ſiue (æ) boream ſiue auſtrum verſus ſecundum amnem retulerint pedem. cumque tantam (b) ferè caedem copiae feceritis aduerſariae, vti vos poſſe multam expendere pecuniariam, ſaluis pontificatibus veſtris & in propriis tribubus manſione, videamini mihi, tum ego ſimul omnibus meis intercurrens vos & illos dirimam: tunc & vos id oratu meo faciatis oportet, vt praelio deſinatis, dummodò, (c) quam nunc promiſi rem, praeſtiterim. Gizurr quam maximas egit gratias, atque haec, quae dixiſſet, (d) ad omnium ſuorum neceſſitatem faſſus eſt pertinere. Poſtquam foras exiſſent omnes, Quònam, inquit idem, porro accedemus? Ad tabernaculum Nordlandorum, ait Aſgrimus: quô & mox ambulauerunt.

CAP.

(u) ſlá.] C. E. M. P. ſlázt, pellamini.

(*) fylkt.] Fragm. e. fylgit.

(v) ollu, omnem, *inſerit* G.

(x) búinn.] C. E. G. M. P. vidbúinn.

(y) hraukkvi fyrir.] C. G. M. E. P. láti fyrir (láti vndan), concedant.

(z) fylkia.] C. fylgia, id. *Inſigne exemplum ſubſtituendi* g *pro* k, *nam* fylgia ſequi *denotat.*

(a) munu ver.] E. P. mun ek, inſequar.

(æ) nordr eda ſudr.] C. M. út eda ſudr, id. G. auſtr eda veſtr, orientem ſiue occidentem verſus.

(b) nokkuru.] E. Chh. nockut.

(c) þetta ſem nú hefi ek heitit.] E. P. þetta fyrir ydr, hoc veſtrâ cauſſa fecero. G. annat fyrir ydur ord, ego aliud rogatu veſtro faciam.

(d) allra þeirra naudſyn.] C. E. G. M. P. í allra þ. þorf.

Cap. CXLI.

A. C. 1012.

De Asgrimo & Gudmundo.

Atque in tabernaculum (e) venientes Gudmundum *Potentem* animaduertunt sedentem (f), & cum Einare Konalis filio alumno suo, qui vir (g) sapiens erat, verba conferentem; (h) seque mox illi sistunt. Excepit eos Gudmundus amicissimè, locumque in tabernaculo, vt considere possent omnes, euacuandum curat. (i) Res nouas inter se percontantur. Asgrimus infit: (k) Nihil est quod negotium mussem; volumus a te, Gudmunde, opem petere p. 229. praesentem. Is quaerit: Numquos ante magnatum accessistis? Conuentos a se Skaptium Thoroddi filium & Snorrium *Pontificem* ajunt, simul eum (l) secretò edocentes, qualem se vterque horum praebuisset. Tunc Gudmundus: (m) Paruâ me in vos nouissumè praebui virtute, vobisque tum difficilis exoratu fui; sed quò tunc eram (*) molestior, (n) eò citius me nunc expugnabitis: jam ego vobiscum judicium adibo simul omnibus meis curialibus, atque vos, (o) quod potero, adjuuabo; quin pro vobis acie decernam, si

---

(e) komo.] F. gengu, ingressi.

(f) á palli, in tabulato, *add.* F.

(g) vitr.] B. C. E. G. M. P. inn vitrasti, sapientissimus.

(h) innar (inn) í búdina ok, in partem tabernaculi interiorem ambulant, *inser.* G. C. E. M. P.

(i) tídinda.] B. almælltra tídinda, vulgares rumores.

(k) ekki þarf þetta á mútr at mæla. ver vilium Gudmundr.] C. E. M. P. til þess erum ver her komnir at bidia sc. Eâ gratia huc venimus, vt opem a te poscamus. || ekki — mæla, *absunt a* B. & Chh.

(l) allt í hliódi.] B. R. af hliódi, secr. doc.

(m) lítilmannliga.] E. lítiliga. K. lítilmótliga.

(*) erfidri.] C. E. G. M. P. torsóttari.

(n) skolut er — troda.] I. K. L. N. O. Q. S. F. skal ek — troda, B. C. E. G. M. P. sk. ek — travda, Fr. e. sk. ek — draga, eò minus nunc differam vos.

(o) slíkt er ek má.] F. um allt á þessu þingi, in omnibus rebus hôc comitiatu.

A. C. (p) ſi vel id res deſideraverit, veſtraeque ſalutis cauſſa periculum meae negli-
1012. gam. Skaptio autem ſic retaliabo, vt filium ejus Thorſteinem (q) Holmudum (*Bucconem*) adeſſe praelio cogam; hic enim non aliud quam quod ego velim, facere ſuſtinuerit, cum Iodiſam in matrimonio habeat filiam meam: ſic pugnam inter (r) nos dirimere Skaptius volet. Hic illi gratias perſoluebant; deinque ſecretò, nemine (s) aliorum auſcultante, diu communicabant. monuit Gudmundus ne plures magnatum ſupplices (*) accederent, id (t) puſilli eſſe animi teſtatus: ſed quas (addit) nunc opes habemus, his rem in caſum dabimus. vos cuncta forenſia negotia obitote armati; nec tamen, ſicut nunc res eſt, praeliô dimicatote. Poſt omnes egreſſi, tabernacula ſua repetunt. erat haec res paucis primùm (u) cognita; atque ſic dies comitiorum aliquot praeterierunt.

Cap. CXLII.

De conſtituendis actionibus.

Quodam die ad *juriſdicundi rupem* itum eſt, eaque fuit magnátum diſpoſitio, vt Aſgrimus Ellidagrimi filius, Gizurr *Albus*, Gudmundus *Potens* & Snorrius *Pontifex* ad rupem judicialem ſuprà, Oſtfiördenſes verò infrà adſiſterent. Mördus Valgardi filius ſocero Gizuri adſtitit; quem, qui eſſet longè omnium diſer-

(p) þótt þeſs þorfi.] G. ef þeſs þarf, ſi hoc res &c.

(q) holmvdr.] F. holmvnr.

(r) vilia ſkilia oſs.] F. tilfara at ſkilia oſs, nos diremtum accedet. || E. P. eigi vilia ſkilia vid oſs, ſic Scapt. nos deſerere noluerit.

(s) heyrdv adrir menn.] C. E. G. M. P. viſſu adr. m. til (hvat þeir taulodo *add.* G.) al. conſciente (quid colloquerentur).

(*) fára.] Fragm. e. gánga.

(t) lítilmannligt.] E. karmannligt, invalidorum hominum eſſe. P. karlmannligt, virorum eſſe (viris dignum) *ſc. non ſupplicare magnatibus.*

(u) viti.] B. C. R. M. vitordi.

(v) disertissimus, causam homicidii Gizurr edere jussit, tamque elatè (x) proloqui, vt clare (y) exaudiri posset. Mördus igitur nominatis testibus, *Vos antestor* (inquit) *quod ego Flosium Thordi filium aggressionis* (z) *lege definitae reum denuntio, quod is Helgium Nialsonium inuasit, eique vulnus (vel) in cauum corporis* (*) *vel in medullam* (a) *intulit, quod letale factum, & vnde mortem accipiebat Helgius. dico* (æ) *illum hoc de crimine esse hominem exilio damnandum,* (b) *non alendum, non vehendum, nihil omnino saluti ejus consulendum. dico* (*) *omnia* (c) *bona* (d) *illus commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus proscripti capere competit ex lege. denuntio hanc* (e) *homicidii causam* (f) *in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam:* (g) *denuntio legitima formulâ: denuntio sic vt exaudiri possit ad jurisdciundi rupem: denuntio accusationem hac aestate (peragendam), absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium. denuutio causam a Thorgeire Thoreris filio (mihi) delegatam.* (*) Fit ad jurisdicundi rupem accla-

A. C. 1012.

p. 230.

(v) málsniallaztr.] C. M. Fragm. e. sniallmælltaztr.

(x) mæla.] B. tala.

(y) heyra.] B. C. E. M. P. skilia, intelligi.

(z) laugmætv.] B. E. F. I. K. L. N. O. Q. S. Fr. e. *plerumque legunt*, lögmælltv, id.

(*) eda hæilvndarsár, aut in cerebrum, *inserit* Fragm. e.

(a) eda helvndarsár, aut vulnus mortiferum, *inserunt* Reg.

(æ) hann.] C. E. G. M. P. Fr. e. þik, te (Flosi *sc.*) *Sed mox* mann, *hic & infra nesciunt.*

(b) úalanda.] B. úælan, id. C. úhælanda, non tecto recipiendum.

(*) allt.] Q. hálft, dimidia. *malè. sed* O. *nescit* allt.

(c) sekt fe.] E. P. *semper*, sektafe, dico integrum multae tuae (l. pecuniae qua multaberis) semissem mihi competere.

(d) hans.] C. E. G. M. P. Fr. e. þitt, tua. *& mox tamen legunt* eptir hann (illius).

(e) vígsauk.] E. F. P. sauk, causam.

(f) til fiórdúngsdóms þess.] E. P. í fiórdúngsdóm þann, id.

(g) lysi — laugbergi, *nesciunt* Q. S.

(*) var gerr.] Fragm. e. vard.

A. C. acclamatio (h) magna, quod (i) Mördus bellè disertèque diceret. Rursus
1012. idem sic (k) infit: *Vos antestor, quod ego in Flosium Thordi filium crimen denuntio,* (l) *deferens eum* (m) *vulnere (vel) in viscera* (n) *vel in cerebrum) vel medullam inflicto Helgium Nialsonium sauciasse*, (o) *vulnere* (inquam) *quod letale factum & vnde mortem acceperit Helgius* (p) *eo in loco, vbi Flosius Thordi filius aggressione lege definita Helgium Nialsonium prior impetiuerat. dico te, Flosi, hoc de crimine esse hominem exilio damnandum, non alendum, non vehendum*, (q) *nihil omninò saluti tuae consulendum. dico omnia bona tua commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona tua proscripti capere competit ex lege. denuntio causam hanc in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam: denuntio legitimâ formulâ: denuntio sic vt exaudiri possit ad jurisdicundi rupem: denuntio accusationem hac aestate (peragendam), absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium: denuntio causam a Thorgeire Thoreris filio (mihi) delegatam.* Dein adsedit Mördus: qui

---

(h) mikill.] G. gódr, bona (laudatoria).

(i) Merdi mælltiz.] B. Fr. e. Mørdr hefdi talat, — dixisset.

(k) tók til ordz.] B. C. E. G. M. P. Fragm. e. tók til máls, id.

(l) lysi ek er.] id. um þat er, propterea quod is — sauciauit. || K. *legit* at *pro* er. *sed* O. lysi ek, *excludit.*

(m) holvndarsári — Þórissonar.] Q. ok lysi nú øllum sømu ordum sem fyrr. ok qvadz lysa at løgbergi í heyranda hliódi. atque nunc omnibus eisdem verbis denuntio, ac modò: seque ad jurisdicundi rupem denuntiare, sic vt exaudiri posset, dictitauit. *malè.*

(n) eda heilvndarsári, *inserit* G. & Fragm. e.

(o) sári, *non repetunt* I. L. N. O. S.

(p) þeim vetvángi.] C. M. þeim vættvángi. B. G. þeim vetfángi (vettfángi). E. P. I. K. L. N. O. S. því vettfángi (vetfángi). *Quae omnia, quod ad sensum, eòdem redeunt.*

(q) úradanda.] F. verianda, prohibendum omnibus rebus, quibus saluti tuae consulitur.

qui dum perorabat, Flosius attentè auscultans, (r) nullam miserat vocem. A. C.
(Hic) surrexit Thorgeirr Skorargeirr, & nominatis testibus, *Vos antestor* (inquit) 1012.
me crimen aduersus Glumum Hillderis filium denuntiare, propterea quod ignem adhibito fomite suscitauit & testis Bergthorshvalensibus intulit, quum socii illius Nialem Thorgeiris filium & Bergthoram Skarphedinis gnatam, caeterosque omnes, qui illic (s) *incendio aedium perierunt, exurerent. ajo illum hac de causa esse hominem exilio damnandum; non alendum, non vehendum, nihil omninò saluti ejus consulendum. ajo omnia bona illius commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona illius proscripti capere competit ex lege denuntio* (t) *causam hanc* (u) *in eo prouinciali judicio, in quod ea legitimè produci debet, judicandam: denuntio (legitimè),* (v) *sic vt exaudiri possit* (x) *ad jurisdicundi rupem. denuntio crimen hac aestate agendum, proscriptionemque absolutam in Glumum Hillderis filium.* Karius Sölmundi filius Kolo Thorsteinis, Gunnari Lambii & Granio Gunnaris filio crimen intendebat; illiusque (y) eloquentia vt (z) mirabilis vulgò praedicabatur. Thorleifus Krakus vniuersis Sigfussoniis; Thor- p. 231.
grimus *Magnus* frater illius Modolfo Ketilis, Lambio Sigurdi & Hroari Hamundi filio, qui Leidolfi *Robusti* frater; Asgrimus verò Ellidagrimi f. Leidolfo, Thorsteini (a) Geirleifi, Arnio Koli filio, Grimoque *Ruffo* dicam im-

 pege-

(r) mællti ekki ord.] Q. m. ecki, nihil loquebatur.

(s) brvnnv inni.] B. C. E. G. M. P. Fr. e. letvzt, perierunt.

(t) savk.] E. P. handsavk.

(u) til fiórdúngsdóms þess.] *Rursus* lid. & I. L. N. O. Q. S. í fiórdúngsdóm þann.

(v) í heyranda.] B. at heyranda.

(x) at lavgbergi.] F. sva at dómendr heyri vm dóm þveran, (&) ita, vt judices per transuersum judicium auscultare possint. *Sed haec ad formulam denuntiandi criminis non pertinent, neque dum constitutum erat judicium*

(y) mælltiz.] K. L. taladizt.

(z) fordvliga vel.] O. fordv vel. B. forkvnnar vel, perinsignis. E. F. P. vel, eloqu. vulgò praed.

(a) Geirleifsson.] B. G. Fr. e. Geirólfsson.

A. C. pegerunt; omnesque dixerunt (æ) eloquenter. denique ſuas alii (b) cauſas
1012. ediderunt: & cum inter haec multum diei proceſſiſſet, in tabernacula redibatur. Eyiolfus Böluerki filius tabernaculum Floſii adiit, hique ad latus tabernaculi orientale ſeceſſerunt; hìc Floſius ab Eyiolfo quaerit: Ecquam his in cauſis vides exceptionem? Nullam, inquit Eyiolfus. Floſius porrò: Quid igitur nunc remedii? (c) At ego tibi, reſpondit Eyiolfus, conſilium aliquod ſuggeram: nunc cenſeo (d) deponas tuum pontificatum (e) tradasque (f) Thorgeiri fratri tuo; te autem curiae (g) Aſkelis pontificis (h) filii Thorketilis ex Reykiadalo boreali, addicas: quod ſi neſciunt aduerſarii, fieri poteſt, hoc vt iis euadat in damnum: nam in Oſtfiördenſium judicio (i) agent, (k) ſed in jure Nordlandorum id facere deberent (l); atque hanc rem ſine dubio delinquent: tumque in illos crimen competit in judicio quinto agendum, ſi in alio, quam (m) fieri oportet, judicio accuſauerint; (n) quam nos quidem actio-

(æ) vel.] F. forkunnar vel, inſigni eloquentia.

(b) ſøkvm.] E. K. P. ſóknum, accuſationes.

(c) til mvn ek leggia eitthvert rád med þer] B. C. G. M. P. Fr. e. Nú er úr vøndu at ráda. en þó mvn ek til leggia nøkkut rád enn med ydr, Nunc quidem res explicatu difficilis eſt; ſed tamen egò vobis adhoc aliquod conſilium ſuggeram.

(d) ſelia af høndvm — þínvm.] O. ſenda eptir Þorgilſi bródr þínum ok ſelia af hendi godord þitt honvm, arceſſas fratrem tuum Thorgilſem, tradasque Pontificatum tuum illi.

(e) ok.] G. *ſupplet* ok fá.

(f) Þorgilſi.] F. Þorgeiri. *quod rectius: conf. Cap. XCVI. p.* 318.

(g) Aſkatli.] E. P. Aſláki.

(h) Þorketilsſyni.] *Rectius forte* Þorſteinsſyni, *nam ille Aſkell videtur fuiſſe nepos Aſkelis Pontificis Eyuindi filii, patris Thorſteinis & Vigaſkutae. Conf. Landnamab. p.* 262.

(i) málit, cauſam, *add.* F. *Poſt* ſækia.

(k) en.] S. er, vbi. K. þar, cum. || en — ſækia, *omittit* O.

(l) þá, tum (alias, *cum tu ſc. ad curiam Aſkelis pertines.*) *addit* F.

(m) vera.] Id. ſækia, inſtrui.

(n) þá ſavk.] Id. þat mál.

actionem, ſed cum (o) nihil aliud reliqui erit, mouebimus. Hic Floſius: Poteſt vt armilla nobis compenſetur. De hoc dubito quidem, ait Eyioſus; ſed quoad jus permittit, vobis adero, adeò vt nihil ſuprà (p) exſpectandum vulgò dictitent. jam verò Aſkelem qui acciat mittatur; Thorgeirr quoque & vnus cum eo teſtis mox ad te veniat cenſeo. Breui poſt aduenit eò Thorgeirr, Pontificatumque mancipio accepit: tum quoque interuenit (q) Aſkell, ſtatimque ejus curiae Floſius nomen dedit: quae res initiô haud (r) pluribus quam teſtibus noteſcebat. (s) dein (t) quieuerunt omnia, donec judicium erat conſtituendum. A. C. 1012.

CAP. CXLIII.

Hic in judicium itur.

Veniente jam conſtituendi judicii die. pars vtraque ſe comparauit, & armati, ſuis vtrique bellica inſignia 1) galeis (u) impoſuêre. Thorhallus Aſgrimi filius ait: Nequid, mi pater, (v) admodum praecipites agite, ſed omnia rectè atque ordine curate. quod ſi quid difficilius vobis accidet, me quam citiſſimè reddite certiorem; & dabo vobis conſilium. Aſgrimo & ſuis eum intuentibus, p.232.

(o) ſíðazta.] C. G. efzta, id.

(p) vón.] E. P. koſtr, poſſe.

(q) Aſkell.] I. L. N. O. Q. S. Aſketill.

(r) á fleiri.] Iid. at fleiri.

(s) *Reliqua capitis neſciunt* Iid.

(t) kyrt.] F. kyrt þingit, placida erant comitia.

(u) gerðv.] P. høfðu gert, impoſuerant.

(v) allæſtir.] B. E. allæſtan. R. allgeyſtan. P. hart, acriter.

1) *Vtrum haec fuerint* criſtae, *aut talia quae ſigna, parum conſtat: Videntur autem vel eò adhibita, vti pars vtraque ſuos ab aduerſariis dignoſceret; vel etiam galeis imponi ſemper ſolita fuiſſe, quoties pugnandum erat, alias nunquam aut ſaltim rarò, quamquam galeis vterentur: adeòque hic, vt inſolitae rei, cum in jus, & non ad praelium, iretur, vbi pax & juſtitia erant obſeruanda, ſignorum iſtorum notata impoſitio.* Caeterùm pro herkuml *praefert* O. hervel *(quaſi)* rotulas militares, *quod tamen ex altero corruptum videtur.*

A. C. bus, facies (x) adspectu similis erat sanguini, magna quasi grandine ex ocu-
1012. lis emicante. Iussit adferri sibi hastam, quam ei Skarphedinn dederat, telum quam (y) pretiosissimum. Cum digrediebantur, infit Asgrimus: Non erat bono animo filius (meus) Thorhallus cum in tabernaculo remansit, neque ego, quid (z) inceptet, video. nunc verò nos, addit, (a) Mördum Valgardi filium adibimus, & (æ) omnibus aliis rebus posthabitis, homicidii agemus; victi enim Flosii, quam complurium aliorum, majus praemium est. Tum ad Gizurem *Album*, Hialltium Skeggii filium & Gudmundum *Potentem* mittit. conueniunt mox omnes, & ad judicium Ostfiördense continuò aggressi, sese ad partem judicii meridianam sistunt 2). Flosius verò ad borealem accedit, simulque illo omnes Ofiördenses: hìc & Reykdalienses atque Exfiördenses (b) Flosio praestò aderant, hìc quoque Eyiolfus Böluerki filius. Cui admoto capite Flosius: Hic bellè agitur, (c) fierique potest, vti res non longè abeat a conjectura tua. At hoc tacitè habeas, inquit Eyiolfus, nam eò redierit res, vti (d) hoc nostros in vsus conuertamus. Mördus compellatis sibi

(x) í blód sæi.] C. E. G. P. á blód sæi.

(y) in mesta.] C. en mesti.

(z) til.] F. nú ráda, nunc consilii ineat.

(a) til Mardar Valgardzsonar.] B. C. E. R. M. P. til med Merdi Valgardzsyni, cum Mördo V. filio vnà judicium adib.

(æ) sem ekki se annat.] C. E. R. P. fyst sem &c. nunc primùm omnib. *Tamen* G. *pro* annat *legit* í ordit, nullam in eo culpam esse simulemus: *quae vix huc.*

(b) ok Liósvætníngar, *inserunt* C. M.

(c) ok kann vera at eigi.] F. sagdi han. búda eigi, inquit; forsitan res non &c. *Vbi* búda *pro* búd at *capio.*

(d) þess at neyta.] B. þurfa þess &c. hac re in nostr. vs. vertenda opus habeamus. C. E. R. M. P. þurfa til þess (þessa) at taka, hac exceptione adhibenda opus habeamus.

2) *Nunc quartùm & vltimùm in hoc libro dicitur actor ad meridionalem, reus autem ad borealem judicii partem adstitisse: vnde probabiliter concludi posset, eam veteribus Islandis consuetudinem, si non legem, agendis in causis fuisse obseruatam.* Conf. *supra* Cap. *LVI. LXXIV. & CXXII.*

ſibi teſtibus, iis omnibus quîs in judicio (e) exilii fuit anquirendum, conditionem obtulit ſortiendi, qui ſuam cauſam primus (f) ageret orar etve, qui deinceps, aut qui vltimus; quam conditionem ſolenni formulâ, vt exaudirent judices, in jure obtulit. ductis autem orandarum cauſarum ſortibus, ipſi ſuam primùm orare contigit. Itaque teſtibus rurſus appellatis, *Vos anteſtor*, (g) inquit, *quod omnes in* (h) *enarranda hac cauſa errores excipio* (*verbales*), *ſiue plus ſiue minus, quam oportet, dixero; mihi jus eſſe poſtulo omnia* (i) *emendandi verba mea*, (k) *quouſque ad* (l) *juſtas formulas ea redegero.* (m) *hos mihi* (*hac de re*) *teſtes nomino.* Porrò idem: *Vos* (n) *anteſtor, quod ego Floſium Thordi filium, aliumve hominem, qui legitimè mandata* (o) *cauſae defenſione pro illo fungitur, inuito, vt audiat jusjurandum meum,* (p) *cauſae a me ſuſceptae expoſitionem, omnesque, quas adverſus illum* (q) *proferre cogito, auctoritates: inuito eum ſolemni formula in jure, judicibus per tranſuerſum judicium exaudientibus.* (r) Tum Mördus Valgardi filius: *Vos ego hac de* A. C. 1012.

 re

(e) ſkóggángsſakir.] E. P. ſkógſakir, id.

(f) ſækia eda fram ſegia.] P. fram leida eda ſækia, produceret, ageretue.

(g) ok mællti, *add.* E. P. *poſt* ſinn.

(h) málinv.] Iid. máli mínv, in ſermone meo (accidentes).

(i) retting.] C. M. leidretting.

(k) vnz.] E. P. medan, dum.

(l) rettra laga.] B. laga, legis normam.

(m) nefni ek mer þeſſa vátta.] F. Vil ek eigi horſinn vera máli þótt ek gánga frá dómum vitna at leita edr annarra gagna. nefni ek mer þeſſa vátta. edr þeim ødrum er nióta edr neyta þurfu þeſſa vættis. Nolo cenſeri cauſam deſeruiſſe, quamquam a judicio abeam ad petendos teſtes aut alia inſtrumenta. Hos teſtes nomino mihi, aut aliis, qui hoc teſtimonio frui ſiue vti habuerint opus.

(n) vætti.] G. *ſemper*, vitni.

(o) ſavkvørn.] C. E. G. M. P. løgvørn, defenſione judiciali.

(p) ſakar.] E. P. ſóknar, accuſationis.

(q) færa.] G. bera.

(r) *Sequentia vsque ad haec verba* ádr enn vætti bæri (*infra pag. T. 234.*) *ita breuiter narrat* F. Sídan vann han eid. þá ſagdi han fram ſøkina yfir høfdi þeim manni er Jón heitir. han ſkylldi reifa málit

A. C. *re anteſtor, quod jusjurandum libró tactó legitimum (jusjurandum) praeſto:*
1012. *Deoque hoc* (s) *profiteor me cauſam haue quàm ſcio veriſſimè* (t), *rectiſſimè ac legi conuenientiſſimè acturum,* (u) *omniaque juſta forenſia, donec* (v) *hoc*
p. 233. *negotio fungor, obiturum & exſecuturum.* Dein hunc in modum loquitur: *Teſtem appellaui Thoroddum & alterum Thorbiörnem, hac de re anteſtatus, quod ego denuntiarem Floſium Thordi filium lege definitam feciſſe aggreſſionem eo in loco, vbi Floſius Thordi filius aggreſſurá violenta Helgium Nialſonium impetiuit, & (vbi Floſius Thordi filius Helgium Nialſonium) vulnere vel in cauum corporis vel in medullam inflictó ſauciabat, quod letale factum & vnde mortem acciperet Helgius. dixi illum hoc de crimine eſſe hominem exilio damnandum, non alendum, non vehendum, nihil omnino ſaluti ejus conſulendum. dixi omnia bona illius commiſſa, dimidia mihi, dimidia* (x) *prouincialibus iis, quibus proſcrip-*

---

málit eptir. þá let han bera lyſíngarvitni edr vætti. þá let han bera ſakartaukuvetti. ok øllum váttum let han eida fylgia. ok aull vætti let han ſveria eida ádr en vætti &c. Deinde (Mördus) jusjurandum praeſtitit. tum crimen enarrauit ſuper capite illius hominis, qui *Iohannes* appellatur, qui poſteà recitare debuit accuſationem. tum de crimine ſolemniter manifeſtato teſtimonia ſ. teſtes produxit, tum de ſuſcepta a ſe accuſatione (teſtes induxit), omniaque teſtimonia jurejurando muniri, omnesque teſtes, antequam teſtificarentur, jurare fecit.

(s) ſegi ek.] I. K. L. N. O. Q. S. ſver ek, juro.

(t) fyrir Gudi, Deo judice, *inſerit* B. *poſt* ſannazt.

(u) aull — ſkil frammi hafa ok af hendi inna.] E. P. øll (allt) — ſkik (ſkick) af hendi hinna beſtv manna, omnesque legitimos agendi modos (omnem legitimum ag. modum) ab optimatibus viris profectos (profectum) eſſe ſecuturum: *vel,* ab opt. vir. petam (*eos conſulendo*). *ſed corruptus videtur hic locus.*

(v) at þeſſv máli.] C. E. G. M. P. á þeſſu þíngi, in hoc foro verſor.

(x) fiórdúngsmønnom þeim.] E. mønnvm þeim, iis hominibus (ciuibus). P. þeim, iis, qui &c.

proscripti illius bona capere competeret ex lege. (*) denuntiaui hanc causam in eo judicio prouinciali, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam: denuntiaui legitima formulâ: denuntiaui sic vt exaudiri posset ad jurisdicundi rupem: denuntiaui accusationem hac aestate (peragendam), absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium: denuntiaui causam (mihi) a Thorgeire Thoreris filio mandatam. adhibui omnia illa verba (eandem formulam) in edendo, quibus (quâ) nunc in enarrando crimine sum vsus. refero hoc exilii crimen (y) *in judicio Ostfiördensium super capite* Iohannis 3), *ita comparatum, vti, cum (illud) edebam, pronuntiaui.* (z) Tum Mördus: *Testem appellaui Thoroddum & alterum Thorbiörnem,*

A. C. 1012.

(*) *Sequentia vsque ad haec* Enn nefndi M. *pag. Text. impr.* 234 *lin.* 6 *a fine, excludit.* O.

(y) í Avstfirdíngadóm.] E. P. í Avstfirdíngadómi.

(z) *Hic inserunt* D. E. G. P. Mørdr mællti. Þórodd nefnda ek í vætti. annan Þorbiørn. nefnda ek í þat vætti at ek lysta savk á hønd Flosa Þórdarsyni vm þat er hann særdi Helga Niálsson holundarsári eda heilvndarsári eda mergundarsári. því (sári) er at ben gerdizt. en Helgi fekk bana af á þeim vetvángi (því vetfángi E. P.) er Flosi Þórdarson hlióp til Helga Niálsonar løgmætv (løgmælltu) frumhlaupi ádr. talda ek hann eiga (ætti at eiga E. P.) at verda vm sauk þá sekian skógarmann: úalanda. úferianda. úrádanda ollum biargrádum. talda ek sekt fe (segtafe E. P.) hans allt. hálft mer. enn hálft fiórdúngsmønnum þeim sem sektarfe áttv at taka eptir hann at løgum. lysta ek til fiórdúngsdóms þess er savkin á í at koma at løgvm. lysta ek løglysíng. lysta ek í heyranda hliódi at løgbergi. lysta ek nú til sóknar i sumar ok til fullrar sektar á hønd Flosa Þórdarsyni. lysta ek handselldri søk Þórgeirs Þórissonar. hafda ek þau ord aull í lysíngv minni sem nú hafda ek í framsaugu sakar minnar. segi ek sva skapada skóggángssauk þessa fram í Austfirdíngadóm yfir * høfdi Jóni. sem ek qvad at þá at (er) ek lysta. *Hanc formulam latinè redditam Interpretationi Textus inferendam eò censui, quod tam in enarrando crimine, quam in denuntiando nouâ formulâ de vulneribus accusari oportuit: tametsi postea in codice* U. Grágás *titulo de Homicidiis Cap.* XXI. *permissum, vt vnica formula de adgressione violenta & vulneribus intenderetur.* * høfdi *omittunt* E. P.

3) yfir høfdi Jóni.] *Hic nomen certum pro incerto positum; quemadmodum in Iure*

A. C. *biörnem, hac de re antestatus, quod ego denuntiarem crimen in Flosium Thordi*
1012 *filium, propterea quod is Helgium Nialsonium vulnere (vel) in cauum corporis, vel in cerebrum, vel in medullam inflicto sauciauit, vulnere* (inquam) *quod letale factum & vnde mortem acciperet Helgius in loco eodem, quô Flosius Thordi filius aggressione lege definita Helgium Nialsonium prior impetiuerat. dixi eum hoc de crimine esse hominem exilio damnandum, non alendum, non vehendum, nihil omninò saluti ejus consulendum. dixi omnia bona illius commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus proscripti capere competeret ex lege. denuntiaui causam hanc in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus debet, judicandam: denuntiaui legitimâ formulâ: denuntiaui sic vt exaudiri posset ad jurisdicundi rupem: denuntiaui accusationem hac aestate (peragendam), absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium. adhibui omnia illa verba in edendo, quibus nunc in enarrando crimine sum vsus. refero hoc exilii crimen in judicio Ostfiördensium super capite* Iohannis, *ita comparatum, vti, cum (illud) edebam, pronuntiaui.* Hic testes editae (*ad Idi. rupem*) a Mördo causae judicium adeunt, alter testimonium proloquitur, ambo (a) consentiunt, formulâ hoc modo concepta: *Antestabatur Mördus Thoroddum ac me alterum, qui Thorbiörn nominor*, moxque nomen patris sui est elocutus; *antestabatur nos eâ de re (Mördus) quod Flosium Thordi filium aggressionis lege definitae reum denun-*

(a) gvlldv samqvædi.] G. atqvædi ok samhykki, iisdem verbis consent.

Iure Ecclesiastico Arnaeano, Cap. I. p. 6. in formula baptismi, Jón *eda* Gudrún, *pro quocumque alio nomine masculo & muliebri. Ille autem, super cujus capite solebat & debuit enarrari causa, vnus judicum erat, & qui, postquam actor & defensor perorauerant, omnia ab actore prolata recitare debuit. caeterùm exponebatur causa super capite judicis ab actore, siue pone illum adstante siue manus capiti ejus imponente, eâ gratiâ, vt ille hôc attentiùs verba dicentis hauriret, atque memoriter teneret. Haec colligi possunt ex* Grágás *Tit. de forma judic. cap.* 12. 21. 23. *cum Capite CXLV. (p. Text. impr.* 243. *lin.* 4.) *collatis.*

denuntiaret, eò quod Helgium Nialsonium impetiuerat (æ) *eodem in loco, vbi* A. C.
Flosius Thordi filius vulnus (*vel*) *in viscera vel medullam Helgio Nialsonio* 1012.
infligebat, quod letale extitit & vnde mortem accepit Helgius. dixit Flosium eo de crimine esse hominem exiliô damnandum, non alendum, non vehendum, nihil omnino saluti ejus consulendum. dixit omnia bona illius commissa, dimidia sibi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus proscripti capere competeret ex lege: denuntiauit causam in eo prouinciali judicio, in quod ea deduci ex legibus deberet, judicandam: denuntiauit solemni formulâ: denuntiauit sic vt exaudiri posset ad jurisdicundi rupem: denuntiauit accusationem hac aestate (*peragendam*), *absolutamque proscriptionem in Flosium Thordi filium: denuntiauit causam a Thorgeire Thoreris filio* (*sibi*) *mandatam. adhibuit omnia illa verba in edendo, quibus in enarrando crimine suo est vsus, quibusque nos in dicendo testimonio vtimur. nunc nos rectè perhibuimus testimonium nostrum,* (b) *vnumque & idem* p. 234.
sentimus; atque hoc (c) *testimonium in judicio Ostfiördensium tali tenore, quali Mördus, cum causam ederet, pronuntiauit* (*postulauit*), *super* (d) *capite* Iohannis *ferimus.* Mox alterum de edita causa testimonium in jure dixerunt, *primò vulnus, dein aggressionem* nominantes, omnibusque (e) iisdem verbis,

(æ) *Hic puncto distinguit* G. & *sequentia vsque ad* ok ver høfvm, *hoc modo effert:* Med sømvm ordum øllum mælltu vóttar Mardar nú enn sem tysvar ádr hafdi Mørdr mællt. sva segiandi. at hán lysti handselldri sauk Þórgeirs Þórissonar. hafdi han þau øll ord i lysíngu sinni. søgdu þeir. sem han hafdi ádr í framsøgu sóknar sinnar ok vid høfum &c. Omnibus iisdem verbis nunc (porrò) loquebantur testes Mördi, atque modò bis dixerat Mördus; ita dicentes: eum causam a Thorgeire Thoreris filio mandatam edidisse. Omnibus iisdem verbis vtebatur ille in denuntiatione sua, inquiebant, quae modò in exponenda accusatione adhibuit, quibusque nos in testim. &c.

(b) á eitt sáttir.] C. E. G. M. P. bádir á eitt (ord *add.* E. P.) sáttir, ambo idem de eadem re sent.

(c) vætti.] Iid. Lysíngarvætti (vitni), de denuntiato (*s.* edito) crimine testim.

(d) høfdi *omittit* B.

(e) ødrum, aliis, *rectè inserunt* B. C. G. *idemque in Textu subauditur.*

A. C. ac supra, vsi, hocce testimonium de editione criminis, quemadmodum etiam
1012. Mördus cum illud ederet pronuntiauerat, in judicio Ostfiördensium tulerunt. Tum testes accusationis a Mördo susceptae in jus prodeunt, alter testimonium recitat, amboque (f) consentiunt, (g) verbis hoc modô conceptis: *Sese a Mördo Valgardi filio ac Thorgeire Thoreris filio vocatos esse testes ejus rei, quod Thorgeirr Thoreris filius causam homicidii, sc. de caede Helgii Nialsonii, contra Flosium Thordi filium Mördo Valgardi filio mandaret: mandauit iste* (ajebant) *huic eam causam simul cum omnibus, quae ad accusationem ejus criminis jure pertinuerunt, instrumentis; mandauit vt ageret, ac decideret de ea, perindeque omnibus, quasi actor esset principalis, auctoritatibus vteretur: mandauit Thorgeirr* (h) *ex lege, Mördusque ex lege suscepit.* (i) Tale de mandata & suscepta actione, quale etiam Thorgeirr & Mördus iis denuntiauerant, in judicio Ostfiördensium super capite *Johannis* testimonium tulerunt. Omnes autem testes (k), ante quam testimonium dicerent, (l) jurare jubebantur: itidem & judices. Porrò Mördus Valgardi filius testes appellauit: *Vos anteftor*, inquit, *quod illos IX. cognitores, quibus* (testimonium) *de causa in Flosium Thordi filium a me* (m) *enarrata* (incepta) *denuntiaui, in ripa amnica* 4) *occidentem versus adsidere inuito, reumque ad* (n) *destruendum eos;*

(f) samqvædi.] G. samþykki.

(g) kvádu — at ordi.] B. komz — at ordi.

(h) med.] E. P. *vtrobique*, at.

(i) skapat.] B. skapada, E. P. fellda, *vtrique genere foeminino, quasi* vætti *sit ejusdem generis, quod nunquam ante comperi.*

(k) sina, sui, *add.* B. C. E. M. P.

(l) sveria.] C. M. vinna, jusjurandum praestare.

(m) høfdada.] F. hafda, suscepta. E. P. handsalada, G. handsellda. *vitiose, nisi hoc verbum, quod alias* in manum tradere *denotat, hic sit* in manum accipere ɔ: suscipere; *quemadmodum* svara, respondere *(defendere)* & agere *(postulare) significat.*

(n) rydníngar.] C. E. M. P. ryttíngar, corrigendum. || *Mox iid.* qvid *pro* qvidbyrd.

(4) *Nimirum actor & certum in locum euocatos suos congregare, &, quod mox vides, reo ad illos rejiciendos prouocato eundem locum indicare debuit: quod colligere datur ex* Grág. *Tit. de form. Iudic. cap.* 16 & 17.

eos; inuito in jure ſolemni formulâ, ita vt exaudiant judices. Nominatis etiam A. C.
teſtibus: *Vos anteſtor,* (ait,) *quod ego Floſium Thordi filium, aliumve hominem,* 1012.
qui mandatam ab eo (o) *cauſſae dictionem recepit, inuito, vt, quos ego cogni-*
tores in ripa amnica occidentem verſus conſidere feci, deſtruat; inuito in jure
ſolemni formulâ, ſic vt exaudiant judices. Compellatis (p) etiam teſtibus,
Anteſtor (q) inquit), *quod jam omnia primaria, quae hanc ad rem jure*
pertinent, allata ſint argumenta; inuitatus reus ad (audiendum) jusjurandum,
praeſtitum jusjurandum, enarrata cauſa, (r) *producta de edito crimine teſti-*
monia, producta de ſuſcepta actione teſtimonia, inuitati ad ſedendum cognitores,
inuitatus reus ad deſtruendum euocatos. hi mihi teſtes ſunto de iis, quae jam
(s) *productae ſunt, auctoritatibus, & etiam de hoc, quod ego cenſeri* (t) *cau-*
ſam deſeruiſſe nolo, quamquam a judicio (u) *petendorum inſtrumentorum aliorum-* p. 235.
ve negotiorum cauſſâ digrediar. Tunc Floſius cum ſuis eò accedit, vbi ſede-
bant cognitores, illisque loquitur: Sciunt, puto, Sigfuſſonii, quam legitimi
ſint hi cognitores, qui vt caedis loco proximè habitantes huc ſunt aduocati.
Ketill a Marka reſpondit: Vnus hìc eſt colonus, qui Mördum ſuſcepit
baptizandum, alter (v) *naturalis* ipſius cognatus eſt gradu tertio. tum gradus
cognationis computarunt, & jurejurando confirmarunt. Eyiolfus primò, teſtes
nominans, euocatos ad eum finem ſedere juſſit, quoad rejicerentur: mox,

(o) ſavkvørn.] C. E. M. P. løgvørn, legitimam defenſionem.

(p) Enn.] Iid. & G. Í annat (þridia) ſinn, iterum (tertiùm).

(q) ſagdi han, *interponunt* Iid.

(r) borit.] E. P. borin, *vtrobique.*

(s) fram komin. ok ſva at því at.] G. framborin eda framkomin. þvíat, prolatae ſ. prod. ſ. auctorit. neque enim ego &c.

(t) ſavk.] C. E. G. M. P. ſókn, accuſationem.

(u) gagna at leita eda annarra eyrinda.] G. at eyrendom minum eda annarra, meorum negotiorum cauſſa, aut aliorum (hominum).

(v) frændſymi.] F. frendſimis taulu, cognatione nat. computandâ.

A. C. testibus iterum compellatis, *Antestor*, inquit, *quod hos viros ambo*, quos 1012. ipsos & (x) patres eorum nominatim appellauit, (*) *consessu euocatorum remoueo, hac de causâ, quod alter eorum naturali cognatione Mördo junctus est gradu tertio, alter eâ spirituali conjunctione, quâ secundum leges destrui euocatus debet* 5) *: Vos igitur ob* (y) *legis causam inhabiles reddimini cognitores; jam enim ratione ex ipso jure legitimè deducta repudiati estis: rejicio vos* (z) *ex ipso jure comitiali ciuilique lege, rejicio vos ex caussâ mandati Flosii Thordi filii.* Hìc tota concio elisam Mördo formulam dictitare coepit, omnesque defensionem accusationi praeualere consentiebant. Asgrimus verò ad Mördum: Nondum (a) omnia vicerunt, quamquam sibi (æ) strenuè processisse videantur: sed nunc adeatur filius meus Thorhallus, quidque is (b) nobis suggerat, videamus. Itaque nuntius verax ad Thorhallum missus, (c) eum (d) quam planissimè, quò perducta res esset, edocuit; censere Flosium & suos

(x) fedr.] Id. frændr, cognatos.

(*) qvidbyrdinvm.] P. qvidvnni.

(y) laga sakir.] E. lags s. conjunctionem (necessitudinem).

(z) vr, *nesciunt* E. P.

(a) þeirra allt.] F. þetta allt, confecta est haec res.

(æ) fast.] Id. allvel, abundè benè.

(b) leggr til med oss.] G. segir til, hac de re dicat (censeat).

(c) ok sagdi — greiniligazt.] E. P. at segia honom sin vandrædi, ei nuntiatum dubia sua, (&) quò &c. || sagdi — qvidbyrdinn.] F. bidium vær at þu leggir til nokkut med oss, Oramus (inquit) tu vt nobis aliquid (consilii) suggeras.

(d) sem greiniligazt hvar.] C. M. G. vandliga frá hv. accuratè, —, docuit.

5) *Hac de re in* Grâgâs *loco citato constitutum est in hanc sententiam: Si quis euocatos propter cognationem eorum cum actore l. reo destruat, excedere consessu debent* consobrinorum filius *& illi tres proximae adfinitatis homines*, vitricus *l.* priuignus, socer *l.* gener, *&* sororius. — *Propter cognationem spiritualem triplici ratione rejici potest euocatus, si actorem l. reum (& v. v.) in* baptismo *aut* in prima signatione susceperit, *aut ab* episcopo confirmandum.

ſuos, cognitores a ſe (e) inhabiles eſſe redditos. At ego (inquit Thorhallus) A. C.
id efficiam, vt hoc nullum in damnum euadat cauſae veſtrae, atque (f) dic 1012.
tuis, ne credant, ſi falſâ juris interpretatione aduerſus eos agatur; jam enim
conſultus ille Eyiolfus offendit: quare (g) ad tuos quam citiſſimè abito,
nuntiatoque, Mördus Valgardi filius judicium adeat, cognitorumque irritam
eſſe rejectionem anteſtetur. & quâ porrò ratione procederetur, (h) articula-
tim praecipit. reuerſusque nuntius a Thorhallo ſuggeſta memorat. Tunc
Mördus Valgardi filius judicium acceſſit, teſtibusque vocatis, *Vos anteſtor*, ait,
quod ego refutationem (*cognitorum*) *judicialem ab Eyiolfo Bölverki filio factam
perimo, atque hanc cauſam adfero, quod ille non ad* (i) *perſonam princi-
palem, ſed ad eum, qui actionem* (k) *obit, eos rejiciebat* 6): *hi mihi, teſtes
ſunto, illive, qui horum teſtimonio opus habuerit.* Deinde iisdem teſtibus in
judicio productis, eò, vbi ſedebant cognitores, aggreſſus, (l) illos qui ſur-
rexerant, conſidere jubet, idoneos eſſe qui cognitores producerentur, adſerens.
Hìc omnes Thorhalli operâ multum effectum praedicare, vulgòque repli-
catio putari exceptione major. Floſius verò ad Eyiolfum: Credis hoc jus
eſſe? Credo equidem, ait hic, & ſanè nos errauimus: verùmtamen hanc p. 236.

 rem

(e) únytt.] C. E. F. I. K. L. M. N. O. P. Q. S. unnit, id. *Mox* E. F. P. qvidinn *pro* qvidbordinn. || *Hìc deeſt vnum folium in* B.

(f) ſegir.] *Alii*, ſeg. Segir, *ſecunda Indic. praeſ.* dicis; *fortè fuit* ſegi, dic, dicite.

(g) heim *excludunt* E. P. *ſed* F. *legit* til Þeirra ſem ſkiótaẓt, ad eos (*tuos*) quam &c.

(h) greiniliga.] F. ſem greiniligaẓt, quam explicitiſſimè.

(i) adila.] C. adilia. *Ita &* Grágás *obliquos hujus vocabuli habet, idque antiquius.*

(k) vid.] *Omnes praeter* A. *&* D. med.

(l) bad Þá.] C. E. G. M. P. ſagdi at Þeir ſkylldi.

6) *Ita de hac re in* Grág. *l. cit. habetur*: Han ſkal rydia vid ſóknar adilia eda varnar. hvergi er med ſøk ferr. *i. e.* Rejicere debet (*euocatum*) contra perſonam principalem ſ. actorem ſ. reum, quicunque cauſam agat. *i: ratione cognationis euocati cum actore principali, non autem mandatario ſ. procuratore.*

A. C. rem etiam cum iis (m) experiamur. Et, nominatis testibus, *Antestor*, inquit,
1012 *quod hosce duos homines*, nomen vtriusque simul exprimens, *e consessu euocatorum remoueo, propterea quod* (n) *inquilini, non* (o) *coloni sunt* 7): *nolo vos reliquis* (p) *euocatis adsidere; jam enim ratione ex jure legitime deducta repudiati estis: rejicio vos e* (q) *consessu euocatorum ex jure comitiali ciuilique lege.* Tum sibi plane (r) praeter exspectationem id euenturum, si hoc refelli posset, ostendebat Eyiolfus: cunctique defensionem accusatione validiorem adfirmantes, vulgò collaudabant eum, eique parem, periculo (s) juris prudentiae faciundo, neminem dictitabant. Hic Mördus Valgardi & Asgrimus Ellidagrimi filius ad Thorhallum miserunt, qui quò loci peruentum esset, indicaret. quod vbi Thorhallus audìsset, (t) percontatur, quid (rejecti) isti

(m) reyna.] C. E. G. M. P. freyta.

(n) þeir ero búdsetomenn.] O. búdarsetumenn. E. Chh. — búsetumenn. *vitiose*. C. E. G. M. P. þer erut, ꝛc. vos — estis.

(o) bóndr.] Iid. & F. búar, id.

(p) dóminom.] C. E. G. M. P. qvidinom. *quod sequutus sum. Illud alterum minus rectum, nam* judicio *s.* judicibus *nunquam adsidebant* euocati, *sed in ripa amnica occidentem versus, neque id procul a judicii loco.*

(q) qvidbordinom.] Iid. qvidinom.

(r) á óvart.] Iid. at óvorum.

(s) laugkœni] C. M. um løgkœni, id. G. um løgmál, in re juridiciali.

(t) spyrdi.] F. fretti.

7) *Per* bóndr *(l. rectius* bœndr) *s. colonos hic intelligendi sunt omnes qui villam cum fundo siue pretiô siue proprio dominio incolebant, eo quidem censu, vt soluendo essent tributo comitiali & itineri ad comitia proprio sumtu faciendo. Per autem* búdsetumenn, *qui pretio quidem in alterius domo l. aedibus habitabant & suo viuebant, sed ad neutram istam rem a facultatibus valebant. Hos etiamsi nominatim non excipiat* Grágás, *tamen ejusdem vel potius inferioris fuisse conditionis homines atque* einvirki (ɔ: *qui nullum habuit operarium s. famulum*), *qui, nisi certo censu esset, neque ad euocandum in caussis criminalibus erat habilis, facile colligitur ex Tit. de homicid. Sect. de instit. accus. Confer Ius Eccl. Thorlaco-Ketilian. p. 4. n. 2. &* Arnes. Isl. Retterg. p. 204. *sequ.*

isti bonorum habeant? an sint pauperes? docet nuntius alterum (pretiô) u) villam inhabitare, lactariisque pecudibus, tam vaccis quam ouibus, victitare; alterum trientis fundi, (v) quem incolerent, dominum esse, ac suô viuere; vnoque ambos foco (x) locatorem & conductorem fundi, vnoque opilione vti. Tum Thorhallus: Nunc etiam vt modò euenerit aduersariis, vt aberrauerint, & hoc equidem sat celeriter refutabo, quamuis etiam (y) magnificè ostentauerit Eyiolfus justum esse. mox nuntium, vt procedendum sit, quam (z) exactissimè docet: qui rediens Mördo & Asgrimo, quae Thorhallus (a) cauisset, explicat. Tum Mördus in jus adiens testes nominat; *Vos antestor* (ait) *quod destructionem* (*euocatorum*) *ab Eyiolfo Bölverki filio factam* (æ) *confuto*, (b) *propterea quod eos homines aduocatorum consessu mouerit, quos jure oportuit sedere; nam quisque idoneus* (*) *vt cognitor aduocatur, qui* (c) *CCC. fundi, & quicquid excedit, dominus est, quanquam nullo pecore lactario vtatur, &* [d) *ille quoque justè vt cognitor euocatur, qui pecore lactario victitat*] *etiam*

A. C. 1012.

(u) biúggi.] C. E. R. M. P. þeirra bió, eorum vill. inhab.

(v) því er þeir búa — leigir ok.] E. *tantum*, leigdi ok, (dom. esse) vnoque ac illum opil. conductô vti.

(x) þessi, hunc (& illum qui fundum conducit), *inferit* I. *quod & caeteri subaudiunt*.

(y) alldigr ord vm.] E. P. alldigurt um talat, id.

(z) greiniligast.] Iid. gløggligast, clarissimè.

(a) tillagt.] Iid. til rádit.

(æ) ek ónyti.] C. E. R. M. P. ónyt er, (destructio — facta) irrita est.

(b) fyrir þat at — vera.] G. finn ek þat til at han hafdi eigi þau ord at rudnínginum er vera áttu at rettu. causam adfero hanc, quod iis verbis in formula rejectionis non vtebatur, quae jure adhibenda erant. *At hic non de verbis, sed re, agebatur.*

(*) búaqvidbvrdi.] P. búaqvidu.

(c) CCC.] I. K. L. N. Q. S. xxx[c].

(d) hinn er ok rettr í búaqvid er han byr vid málnytv, *inserunt* C. M. *quò potius pertinere videntur ista* þótt hann — land: *nam etiamnum obtinet, vt quis apud alterum pretiô habitet, &, nulla certa parte fundi conducta, pecudibus vtatur, quibus pabulum hibernum communi cum domesticis heri operâ acquirit.*

A. C. *etiamſi non fundum conducat.* Hoc teſtimonio in jure prolato, vbi erant
1012. coloni, eò ingreſſus, denuò illos conſidere jubet, legitimos, qui cognitores producerentur, adſerens. Tum clamor ingens ac voces fieri, omnibus vnà dicentibus cauſam Floſii & Eyiolfi admodum (e) vexari, intentionemque praeualere defenſioni concinentibus. Eyiolfus verò a Floſio interrogatus, an hoc (f) juſtum crederet? non (g) eam in ſe calliditatem, id vt certò ſciret, autumauit. Hinc ad Skaptium (h) nomophylacem amandatur, qui,
p.237. an juſtum ſit, (i) conſulat: is autem reſponſum hujusmodi remittit, illud certè jus eſſe, licet (k) pauci nôrint. Qua re Floſio & ſibi renuntiata, Eyiolfus Bölverki filius de caeteris colonis, qui fuerant euocati, Sigfuſſonios percontatur: hi (l) quatuor haud legitimè citatos affirmant; nam domi eſſe, qui quam ii (locum caedis) propius habitarent 8). Hinc Eyiolfus, teſtibus ſibi appellatis, eosdem quatuor homines e conſeſſu rejicit aduocatorum, idque (m) legitimâ cognitorum deſtruendorum formulâ. & mox reliquis fatur: Vos verò vtrisque (n) litigantium) jus tribuere debetis: nunc igitur, quando vocabimini, judicium adite, teſtibusque accitis declarate, *per id ſtare, quò minus*

(e) hrakit.] E. P. rekit, agitari.

(f) rett vera.] C. E. M. P. nockut vera, aliquid eſſe.

(g) til þeſs hafa.] G. vita ok eigi hafa, id ſe ſcire, neque id in ſe judicium eſſe.

(h) lavgſavgvmannz.] G. laugmannz, id. *ſed rarius occurrit haec vox eo ſenſu in codd. membr.*

(i) ſpyria eptir.] Id. vita vid hann, ex eo ſciſceret.

(k) fáheyrd væri ok, paucis auditum, &, *interjicit* G.

(l) iiii.] E. P. iii. *minus rectè.*

(m) med rettvm rvdníngar málvm.] G. mællti rettum málum, legit. loquens formulâ.

(n) vſs, noſtrûm, *addunt* E. P.

8) *Tam ſcilicet accuratè fuit obſeruanda proximitas habitationis cognitorum in judiciis criminalibus euocandorum, vt qui in parte aedium, locum delicti commiſſi, de quo agendum erat, ſpectante, potius quam qui in auerſa habitabant, licet vtrique aliàs parites idonei eſſent, citari debuerint.* Gràg. *Tit. de homicid.*

minus testimonium dicatis, quod vobis quinque omninò vt cognitoribus denuntiatum sit, (o) *cum IX.* (p) *testificari debeatis* 9). quod damnum si reparauerit Thorhallus, in caeteris omnibus vincet. Atque adeò compertum est, Flosium & Eyiolfum hac in re valdè gloriari; vulgòque (q) accusationem homicidii exemtam & exceptionem illâ validiorem esse conclamatum. Hìc Asgrimus ad Mördum: Nesciunt etiamnum, quô glorientur, donec (r) conuentus erit filius meus Thorhallus; mihi enim Niall id dixit (s) sese illum in jure sic instituisse, vt haud dubiè Islandorum jure consultissimùs, si periculum opus ficret, probaretur. Rursus ergo mittitur ad Thorhallum, qui quò sit processum, edoceat, jactare se Flosianos, plebemque (t) homicidii causam

A. C. 1012.

Uuu

(o) en þer eigv.] C. at þer eigit, quamquam l. cum tamen.

(p) at vera ok, esse &, *inser.* F.

(q) vígsmálinv.] *Ita legit* F. *caeteri omnes* brennvmálinv, accus. incendii (Nialiani), *de quo nunc non agebatur.*

(r) fvndinn.] C. E. G. M. P. hittr.

(s) at hann — lavg, *omittit* F. *vnde sensus*, eum sine dubio Isl. jure consultissimum, —, esse.

(t) vígsmálinv.] *Etiam ex* F. *Omnes alii legunt* brennvmáli.

9) *Adeò hac falsâ juris interpretatione perimere intentionem Mördi cogitabat, sed frustra; nam, vt mox videbitur, si non modò pars major cognitorum erat legitimè citata, nil actio damni fecit, dum justus esset numerus illorum; sed etiam quamquam minor, nihil, de quo Grâgâs ita constituit Tit. de f. jud.* Ef sva gánga rudningar at. at meiri luti verdi rángqvaddr þeirra búa er heiman ero qvaddir. oc verþr houom eigi at sakar spelli. ef han viþr eid at því. at han qvaddi þá er han hugdi at rettaztir væri. en secr verþr han III. mørkum vid þann er hefir mál á hendum. *I. e. Si eò procedatur in rejiciendis cognitoribus, vti pars illorum* major injùstè euocata *probetur, qui domô citati fuerant; id quidem* nullum in damnum actioni *euadit, si actor jusjurandum interponat sese illos euocauisse, quos maximè legitimos duxisset; sed obnoxius erit tres marcas eô nomine illi, qui reus agitur, soluere. Confer* Arnes. Isl. Rettergang *pag.* 208. *qui tamen hoc loco legisse videtur aut* minni — rángqvaddr, *aut* meiri — rettqvaddr, *quandò ex eodem loco & Niàlssaga idem statuit.*

A. C. causam elisam esse Mördo dictitare. Benè habet, inquit Thorhallus, (u) si
1012. nullum hinc dedecus inueniunt: (v) i tu & dic Mördo, testibus vsurpatis, jurejurando confirmet majorem colonorum partem (x) legitimè citatam esse; tum hoc testimonium in jure producat, atque sic (y) restituit causam principalem: caeterùm ipse de quolibet 10) viriosè euocato multa selibrae tenetur, quam tamen causam hìs comitiis agere non licet: sed reuertitor. Nuntius dicto audiens Thorhallo quam exactissimè responsa ejus Mördo renuntiauit. Tunc Mördus judicium accedens testes adhibet, ac *jurejurandô majorem colonorum partem* (z) *rectè euocatam, seque causam ita reparauisse principalem adserit*: aliud faxo, addit, (a) gloriabuntur aduersarii nostri, quam quod (æ) hìc multum errauerimus. Tum & magna exstitit (b) acclamatio (c) Mördum de strenuè nauatâ in hoc negotio operâ laudantium; at Flosius & sui nil nisi cauillationes & injuriam facere dicebantur. Eyiolfus a Flosio rogatus, an illud (d) justum putaret? negauit se certò scire, litemque vt legifer (e) dirimeret, censuit. Itaque Thorkell Geiteris filius illorum nomine legifero, quò res peruenisset, narratum abiit, &, quod Mördus contenderat, vtrum jus esset, requi-

(u) ef enga fá þeir svívirding.] E. F. P. C. M. en enga f. þ. (enn) virdíng, at nullam (etiam nunc) ex hac re laudem referunt. G. en þô er eigi víst at þeir fái virdíng, at incertum est tamen, illos hinc laudem esse relaturos.

(v) skalltu.] E. sk. enn, Etiam i tu.

(x) rett qvaddr.] F. enn rettr í quidinum, adhuc esse idoneam.

(y) bergr.] P. biargar. & *infra* biargat *pro* borgit.

(z) rett qvaddr.] E. rettr qvaddr.

(a) hafa metnad.] G. metnaz.

(æ) ámæli fyrir edr, hinc vituperium subeamus, aut, *inserit* F.

(b) rómr.] C. E. G. M. P. ordrómr.

(c) at því gerr at Mordr.] Iid. af mönnum (mörgum E. P.) um mál Mardar at hau, vulgò (multorum) de partibus Mördi, quod is operam strenuè nauaret.

(d) rett.] C. E. M. P. nockut rett, aliquo nomine justum.

(e) slíta.] F. skera, secaret. E. P. leysa, solueret.

10) *Confer locum ex Gragas modò adductum sub num. 9.*

requiſiuit? Cui Skaptius: Nunc abundè juris periti (f), quam ego ratus ſum, plures exſtant: (g) tibi verò vt reſpondeam, hoc omni ex parte adeò juſtum eſt, nihil vt contradicere liceat: atqui (h) id mihi ſoli, (i) vt Niall periit, cognitum autumabam; hunc enim ſolum tenere noui. Reuerſus Thorkell ad Floſium & Eyiolfum, jus eſſe nuntiat. Tunc Mördus Valgardi filius judicium adit, &, nominatis teſtibus, *Vos anteſtor*, inquit, *quod colonos, quibus de cauſa in Floſium Thordi filium* (k) *enarrata denuntiaui, teſtimonium dare poſtulo, idque vel in eum vel ſecundum eum dicere: poſtulo in jure* (l) *ſolemni formulâ, judicibus per transuerſum judicium exaudientibus.* Mox coloni a Mördo euocati judicium adgrediuntur, vnus (m) verba teſtimonii profatur, caeteri omnes voce ſuccinunt, hunc in modum (n) ajentes: *Mördus Valgardi filius teſtimonium nobis IX. viris denuntiauit, ſed hic omninò* (o) *V. ſiſtimur; IV. enim rejecti ſunt, quorum teſtimonii defectum nobiſcum vnà ferendi jusjurandum ſuppleuit. nunc nos teſtimonium* (p) *ferre debemus ex jure:* (q) *citati igitur ſumus ad* (r) *hoc renuntiandum, anne Floſius Thordi filius aggreſſione lege definitâ Helgium Nialſonium impetiuerit, eo in loco, vbi*

A. C. 1012.

P. 238.

 Floſius

(f) á Jslandi, in Isl. *addunt* C. M.

(g) þer til at ſegia þá er þetta.] F. þat ſegi ek at þetta er, caeterum hìc reſpondeo, hoc &c.

(h) þetta.] B. þeſſa retting, C. E. G. M. P. þeſſa lagaretting, hanc vitii in actione commiſſi emendationem. || F. rettinn, jus (me ſolum callere autum.).

(i) ſidan Niáll var.] C. E. M. P. nú er N. er, jam vt N. || G. med því er N. er, quandoquidem.

(k) høfdada.] P. hafdi, habui. E. F. hafda þá, *quod corruptum ex* høfdaþa. G. hopada, *obſcure.*

(l) løgbeidingv.] *Ita legunt* B. C. E. R. M. P. *caeteri omnes* lavgbodi (løgbodi).

(m) fram qvidbvrdinn.] E. P. á annan qvidinn, poſt alterum (*ſinguli deinceps*) teſtim. recitarunt. *Minus rectè, nam omnes ſimul & ſemel dixerunt.*

(n) qvádv.] C. E. G. M. qvad. *ſingul.*

(o) þegnar, ciues, *inſerit* B.

(p) bera.] E. P. ſegia, dicere.

(q) vorv — Þórisſonar, *omitt.* F.

(r) vitni þat.] B. um þat, de hac re.

A. C. *Floſius Thordi filius Helgium Nialſonium vulnere* (*vel*) *in viſcera* (s) *vel in*
1012. *medullam inflicto ſauciabat, quod letale exſtitit, & vnde mortem accepit Helgius. denuntiauit nobis* (*Mördus*) *omnia illa verba adhibenda, quae proferre legibus adſtringimur, quaeque nos in judicio eſſet rogaturus, hanc ad cauſam jure pertinentia: denuntiauit nobis coram: denuntiauit ob crimen ſibi a Thorgeire Thoreris filio mandatum. jam nos omnes jusjurandum dedimus* (t) *ac legitimum teſtimonium; vnoque omnium noſtrûm* (u) *conſenſu, hoc in Floſium dicimus, eumque verè obnoxium crimini adſeueramus. hoc, vt IX. cognitores, teſtimonium, quemadmodum rogati a Mördo ſumus, in judicio Oſtfiördenſium ſuper capite* Iohannis *ferimus;* (v) *atque haec eſt omnium noſtrûm adfirmatio.* Dein alterum teſtimonium contra Floſium dixerunt, *primùm de vulnere, mox de aggreſſione perhibentes,* caeterùm omnibus iisdem verbis, ac ſupra, vſi: quô etiam teſtimoniô Floſium conuincebant, ac verè noxium adfirmabant. (x) Tunc Mördus Valgardi filius judicium aggreſſus teſtificatur, colonos, quibus de crimine aduerſus Floſium Thordi filium expoſitô denuntiaſſet, teſtimonium (y) perhibuiſſe, illumque verè ſontem adſeueraſſe: quam anteſtationem ſibimet vel illi, cui teſtimoniô hac de re opus ſiue vſus fieret, commodo faciebat. Rurſus compellatis teſtibus, *Vos anteſtor,* (inquit,) *quod ego Floſium Thordi filium, aut alium hominem, cui cauſae defenſio judicialis legi-*
p. 239. *timè mandata eſt, inuito, vt, quod aduerſus illum* (*) *expoſui, defendere crimen incipi-*

(s) eda helvndar, vel mortiferum, *inſerunt* E. G. P.

(t) ok.] O. vm, de veritate teſtimonii noſtri. rettan qvidburd.] C. M. veittan qvid, teſtimoniumque noſtrum dedimus.

(u) ordit.] E. P. ordnir.

(v) en ſá er.] B. C. E. R. M. er ſá, haec eſt.

(x) Mordr — annat ſinn, *neſcit* F.

(y) á hann, contra eum, *add.* C. M.

(*) høfdada.] B. G. hefi høfda (hofada).

(z) *incipiat: jam enim omnes accuſationis auctoritates, quae ad* (a) *hanc rem* A. C.
jure pertinent, prolatae ſunt; omnia teſtimonia cognitoresque inducti, horum ad- 1012.
ſeueratio, omniaque quae jam prodita ſunt argumenta, teſtibus adhibitis pronuntiata. quod ſi verò quid in (æ) *defenſione ab aduerſariis* (b) *committatur, cujus eos accuſare habeam opus, mihimet actionem dari poſtulo. inuito (reum ad defenſionem) ſolemni formula in jure, judicibus operam dantibus.* Hic (c) Floſius: Nunc id mihi, Eyiolfe, cum animo meo arridet, quod futurum eſt, vt (aduerſarii) ſtupeſcant et capita (d) pruriant iis, (e) cum tu exceptionem interpones.

Cap. CXLIV.

De Eyiolfo Bölverki filio.

Tunc in jus adiit Eyiolfus Böluerki filius, & vocatis ſibi teſtibus, (f) Anteſtor (inquit) hanc eſſe juſtam intenſionis hujus depulſionem, quod vos accuſationem in jure Oſtfiördenſium exercuiſtis (*); Floſius (g) enim ad (h) curiam Aſkelis *Pontificis* (i) profeſſus eſt: atque nunc teſtes oculati coram adſunt, rem

 vtram-

(z) taka.] F. víkia, aggrediatur.

(a) ſavkinni eigi.] F. ſóknum áttu, accuſationem j. pertinebant.

(æ) lavgvørn.] B. vørn.

(b) gcriz.] F. er, eſt (fit).

(c) Eyiólfr ſagdi Floſi.] E. P. ſagdi Eyiólfr Floſa, Eyiolfus Floſio fatur. F. ſagdi Eyiólfr ok Floſi, inquiebant Eyiolfus & Fl.

(d) kleyia.] C. R. Chh. B. klæia (hlæia).

(e) þú berr.] E. G. P. ek ber, F. ek framfæri, ego — profero.

(f) at því (ea de re.] C. M. F. í þat vætti (ſagdi han). *quod ſecutus ſum.* || Mox omittit O. ſu er — þvíat.

(*) er ſækia átti i Nordlendíngadóm, cum in judicio Nordlandorum inſtrui deberet, *addunt* C. M.

(g) þvíat.] F. K. L. en, verò. Q. þar, cum (Floſius ad.).

(h) þíng.] O. Q. S. dóm, jurisdictionem.

(i) ſagz.] O. gefiſt, dedit, dicauit ſe.

A. C. vtramque adſeueraturi, quod & Floſius (k) Thorgeiri fratri ſuo pontificatum
1012. emancipauit (l) ſuum, atque mox curiae Aſkelis *Pontificis* nomen dedit: hi mihi (m) teſtes ſunto aut cuicumque (n) horum teſtimonio (o) opus fuerit. Compellatis (p) iterùm teſtibus; *Vos anteſtor*, inquit, *quod ego Mördum, qui cauſam habet* (q) *agere, vel* (r) *perſonam principalem inuito, vt jurijurando meo, & enarrandae* (s) *exceptioni, quam ſum objecturus,* [(t) *omnibusque, quas prolaturus ſum, auctoritatibus*] *attendant: inuito in jure ſolemni formulâ ſic vt* (u) *exaudiant judices.* (v) Nominatis etiam teſtibus, *Hoc anteſtor* (ait) *quod ego jusjurandum librô tactô legitimum dico, Deoque hoc* (x) *profiteor, me cauſam hanc quàm ſcio rectiſſimè, veriſſimè ac legi conuenientiſſimè defenſurum, omniaque* (y) *juſta judicialia, quae* (z) *hoc in foro exequi meum fuerit, abſoluturum.* Porrò idem: *Hos duos homines anteſtor, quod ego hanc objicio exceptionem, crimen in* (a) *alio prouinciali judicio, quam oportuit, inſtitutum eſſe; ajo intentionem aduerſariorum hoc nomine peremtam: hanc & hujusmodi exceptionem in judicio Oſtfiördenſium profero.* Mox omnia, quibus communiri haec debuit exceptio,

---

(k) Þorgeiri.] *Ita legunt* E. F. P. *caeteri omnes* Þórgilſi.

(l) ádr, primò, *inſerunt* Iid. & F. *poſt* ſelldi.

(m) vættis.] *Omnes alii* votta, *quod rectius videtur.*

(n) audrum, alii, *inſerit* F.

(o) eda neyta, ſiue vſus, *add.* C. G. M.

(p) annat ſinn.] E. P. annan ſtad.

(q) ſækia.] Iid. ſegia, exponere.

(r) adila.] G. ábera, accuſatorem.

(s) varnar þeirrar.] E. P. varn. minnar. exc. meae. B. varn. þeirrar minnar.

(t) ok til allra gagna þeirra ſem ek mun frambera, *inſerunt* C. M.

(u) heyra á.] I. N. O. Q. S. hlydi á, auſcultent. K. L. heyri ok hlydi á, audiant & operam dent.

(v) Eyiólfr nefndi — E. mællti.] F. *tantum*, Sídan vann han eid ok mællti. Deinde jusjurandum praeſtitit, atque (tum ita) locutus eſt: Hos &c.

(x) ſegi.] I. K. L. N. O. Q. S. ſver, juro.

(y) lavgmæt ſkil.] G. lavgſkil.

(z) medan ek em (er), quamdiu verſor, *inſer.* C. G. M, *poſt* koma.

(a) annan — vera átti.] E. P. í Auſtfirdíngadóm, judicio Orientalis prouinciae, inſtit.

tio, teſtimonia curat producenda: tum omnia defenſionis argumenta jam eſſe A. C.
prodita conteſtatur. Deinde adhibitis teſtibus, *Anteſtor*, (ait,) *quod ego* (æ) 1012.
pontificiali interdictô judices Mördo & ſuis litem addicere †) *prohibeo, quippe* p.240.
nunc idonea in jus prolata exceptio eſt; prohibeo (*inquam*) *pontificiali interdicto, legitimô interdicto, omni exceptione majori interdictô,* (b) *abſolutoque tam & firmo, quam mihi ex ipſo jure comitiali ciuilique lege interdicere licet.* dein exceptionem cognoſci fecit. Caeteras accuſationes ad incendium pertinentes Aſgrimiani (c) curabant inſtruendas, eaeque procedebant.

Cap. CXLV.

Suggeſtio (reſponſum) Thorhalli Aſgrimi filii.

Interim (d) iidem nuntio ad Thorhallum miſſo, (e) quas ad incitas res redacta ſit, faciunt certiorem. qui reſpondit: Jam ego nimium procul aberam; nam ſi praeſens fuiſſem, haec res, puto, etiam ſic non euaſiſſet. perſpicio rationem aduerſariorum, eos eſſe (f) vos in quintum judicium propter errorem formulae 1) citaturos. ſine dubio etiam cogitant cauſam incendiariam

(æ) goda lyriti.] E. G. lyriti goda. F. *deinceps* lyritil, lyri til, lyrit.

(b) fullv.] F. at fullu, abſoluiẽ & firmiter.

(c) letv ſœkia.] G. ſóttu, egerunt.

(d) ſendv þeir — honom.] E. P. letu þeir Aſgr. ſegia Þórhalli, iid. Thorhallum cert. fac. C. G. M. er þar til máls at taka at þeir ſendu mann ꝛc. narrare ordiendum, eosdem — feciſſe.

(e) í hvert úeſni komit var.] C. E. K. M. P. hvar þá var komit (*porroque* F.) ok þat óeſni þá var at, quò locorum ventum eſſet, quodque jam incidiſſet malum.

(f) ſteſna — ætla at, *neſcit* P.

†) *Hoc loco verbum* dœma *non ſimpliciter* judicare, *ſed* adjudicare *ſ.* ſecundum quem dare *denotat, id quod & ſubſequentia* let dœma vornina, *& infra commemorata (pag. Text. 241.) de judicum in ferenda ſententia diſſenſione, oſtendunt.*

1) *Quem ſcilicet, accuſando Floſium in alio quam competenti judicio, fecerant.*

A. C. diariam (g) per judicum in sententias discessionem 2) eximere, ac ne decidi
1012. possit facere; nunc enim eam viam insistunt, nulla vt ab calumnia sint temperaturi. jam verò tu quam ocissimè (h) ad nostros abi, & dic, Mördus vtrique, Flosio & Eyiolfo formulam intendat eô nomine, quod judicium 3) pecuniâ violauerint, poenamque relegationis dicat: tum altera illos citatione in jus vocet, propterea quod testimonia, quae ad causam eorum nullo jure (i) pertinebant 4), induxerunt, & calumniam in ea re commiserunt: dic me dicere, si (k) quis duplici relegationis crimine teneatur, hunc exilio multan-

(g) vefengia.] F. reingia, refellere (confutare). *glossa.*

(h) til þeirra.] C. G. M. heim, ad tuos.

(i) attv máli at.] K. L. mátti máli. *Mox addunt* lid. *&* I. N. O. Q. S. at løgvm, secundum leges pertin. *post* þeim.

(k) einvm manni.] C. M. hendi manni. F. hendi einum manni.

2) *Tam suprà Cap. XCVIII. p.* 325. *quam in Grágás* Jò vefengia *de judicibus dicitur, hìc autem de reo & aduocato suo; quare, si interpretatio nunc ad istum accommodetur significatum, erit sensus:* facere *l.* postulare vt judices in sententias discedant. *vnde nimirum isti facilè poterant expectare, duas de causa pugnantes latum sententias iri; adeoque dari sibi occasionem nouas quaerendi exceptiones ac diuerticula, donicum res in quinto judicio repeteretur. Sed quae tanta fuerit in hac re calumnia, quantam ait Thorhallus, quum è contrario Noster necessitatem faciundi agnoscat (paullò infra), non video, nisi putauerit judices ab reis, si non praemiô, at hortatibus & pollicitationibus iri corruptum in discessionis actu. Certè apud judices tantum obtinuit Ofeigus in* Bandamanna-saga (*pag* 6.) *monitis ac pecuniae ostentatione, vt filio suo litem, quamuis ab rei aduocatis peremtam, adjudicarent.*

3) *Ne ipsos judices intelligas, sed causam modò agitatam, dando & accipiendo mercedem ob patrocinium contra fas & jus. quod etiam valet de eodem vocabulo* (dómr) *infra in formulis jurandi. Confer Cap. XCVIII. p.* 327, *& CXXXIX. p.* 493.

4) *Quae haec testimonia fuerint, adeò perspicuum Auctori videbatur, vt significato nihil opus duxerit, quod tamen ab re non fuisse arbitror, quum illa de emancipatione pontificatus Flosii & addictione sui ad curiam Askelis tanquam legitima & huc pertinentia, alia verò producta non apertè, memoret.*

multandum esse: haec vos crimina eò celerius instituere debetis, quò prius (eos) accusare (l) liceat vobis & condemnare 5). Mox nuntius abit, & Mördum Asgrimumque haec edocet. Statim ii rupem judicialem adeunt 6): Mördus Valgardi filius, testibus appellatis, *Antestor*, (inquit,) *quod ego Flosium Thordi filium in jus voco, propterea quod Eyiolfo Bölverki filio pecuniam ob aduocationem hic in Comitiis dedit: dico illum hoc de crimine* (m) *relegatione multari oportere;* (n) *hac vnicâ lege vehendum, aut fixarum habitationum jure (asylorum securitate) muniendum* 7), *si annulus* 8) *capiti (illius) redimen-*

A. C. 1012.

(l) er skylut.] C. R. M. þá skulut þer.

(m) fiørbaugsmann.] C. M. skógarmann, exiliô. *minus rectè.*

(n) því at — þegit. ok, *nescit* F.

5) *Hic nota verbum* dœma *de actore vsurpari eâdem notione, qua Latini* condemnare *de illo dicunt.*

6) *A judicio scilicet, quod ex pluribus infrà locis non ad rupem judicialem ipsam nunc fuisse constitutum intelliges: illud enim judicibus transferre quocumque volebant, si quid habendo ad jurisdicundi rupem officiebat, teste* Grâgâs, *licitum fuit.*

7) *Hac de re confer Glossarium Synt. de Bapt. v.* fiørbaugsgardr.

8) *De voce* fiørbaugr, *quod vna selibra mercium (duobus imperialibus Danicis aequipollens) fuerit, monitum est in Gloss. Synt. de bapt. in* Jsl. Rettergang p. 624. 5. & *in Hist. Eccl. Isl. Tom. I. p.* 137. *De autem vocabulo* adalfestr, *quod ad verbum denotat* primarium pignus, *subaudiendis*, securitatis & in terra patria ad certum tempus mansionis, *auctore Doctiss. I. Arnesen*, Jsl. Retterg. *l. c., monendum censui*, 1) *quod lectio* aladsfestr, *quam Grâgâs vnicè agnoscit, multò melior, imò genuina mihi videatur: haec nimirum* pignora alimoniae *designat*, ɔ: *rem s. pecuniam, quâ damnatus jus alimoniae sibi subarrhanit: eâ verò non solutâ, eum neque* alere *neque vehere licebat.* 2) *Quod* fiørbaugr & adalfestr *ab nostro adferuntur tanquam synonyma, quando ea particulâ* eda *copulat; quod aliquatenus facit cum laudato I. Arnesen, qui* adalfestr *vnam vnciam ex* fiørbaug *(nullâ quidem auctoritate adducta, quâ sanè opus videtur) statuit: in Grâgâs verò tanquam duo diuersa, cum particulâ* ok (&) *junguntur, sese offerunt: quod cum majorem importet obscuritatem, Nostro equidem potius accedendum puto.*

A. C. 1012. *redimendo fine* (o) *primarium pignus* (p) *in judicio* 9) *bonorum ejus occupandorum* (*possidendorum*) *exhibeatur; caeteroquin exilio plane condemnandum. dico omnia bona ejus* (q) *commissa, dimidia mihi, dimidia prouincialibus iis, quibus bona ejus damnati capere competit ex lege. denuntio causam hanc in judicio quinto, in quod ea produci ex legibus debet, judicandam: denuntio accusationem jam nunc peragendam, absolutamque* (*in reum*) *condemnationem: denuntio* p. 241. (*r*) *legitima citandi formula: denuntio sic vt exaudiri possit ad jurisdicundi rupem.* Similem Eyiolfo Bölverki filio formulam intendit, propterea quod abstulisset pecuniam & acceptasset 10), eumque (s) hoc de crimine in quintum judicium arcessiuit. Rursus idem Flosium & Eyiolfum ea de causa citauit, quod in comitiis testimonia, nihil ad causam (t) litigantium ex lege pertinentia, producendo, calumniam admisissent, eoque nomine relegationis reos faciebat. Mox ad senaculum abierunt, (u) ibique tum quintum constituebatur judicium. Digressis autem Asgrimo & Mördo, judices, quam sententiam ferrent, haud (v) consenserunt; partim enim secundum Flosium, partim secundum Asgrimum & Mördum (x) litem dare voluerunt: vnde (y) Flosius & Eyiolfus postulare coacti, vt judices (z) in sententias discessionem facerent, qua in re, dum in jus vocati fuerant, ad judicium demorabantur. Paullò post iis, duplici

(o) adalfestr.] E. P. adalfesti.

(p) at.] G. á.

(q) sekt.] G. fallit, in commissum cecidisse.

(r) laugstefnu.] E. P. løgfezto, *vitiose*.

(s) þeirri sauk.] F. rettri lagastefnu, legitima citandi formula.

(t) mønnum.] R. þeim, suam.

(u) þar var þá fimtardómrinn.] G. þvíat þar var dómrinn, ibi enim judic. const.

(v) ásáttir.] G. á eitt sáttir.

(x) dæma.] C. G. M. mæla, pronuntiare (sententiam dicere).

(y) Flosi ok Eyiólfr *excludunt*. C. G. M.

(z) vefengia.] G. veifeingia.

9) *Hoc fuse descriptum in Arnes. Jól Rettergang Cap. 15. & alibi.*

10) Hafdi tekit se ok þegit.] *Hysterologia est, (voluntas enim factum praecedit,) ad euitandam sine dubio collisionem literarum* d & þ, *fere similiter sonantium, si dixisset* hafdi þegit se ok tekit.

duplici vtrumque citatione in quintum judicium arceſſitos apud rupem judicialem eſſe, nuntiatum eſt, tunc Eyiolfus: Nos verò hìc malo omine ſumus commorati, cum aduerſarii nos in jus vocando praeoccupauerint: hìc ſe (a) dexteritas Thorhalli exſeruit, qui ſanè, quô eſt (æ) conſiliô, nemini eſt comparandus: nunc eis (quam nobis) actio in jure prius danda eſt, in quo etiam illis omnia fuerunt (b) jam tamen nos ad jurisdicundi rupem ibimus, actionemque in illos, licet hoc (c) parum profuerit, inſtituemus. Dein jurisdicundi rupem adgrediuntur: Eyiolfusque aduerſarios ob errorem formulae in jus arceſſit: mox ad judicium quintum abeunt. (d) Poſtea verò quam Mördus cum Aſgrimo ad judicium quintum venerat, adhibitis teſtibus, reos ad jusjurandum ſuum, enarrationem criminis ſui, omniaque actionis argumenta, quae Floſium contra & Eyiolfum proferre cogitaret, audienda inuitauit, idque in jure legitimâ inuitandi formulâ, judicibus per tranſuerſum judicium operam dantibus. In quinto autem judicio confirmatores jurantibus adeſſe debebant, illique (e) poſt hos jusjurandum dicere. (f) Mördus teſtibus nominatis, *Vos anteſtor,* (inquit,) *quod ego jusjurandum in quinto judicio ſolitum* A. C. 1012.

 dico:

(a) ſlægleikr.] C. G. M. ſlægd. F. ſlægdir, *quam conſtructionem nota.*

(æ). viti ſinn.] G. vitzmunum. *ſed illud elegantius.*

(b) *Hìc mox idem ſine vllo lacunae veſtigio:* Mørdr — beiddi dómendr at dæma ꝛc. *pag. Text. impr.* 243. *lin.* 8. *à fine.*

(c) litit.] F. ekki, nihil.

(d) Þá er þeir Mørdr ok Aſgrímr komu.] C. M. Nú er þar til máls at taka er Mørdr er, at þá er þeir komu, Iam ſermo repetendus eſt de Mördo, qui vbi cum ſuis ad &c.

(e) Þá.] Iid. ok, quoque.

(f) Mørdr — úlaga, *in poſteriore jurandi formula.*] F. *breuiter,* Síðan vann han eid þann ſem í fimtardómi ſkylldu vera. Þá ſvóru þeir ſaunnunar eid Mardar. ſva ſem laug badu. Deinde jusjurandum, quod in judicio quinto praeſtari debuit, dicebat. tum & confirmatores Mördi jusjurandum confirmationis dabant, vt leges jubent.

A. C. *dico: Deum obſecro ita me amet in* (g) *hac & altera luce* (*vita*), (h) *vt ego*
1012. (i) *hanc cauſam quàm ſcio rectiſſimè, veriſſimè, ac legi conuenientiſſimè agam;* (*vt*) *Floſium etiam criminis objecti verè noxium arbitror, quatenus* (k) *argumentum* (l) *illius rei* (m) *exſtat: vtque* (n) *ego neque delatâ pecunia hoc* (o) *judicium corrupi,* (p) *neque* (q) *deferendâ corrumpam;* (r) *neque pecuniam inueni, neque inueniam, neque juris* (*obtinendi*) *neque calumniae cauſa.* Tum (s) confirma-
P. 242. tores Mördi duo in jus adeunt, & nuncupatis teſtibus, *Conteſtamur* (ajunt) *quod nos jusjurandum,* (t) *libro tactô, legitimum dicimus: Deum obteſtamur ita nos amet in hac & altera luce, vti nos periculô exiſtimationis noſtrae arbitramur Mördum* (u) *hancce cauſam quàm ſciat rectiſſimè, veriſſimè ac legi conuenientiſſimè acturum;* (v) *neque pecuniâ delata ob aduocationem hoc judicium violâſſe,* (x) *neque* (*pretium cuiquam*) *oblaturum, neque pecuniam inueniſſe, neque inuenturum eſſe, neque juris neque calumniae cauſa.* Hac de actione vicinis loci comitialis IX. teſtimonium denuntiauerat Mördus: dein adhibitis teſtibus, eas IV. cauſas, quas in Floſium & Eyiolſum inſtituerat, orauit, (y) omnia

(g) þvíſa.] D. E. Chh. þeſſu, id.

(h) at.] C. ok at.

(i) þeſſa.] C. M. mína, meam.

(k) eſni.] Q. eſi, ſi de eo dubitatur.

(l) á því.] C. M. at þvi.

(m) er.] C. E. H. K. ero, (argumenta) — exſtant.

(n) heffa.] D. E. Chh. hefi eigi.

(o) til lids (lidveitſlu) mer, ob patrocinium mihi exhibendum, *inſerunt* C. M. *poſt* þenna.

(p) mvnka.] E. P. muna. *caeteri* Chh. mun (mundi) eigi.

(q) bera.] C. M. bióda, offerenda.

(r) ek heffa fe fvndit ok ek mvnka.] Chh. þó ek hefdi (fe fundit, fe til) ok ek mundi, quomquam pecuniam inueniſſem (ad id haberem), aut inuenirem. *malè.*

(s) Saznnvnarmenn.] C. M. Sannadarmenn, id. *quemadmodum & vocantur in Gràgàs.* E. P. *tantum*, menn.

(t) at bók.] E. P. á bók, ex libro.

(u) þeſſa.] C. M. ſína, ſuam.

(v) hefrat.] D. *hic & infra*, heffat. Chh. hefdi eigi.

(x) mvnkat.] Chh. mundi eigi.

(y) ok hafdi — árbakka, *neſcit* F.

omnia illa verba in enarrandis, quae in intendendis criminibus ſuis adhibuerat, A. C.
proferens: hasque (z) relegationis cauſas, ita ſe habentes, vti in citatione 1012.
dixerat, in judicio quinto enarrauit. Tum, nuncupatis teſtibus, illos IX. colonos in ripa amnica occidentem verſus ſedere juſſit: rurſusque anteſtatus, Floſium & Eyiolfum inuitauit ad rejiciendum cognitores. qui ad eos rejiciendum aggreſſi diſpiciebant, (a) nec vnum quidem reprobare poterant, ſed re infecta diſcedentes animô acquieſcebant iniquiſſimô. Hìc Mördus inclamatis teſtibus, colonos, quos modò euocauerat, teſtimonium dicere juſſit, idque vel ſecundum reos vel contra illos. Mox coloni a Mördo citati in jus eunt, vnus teſtimonium profatur, caeteri omnes iisdem verbis (æ) concinunt: (hi verò vniuerſi (b) jusjurandum in quinto judicio receptum dederant.) contraque Floſium teſtificantes, eum verè noxium adſeuerant: & hujusmodi (c) teſtimonium in quinto judicio ſuper (d) ejusdem hominis capite, quô ſuper Mördus cauſam expoſuerat, ferebant. dein omnia (e) iſta, quae perhibere debebant, teſtimonia dixerunt de qualibet cauſa: quae res adeò legitimè (f) procedebat, vt Eyiolfus Bölverki filius & Floſius, occaſioni quamuis imminentes refellendi, nihil refutare poſſent. Mördus Valgardi filius teſtibus etiam compellatis, (g) *Anteſtor,* (inquit,) *quod hi IX. coloni, quos de criminibus in Floſium Thordi filium & Eyiolfum Bölverki filium oratis* (h) *euocaui,*

(z) ſiørbavgsſakir.] *Ita* C. & M. *at caeteri omnes vitioſè* fiórdúngsſakir.

(a) hvergi rengdan.] F. ekki at giørt at rengia qvidinn, id.

(æ) gvlldv ſamqvædi.] Id. ſamþykku.

(b) vnnit ſimtardóms eid.] Id. ſimtarſtefnu dóms eid. *corrupte. ſed* D. E. Chh. *omittunt* vnnit.

(c) fram qvidinn.] H. ix. búa qvid fram, (illi) ix. euocati teſtim.

(d) þeim manni.] E. P. Jóni, *Iohannis.*

(e) þeſſa.] C. F. M. þá.

(f) fram.] C. M. af hendi.

(g) nefni ek — fram vorv komin.] F. *tantum*, at búarnir hauſdu borit á þá qvidinn, ok þá ſanna at ſaukum. euocatos contra reos teſtimonium tuliſſe, hosque verè noxios adfirmaſſe teſtificatus eſt.

(h) qvadda.] H. I. K. L. N. O. Q. S. nefnda.

A. C. *contra hos testificati sint & verè obnoxios adseverârint.* hanc antestationem
1012. fuimet gratiâ fecit. Iterum testes vocat; *Vos hujus rei testes adhibeo,* inquit, *quod ego Flosium Thordi filium, aliumve hominem, qui causae dictione legitimè mandata (i) hic fungitur, inuito, vt defensionem aggrediatur: jam enim pro-*
P. 243. *lata sunt omnia (k) accusationis instrumenta; prouocati rei ad (andiendum) jusjurandum, praestitum jusjurandum, enarrata crimina, dictum citationis testimonium, jussi considere coloni (aduocati), inuitati ad hos destruendum rei, datum a cognitoribus testimonium, horum denique renuntiatio contestata.* Quos testes ad confirmandas auctoritates omnes, quae tum erant proditae, appellauit. (l) Tunc ille, cujus super capite perorata fuerant crimina, surrexit, (m) actaque repetiuit: & primò quidem illud (negotium) vbi Mördus ad jusjurandum suum, criminis enarrationem, cunctaque argumenta audienda reos prouocauerat; deinde, quod hic & confirmatores sui jusjurandum dixerant. tum expositionem causae a Mördo habitam recitauit, eo quidem tenore, vt omnia verba in repetendo proferret, quae Mördus paullò ante tam in perorandis quam in denuntiandis criminibus suis adhibuerat; quodque haec (Mördus) in quinto judicio ita enarrauerat, quemadmodum formulâ intendendâ pronuntiasset. tum repetiit (n) quod testes de citatione 11) testimonium dixerant, rursus omnia illa, quae anteà (Mördus) in denuntiando, hique in perhibendo testimonio suo vsurpauerant, verba relegens; quae & ego, (o) inquit, nunc in recitatione

(i) her.] C. E. M. P. fyrir hann, pro eo.

(k) sakknargøgn.] C. M. frumgøgn, primaria argumenta (columina).

(l) Þá stód sá upp.] F. Nú st. upp sá.

(m) málit.] Id. aull ord þessi, omniaque haec verba (ɔ: praedicta argumenta). *Et subsequentia vsque ad haec,* hand til varnar, *negligit.*

(n) Þat er Þeir báru stefnu vætti.] E. P. *tantum,* stefnuvætti, testimonium citationis repetiuit.

(o) sagdi hann, *nesciunt* Iid.

11) *Hunc verò actum memorare neglexit auctor post expositionem causae.*

tatione adhibeo mea: quodque illud testimonium in quinto judicio ita dede- A. C.
rant, quemadmodum Mördus, cum citauerat, pronuntiauisset. tum recitauit, 1012.
quod ille cognitores jusserat considere: tum, quod Flosium aut alium hominem, qui legitimè mandatâ causae denfensione pro illo fungeretur, ad rejiciendum euocatos inuitauerat. tum repetiit quod coloni judicium accesserant, & aduersus Flosium testificati, obnoxium crimini adfirmauerant; quodque hoc testimonium ii IX. cognitores in quinto judicio pronuntiauerant: tum relegit, quod Mördus, euocatos (p) contra reum testimonium dedisse, testificatus erat: denique, quod is prolata instrumenta contestatus, (aduersarios) ad defensionem inuitauerat, repetiuit. Hìc Mördus Valgardi filius, nuncupatis testibus, *Vos antestor*, inquit, *quod ego Flosium Thordi filium, siue alium hominem, qui dictione causae legitimè mandatâ fungitur, defensionem aggredi veto; quippe nunc omnes accusationis auctoritates prolatae sunt, quae hanc ad rem jure pertinent, postquam* (q) *actio productaque argumenta sunt repetita.* Mox recitator hanc antestationem relegebat. tunc Mördus, appellatis testibus, judices sententiam dicere postulauit: at Gizurr *Albus*: Plura (r) tibi, Mörde, hìc fuerint facienda; non enim quatuor judicum dodecadibus sedere licuerit 12). Hìc Flosius ab Eyiolfo quaerit: Quid verò nunc remedii est? cui Eyiolfus: Nunc difficilis quidem explicatu res est, verumtamen (s) paulisper etiam exspectabimus; nunc enim aduersarios (t) hoc in (u) actu errorem commissuros auguror, quippe

(p) var á borinn] Chh. var borinn, testimonium tulisse.

(q) reifdo máli ok sva bornom gognom.] F. rett-fluttu máli ok sva gaugnum, legitimè prolata (relatâ, repetita) est actio, necnon argumento.

(r) mont þú Mørdr eiga at at gera.] C. E. G. M. P. munt þu M. (munu þer G.) at gera verda, tibi, M. (vobis) fuerint fac.

(s) skolo ver enn.] E. F. P. þó sk. ver nú, nunc exspect.

(t) nú.] F. brátt, celeriter.

(u) sókninni.] F. Chh. søkinni, hac re.

12) *Confer Cap. XCVIII. p.* 329.

A. C. 1012. p. 244. quippe cum ſententiam de lite Mördus praematurè poſtularit: illi VI. judices nominatim excipere debent; deinde nos, vt alteros VI. deuocemus, teſtibus adhibitis inuitare; at hoc non faciemus: nam ſic ipſi eosdem VI. judices nominatim rejicere debent, ſed id negligent, itàque ſua cauſa, modò in hoc offenderint, (v) peremta omninò eſt, quia tribus admodum dodecadibus ferre ſententiam licet. Ad haec Floſius: Tu verò, Eyiolfe, homo ſapiens es, adeo vt pauculos te credam ſuperaturos. Mördus Valgardi filius teſtes vocat, &, *Vos conteſtor*, ait, *quod ego hos VI. judices rejicio*, nominaque ſingulorum eloquebatur: *vos (judices!)* (x) *confidere caeteris judicibus nolo, vosque nominatim ex ipſo jure comitiali ciuilique lege judicio deuoco.* (y) Mox Eyiolfum & Floſium, teſtibus vſurpatis, vt alteros VI. judices nuncupatim exciperent, inuitauit; hos verò illi deuocare nolebant: (z) tumque Mördus judicari litem fecit. Atque hac deciſâ, Eyiolfus, nominatis teſtibus, *ſententiam judicum omnemque actionem irritam* pronuntiauit, *cauſam* (a) *adferens, quod* (æ) *ſeſquiquarta dodecas judicâſſent, vbi ternis admodum dodecadibus ſententiam dicere licuiſſet.* Nunc igitur nos (ait) cauſſas noſtras (b) in quinto judicio agamus, aduerſariosque reos efficiamus. Tum Gizurr *Albus* Mördo Valgardi filio: Tu verò (c) plurimum deliquiſti, (d) errorem in hac re faciendo; quod quidem magnum eſt (e) infortunium. jam verò, inquit, Aſgrime nepos, quid conſilii capiendum eſt? Hic reſpondit: Nunc mittamus ad filium meum Thorhallum, &, quid ille (f) nobis conſilii ſufficiat, videamus.

CAP.

(v) únyt.] G. unnit, victa.
(x) at ſitia.] C. G. M. íſetu.
(y) eſtir þat — or neſna, *neſcit* F.
(z) þá.] C. þó, tamen.
(a) til.] E. P. til þeſs, ejus rei adf.
(æ) *Hic deeſt unum folium in* F.
(b) á þá, in eos, *inſer.* C., G. M.
(c) allmiok.] E. P. allilla, quam malè.
(d) ſagdi hann, inquit, *add.* C. G. M.
(e) úgæfa.] Iid. ógipta.
(f) leggr til ráds med oſs.] Iid. vili (vill C. M.) oſs til ráds leggia, nobis conſ. ſuggerere velit.

CAP. CXLVI. A. C.

Pugna in Comitiis vniuerſalibus. 1012.

(g) Cognitô jam quò loci res eſſet perducta, Snorrius Pontifex cateruam ſuam infra (h) Algmannagiam, hanc inter (i) & (tabernaculum) Hladbudam, diſponere, ſuosque praemonere ipſis porrò facienda, coepit. (k) Interim curſor ad Thorhallum Aſgrimi filium vêniens denuntiat, eò nunc eſſe ventum, vt Mördus Valgardi filius ſociique omnes rei ſint peragendi; accuſationem verò homicidii (l) peremtam eſſe. Quâ re auditâ Thorhallus adeo commouebatur, vt (m) vocem non emoliri poſſet vllam. tum verò (n) ſtratis exſiliens, haſtam a Skarphedine acceptam (o) corripit vtraque manu, & per tibiam adigit ſibi: haeſit ſpiculo caro & (p) *clauus* ipſe *dolorificus* (collectio puris), quippe vomicam in pede reſcidit; vis autem ſanguinis tanta (q) ac tabi flumen promanauerunt, vt in modum riui per pauimentum (r) caderent. Mox e tabernaculo egreſſus, ne claudicans quidem, adeò grandi gradu iuit, p. 245. vt ſubſequi eum (s) nuntius nequiret: protinusque ita contendit, dum ad

Yyy quintum

(g) *Caput ſic incipit in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka at Snorri godi ſpyrr ɂc. (at Sn. er godi (er Sn. g. er) at han fylkir lidi fyrir ɂc. C. M.) Hìc ſermo ea de re inſtituendus, quod Sn. Pont. cognitô &c. (quae ad Snorrium pontificem pertinet: is ſcilicet caterv. hominum infra &c.

(h) — gió.] *Omnes praeter* A & D. — giá.

(i) ok, *excludit* O.

(k) Nú er frá því at ſegia at, Iam verò dicendum, quod, *praeponunt* C. G. M.

(l) eytt.] G. P. E. ónytt (ónutt). *Mox addit* P. øllum, omninò.

(m) eigi ordi vppkoma.] C. G. M. ekki ord mæla, nullum verbum eloqui.

(n) rúminv.] G. ſænginni.

(o) þreif.] C. G. M. greip.

(p) kveiſv naglinn.] G. kviſu naglinn.

(q) fellr ok vagføllin.] E. P. fell vagføllum, flumine tabi mixta profluit, — caderet. G. ſtód út úr fætinum, ex pede exſtitit (effluxit).

(r) fell.] E. P. rann, decurreret.

(s) ſendimadrinn feck.] lid. menn fengu, homines nequirent.

A. C. quintum judicium veniebat. Hìc illi Grimus *Rufus*, Floſii cognatus, obuiam
1012. fit, ac ſimul vt congrediuntur, (t) Thorhallus haſtam dirigit in eum, quae ſcuto illapſa hoc diffidit, corpusque hominis ita penetrauit, vt medios per humeros emineret: mox Thorhallus hominem (u) ab haſta projicit. Hanc rem Karius forte conſpicatus, Aſgrimo dixit: Ecce huc Thorhallus filius tuus, homicidiumque jam nunc edidit; & hoc ſanè magno eſt probro, ſi is erit ſolus, qui (r) animum ad vindicandam (armis) habeat exuſtionem. Hoc verò non fiat, inquit Aſgrimus, ſed ſtatim inuadamus aduerſarios. Tum ingens (x) conclamatio fieri ab tota concione, mox etiam (y) cani bellicum: Floſius ac ſocii ſe contra (aduerſarios) vertere; pars vtraque ſuos firmiter exhortari. (z) Karius Sölmundi filius eò gradum contulit, vbi Arnius Koli filius & Hallbiörn *Robuſtus* aduerſum conſtitêre. Hic vbi primùm ſenſit Karium, ei gladium intendit, (a) pedemque deſtinat: Karius autem ſubſiliendo ictum exiit ab Hallbiörne ſibi intentatum. Et ad Arnium conuerſus gladiô ferit, qui humero accidens ſcoptulum jugulumque diſſecuit, (æ) ſeque ita demiſit vſque in pectus; quô Arnius, continuò moriens, ad terram cecidit. deinde

(t) lagdi Þórhallr til hans — gegnum hann.] lid. rak Þórhallr] ſpiótit í gegnum ſkiölldinn. er Grímr kom fyrir ſik ok ſiálfan hann, Thorh. haſtam adigit per clypeum quô ſe Grimus protexerat, nec non corpus ipſius, ita vt &c.

(u) daudum, exanimum, *inſerunt* C. E. G. M. P.

(v) hug til hafa.] E. P. þora, audeat vindicare incendium.

(x) kall.] C. M. kallat.

(y) var æpt.] G. eptir, deinde.

(z) Kári S. ſon ſneri nú þar at ſem.] G. C. M. Nú er at ſegia frá Kára (S. ſyni) at hán ſnyrr at þar ſem, Iamque (primùm) de Kario S. filio narrandum: is eò grad. confert &c.

(a) fótinn.] E. fótit. *Quam lectionem nequis planè mendoſam putet, nedum neutralem capiat; nam quemadmodum.* d *pro* nn *haud rarum eſt, ita quoque* t *pro illo* d *ſiue* nn *ſaepè in fine vocum inuenitur, vt* golldit *pro* gollдinn, *&c.*

(æ) hlióp allt.] E. P. hlióp allt ſverdit, totusque gladius in pectus demittebatur. C. G. M. klauf hann allt, corpusque vſque in pectus diffindebat.

deinde ictum Hallbiörni inferens ſcutum collineauit, eôque trajecto, (b) enſe A. C.
deorſum currente pedi pollicem deputauit. (c) Holmſteinn pilum in Karium 1012.
jaculatur, quod hic ſublime intercepit, retortoque necem cuidam e Floſii
caterua intulit. Thorgeirr Skorargeirr eam partem aggreſſus, in qua Hall-
biörn *Robuſtus* erat, haſtam in eum altera manu tam vehementer impegit,
vt homo (d) rueret in caſum, ſeque in pedes (e) aegrè molitus oppidò
faceſſeret. Poſtea (f) Thorgeirr obuium habebat Thorvalldum Ketilis Thrymi
filium, eique ſtatim intendit ſecurim, quae Skarphedinis fuerat, Rimmugygam:
ille ſe ſcuto protegebat, hoc adeò Thorgeirr ferit, ac totum diſſecat; (g)
anterius verò cornu (ſecuris) pectori immiſſum in caua corporis ſe penetrauit;
vnde Thorvalldus ilicò mortuus cadebat. Sed jam narrandum eſt Aſgrimum
Ellidagrimi filium, filiumque illius Thorhallum, Hialltium Skeggii filium &
Gizurem *Album* inceſſiſſe, quas Floſius, Sigfuſſonii, aliique incendiarii partes
tenuêre; quos inter praelium valdè vehemens hunc exitum habuit, vt (h) illi
tam acriter inſtarent, vt hi locô pellerentur. Gudmundus *Potens*, Mördus
Valgardi filius (i) ac Thorgeirr Skorargeirr vrgebant Exfiördenſes, Oſtfiörden- p. 246.
ſes & Reykdalienſes, quorum (k) aſperrima fuit pugna. Karius Sölmundi

 filius

(b) ſva ofan af honom þvmaltána.] C. M. G. tók af honom tána (ena) meſtv, pedi vnum ferè totum digitum (pollicem) deput. E. P. ofan á fótinn ok tók af þat ſem við kom, ferro in pedem decurrente, quod tetigit, deput.

(c) Hólmſteinn — Floſa, *neſcit* E. *ſed* P. Hólmſt. — ſterki, *mox ſubſtituens* Hallbiarnar *pro* hans.

(d) fell fyrir.] E. P. fell á bak aptr, reſupinaretur.

(e) navðvliga.] I. travðugliga.

(f) mætti Þórgeirr Þórvalldi Þr. ſyni — með.] E. P. hió Skorargeirr til Þórvallds Þr. ſonar með, Skorargeirr Thorvalldo K. Thr. filio ſec. int.

(g) ſú in fremri rann í.] C. G. M. nam, cornu autem pectus tetigit & in *&c.*

(h) þeir ſóttv.] Iid. þeir Aſgrímr gengv, Aſgrimiani.

(i) ok Kári Sølmundarſon, *adjiciunt* C. & M.

(k) allhardr bardagi.] Iid. allſnarpr bard. F. P. allhørd ſvipan.

A. C. filius interuenit, vbi aduerſum ſtetit Biarnius Broddhelgio natus, haſtaque humi
1012. excepta petiit eum; quae in ſcutum impulſa, niſi Biarnius hoc (l) ab ſe remouiſſet, ipſum continuò transverberâſſet. hic viciſſim ictum Kario intentauit, pedem ejus deſtinans: ictus autem, quod Karius, (m) ſummoto pede, ſe calce vnico inſiſtens auerteret, in vanum labitur. (n) ſubinde (Karius) enſem in Biarnium vibrat: ecce homo quidam prouolans (o) ei clypeum praetendit, quem (clypeum) ad imum dirupit Karius, femurque perſtringens mucro, totum pedem deorſum ita (p) proſcindebat, vt idem homo, ſimul collapſus, nunquam integer euaderet, quoad vixit. Tum Karius haſtam ambabus manibus prehendit, & ad Biarnium (q) conuerſus, dirigit in eum. hic autem, nihil aliud reliqui ſibi videns, quam vt obliquè (r) projiceret ſe humi, ſic petitionem declinauit; atque, vt in pedes erigebatur, ſimul retroceſſit. Interim Thorgeirr Skorargeirr (s) & Gizurr *Albus* ibi impetierunt, vbi (t) Holmſteinn (u) Spakberſii & Thorkell Geiteris filius aderant; quorum congreſſus ita euaſit, vt (v) Holmſteinn & ſui retroagerentur, caterua Gudmundi *Potentis* magno eis conuicio inclamante. (x) Thorvalldus Tiörfii filius a Lioſavatno vulnus accepit luculentum tranſfixo haſtâ brachio ſuo, quae ab Halldore filio Gudmundi *Potentis* jacta credebatur: eamque plagam (Thorvalldus) nunquam, per

(l) nidr, deorſum, *inſerit* G.

(m) kipti.] G. brá vid, id.

(n) þegar til hans.] E. P. á móti, viciſſim — gladium vibr.

(o) ok ſkavt ſkilldi fyrir Biarna.] C. G. M. med ſkiølld fyrir hann.

(p) reiſt.] E. P. reif, lacerauit.

(q) med, cum ea, *addit* C.

(r) hann let fallaz.] G. fallaz, procumbere.

(s) ok G. hvíti ſóttv.] C. E. G. M. ſótti, impetebat.

(t) Hólmſteinn.] E. P. Ketill.

(u) Spakberſaſ.] Iid. G. Spakbavdvarsſ. *neutri, vt arbitror, benè.*

(v) Hólmſteinn hrvkkv.] E. P. ſnerii, hi ſe in fugam verterent.

(x) Þórvalldr.] C. E. G. M. P. Þórvardr. *Hic autem nepos erat Thorgeiris Pontificis.*

per totam inde aetatem, resarciuerat. Tum quam densissimus fieri congressus: A. C.
caeterùm, vtut hìc nonnulla (quae ibi accidebant) prodita memoriae sint 1012.
euenta, multò tamen plura sunt ea, de (y) quibus (z) nihil (certi) fando acceptum est. Praeceperat suis Flosius, vt praesidium loci in Almannagia, si perturbarentur, peterent; hìc enim nonnisi ab vnica parte (a) impugnari poterat. Iam autem cohors, quam Hallus ab Sida & filius Liotus habuêre, propter impetum (æ) Asgrimi filiique hujus Thorhalli praeliô abscesserant, perque orientalem ripam Öxarae descendebant; cum Hallus infit: Magnum hìc malum accidit, cum tota Comitiorum vniuersitas arma confert. velim, mi fili Liote, nobis vt auxilium petamus, &, licet id nobis ignominiae vertatur a quibusdam, pugnantes dirimamus. subsiste tu igitur ad pontis extremitatem, sed ego tabernacula intrabo, (b) & subsidium mihi petam (c). Liotus respondet: Quod si Flosium & suos opis nostrorum hominum indigere sentio, simul ego cum his vnà succurram. Hoc tu prout libet (d) facies, inquit Hallus, ego verò (e) te postulo me vt maneas. Iamque (f) fugam (g) manus Flosii petere, vniuersique (h) trans Öxaram facessere ad orientem, p. 247.

(y) er.] E. at, id.

(z) avngar fráſagnir.] P. øngva fráſøgu.

(a) at.] G. at honom, ipse.

(æ) [høfdv hørvat — þeirra fedga.] O. hafdi ꝛc. *singulari*. C. G. M. var haurfadr — manna, sociorum Asgr. & Thorh. — abscesserat. *Sed notanda rarissima illa in textu constructio*, flokkr ſá — høfdv, *quemadmodum in* Skàllda, Herr búazt hvarir til ſnerrv, Exercitus vterque se comparant *ad praelium: quam tamen auctor Synthesin in lingua Noruegica rariorem adfirmat.*

(b) ok bidia mer lids.] C. G. M. at fá mer lids (lid), subs. mihi quaesitum.

(c) þá mun ek þegar til fara (koma) at ſkilia þá, moxque adibo (adueniam) ad dirimendum pugnantes. *addunt* E. P.

(d) mvntv.] G. máttu, facias licet.

(e) bidia vil ek þik.] E. P. villda ek, vellem — maneres.

(f) breſtr flótti.] C. G. er þar til máls at taka at flótti braſt, id narrandum venit, quod fug. &c.

(g) lidi.] K. L. S. lid.

(h) avſtr yfir.] C. M. G. veſtr um (med) — (secundum Öx.) — contra occiden-

A. C. Afgrimo & Gizure *Albo* cum toto agmine infequentibus, (i) concedunt Flo-
1012. fiani (k) amnem inter & (tabernaculum) Virkisbudam: eò autem loco Snorrius *Pontifex* cateruam fuam in praefidium difpofuerat adeò confertim, nulli vt eâ quirent peruadere. Tunc Flofium Pontifex inclamauit (hoc modô): Quî vos adeò citatim ruitis? aut (l) qui premunt vos? Flofius refpondet: Non eò tu hac de re quaeris, (m) quia non ante refcias. (n) quis verò in caufa eft, quamobrem nos (o) petendo in Almannagia (p) propugnaculo intercludamus? (q) Non ego fum in caufa, regerit Snorrius; illud autem fcire me fateor, qui fint auctores, &, fi cupis, indicabo tibi (r): auctores igitur funt Thorvalldus Kroppinfkeggius & Kolus. Hi autem, jam tum occifi ambo, homines fuerant (s) in manu Flofiana fceleftiffimi. (t) E contrario fuis loquebatur Snorrius: Nunc vos (u) vtrumque facite, vt (gladiis) caedatis hos & (haftis) fodiatis, atque hinc eos pellite; fic parum temporis confiftent hoc in loco,

---

dentem. || *Omninò rectius* veftr; *nam ad jurisdicundi rupem orientem verfus coepta eft fuga Flofianorum; atque ab occidente amnis fita eft Almanagià, vbi Flofius praefidium petere cogitauerat. confer pag. Text.* 248. *lin.* 10. G. Pauli.

(i) tveir menn voru í þeffum fvifum drepnir af Flofa, Interea loci duo ex Flofianis occiduntur. *infer.* C. G. M.

(k) ofan á milli árinnar ok virkisbúdar.] Iid. nedan milli (nordr millum G.) Virkisbúdar ok Hladbúdar, furfum (boream verfus) inter tabernacula Virkisbud & Hladbud. E. P. vndan med Virkisbud, propter tabernaculum V.

(l) hverir ellta.] C. G. M. hverr elltir, quifnam premit.

(m) er.] Chh at.

(n) hvarr velldr því.] Iid. hvat, quid. C. E. G. M. P. hvert velldr þú því, Tune in caufa es.

(o) fækia.] E. Chh. ná, capiendo.

(p) fem ver høfum hugat, quemadmodum in animo inftituimus, *addit* G.

(q) Eigi velld ek því.] D. *eleganter,* Engi velld ꝛc. Nullus ego. C. M. Eigi veit ek þat, Hoc ego nefcio.

(r) úfregit, vltrò, *addit* G.

(s) í lidi Flofa, *ignorant* C. G. M.

(t) í annan ftad.] G. í annat finn. E. P. þá, tum fuis &c.

(u) hvartveggia.] C. G. M bædi.

loco, (v) si etiam infra ab aduersariis vrgentur. (x) tunc autem vos ne A. C.
insectaminor, sed (y) facite ipsos (vtrosque) inuicem contendere. (z) Thor- 1012.
steinn Holmudus, vti suprà est demonstratum, filius (a) Skaptii Thoroddi
filii vna cum socero Gudmundo *Potenti* pugnae interfuit: quod simul ac
inueniebat Skaptius, ad tabernaculum Snorrii *Pontificis* graditur, (æ) auxilium
ad discernendum certamen sibi petiturus. vbi verò (b) tantum non ad ostium
tabernaculi aderat Snorriani, praelio tum quam vehementissimo, Asgrimus
ac sui eò adscendêre, patrique Thorhallus ita fatus est: Ecce illic, mi pater,
Skaptius Thoroddi filius. & Asgrimus, (c) Video, mi gnate, inquit, pilumque
mox in Skaptium conjecit: quô surae infra ipsam pulpam impactô, & per
vtrumque pedem ita (d) penetrante, Skaptius ictu corruit, neque se attollere
potuit a casu: (e) qui autem praestò erant, nihil aliud quod consilii caperent,
inuenerunt, quam vt Skaptium in (f) tabernam samiatoris cujusdam pronum
trahe-

(v) ef.] C. M. er, quando.

(x) skolv þer.] E. P. en ekki skulu ver, at porrò nihil insequamur.

(y) láta.] C. látid. E. P. látum, faciamus.

(z) Son — var í — goda.] C. M. Skapta Þóroddssyni var sagt at Þorsteinn Holmudr son hans var í ꝛc. Nuntiatum est Skaptio Th. filio, filium ejus Thorsteinem Holmudum vnà — interesse &c. E. P. Skapti Þóroddsson fór til búdar Sn. goda þegar han vissi at Þorsteinn Holm. son hans var í, Skaptius Th. filius adiit tabern. Sn. Pont. simul ac filium suum Thorsteinem Holm. vna — interesse cognouerat.

(a) Skeggia.] *Repone* Skapta.

(æ) ser lids at skilia þá.] C. M. Snorrá at han gengi til at sk. þá med honom, a Snorrio petiturus, vt secum accederet ac dirimendum pugnantes.

(b) eigi allt — búdardyronvm.] E. P. misk — búdinni, poenè ad tabernaculum.

(c) mællti. se ek þat frændi. skavt han þá.] C. G. M. ser þat. ok skytr þegar, id conspicatus, hastam ilico in Sk. conjicit.

(d) kom, *addunt* C. M. stód, G. fló, peruolante, E. P. *ante* sva.

(e) eina ráds tekit er hiá.] E. P. eitt rád er vid, — id unicum consilium repererunt.

(f) búd sverdskrida nokkvrs.] K. L. búd nockra, tabern. aliquam. E. P. búdina, tabernaculum (Snorrii *sc.*).

A. C. traherent. Tum Afgrimus & focii tam acriter inftiterunt, vt Flofiani, prop-
1012. ter amnem contra meridiem pulfi, ad tabernaculum cederent Mödruvallenfium. Hac in parte ad tabernam quandam homo conftitutus, nomine Sölvius, qui cibum magno in lebete coxerat, ac jam tum (g) extraxerat è lebete; feruor autem juris quam vehementiffimus erat. hic forte confpicatus, vbi fugam maturauerunt Oftfiördenfes, jam e regione illius peniffimè progreffi; Adeone, inquit, hi omnes animô imbelles funt, qui hac fugiunt, Oftfiördenfes? & (h) greffum corripit vel ipfe Thorkell Geiteris filius; atque adeò quam mirum
p. 248. eft mendacium, quod eum plurimi (i) nihil effe nifi animum dicunt; nam ipfo (k) ocius nunc decurrit nemo. Hallbiörn *Robuftus*, eòdem forte appropinquans, fufcipit: Non praedicabis, faxo, effoeminatos effe nos omnes. hominemque corripit, & continuò fublimatum in lebetem coquinarium capite mittit: fimulque Sölvius exfpirauit. (l) Tunc & ipfe Hallbiörn adeò premebatur, vt (m) fe in fugam vertere cogeretur. Flofius pilum in (n) Brunium Haflidii filium torfit, idque in medium hominem veniens necem ei intulit. is erat ex manu Gudmundi *Potentis*. Retractum ex vulnere pilum Thorfteinn Hlennii filius in Flofium retorfit; quô pedi illapfô (o) magnam hic plagam accepit, fimulque procumbebat; fed e veftigio refurgens, cum fuis tabernaculum Vatzfiör-

(g) fært.] E. P. færdan matinn. || or katlinvm *ignorant* C. M.

(h) renn.] *Omnes praeter* A. & D. rennr.

(i) fegia hann hvg einn.] C. G. M. hafa þat þó fagt at han fe ekki nema hugrinn einn, tamen nil — dixerunt. E. P. fegia alldiarfan, magnopere audacem dic.

(k) hardara.] E. P. meirr.

(l) var þá ok — at flyia.] Iid. en Hallbiorn flúdi þegar med fínum mönnum, ipfe verò Hallb. ftatim cum fuis fugam maturauit.

(m) vndan at flyia.] C. M. vnd. at leita. G. — láta, cedere.

(n) Brúna Haflidafonar.] E. P. Haflidafonar er Brúni het, filium Hafl. qui Brunius nomine fuit. *Infolens verborum pofitus.*

(o) miök, valde, *addunt* C. G. M.

Vatzfiördenſium fugâ petiit. Interim Hallus & Liotus cum (p) omni caterua ſua transgreſſi amnem ab oriente quum jam in *ſaxetum* perueniſſent, tum pilô ex caterua Gudmundi *Potentis* emiſſô Liotus medio corpore trajicitur, ac ſimul animâ deſtitutus, concidit; nunquam manifeſto ejus homicidii patratore. Floſianis inde ſupra tabernaculum Vatzfiördenſium concedentibus, Thorgeirr Skorargeirr Kario loquitur: En illic Eyiolfus Bölverki filius, (q) ſi tu ei gratiam vis de (accepta) armillâ reddere. Hoc non alienum cenſeo, ait Karius (r): eripitque haſtam cuidam, & in Eyiolfum conjicit; ea medium in corpus hominis veniens, id (s) tranſuerberauit, illeque ad terram prolapſus continuò exſtinguebatur. Tunc praeliô aliquantum langueſcente, Snorrius *Pontifex* ſua cum caterua interuenit, ſeque jam illi Skaptius aggregauerat; iique pugnantibus ita intercurrunt, vt non eſſet facultas confligendi. (t) tum etiam Hallus illis ſe adjungens, dirimere pugnam ſatagit. ita induciae conſtituuntur, (u) per reliquum comitiorum ſeruandae. Deinde cadauera ad ſepulturam compoſita, & ad templum elata; obligataque vulnera ſauciorum. Poſterâ die conuentum ad *jurisdicundi rupem* erat, cum Hallus ab Sida ſurgit, ac ſilentiô poſtulatô impetratôque ſimul, ita eſt orſus: Hìc expetiuerunt (v) graues caſus in mortalitatibus hominum (x) litibusque. ego (y) etiam nunc, A. C. 1012.

(p) ſinn allan.] E. P. mikinn, ingenti.

(q) ef þú villt lavna honom hrínginn.] C. G. M. Kári. ſagdi han. lavna þú honom nú hrínginn, Kari! inquit, nunc tu — redde. || F. *tantum*, med rángindin, cum iniquitatibus ſuis.

(r) at launa honum tillaugur ok ſá honom raudan kyrtil, vt ei gratia de ſuggeſtionibus ſuis referatur, & rubrae dentur exuuiae. *addit* F.

(s) gekk.] E. P. ſló, peruolauit.

(t) gekk þá í lid med þeim.] Iid. var þá ok til kominn, tunc etiam H. interuenerat, (&).

(u) ok ſkylldv þav halldaz vm þíngit.] C. E. R. M. P. fyrſt vm þíngit.

(v) hardir atbvrdir.] E. P. hørd tídindi, grauia euenta.

(x) málaſóknvm] Chh. málaferlum.

(y) enn.] C. M. nú, nunc. F. jafnan, ſemper.

A. C. quod pusilli animi sum, ostendero; quippe Asgrimum (z) caeterosque illa-
1012. rum partium (a) principes orabo, nobis vt copiam aequabilis faciant compositionis. multis denique (æ) speciosis verbis agebat ille hac de re. (Ad ea) Karius Sölmundi filius respondit: Quanquam alii omnes de suis injuriis transigunt, de meis ego non transigam; vos enim homicidia, quae hìc facta sunt, ad incendium aequiparare, credo, postulatis; nos verò id non (b) patimur. Vnum idemque pronuntiauit Thorgeirr Skorargeirr. Tunc Skaptius Thoroddi filius surrexit, ac, (c) Te verò, ait, Kari, praestitisset non deserere socerum leuirosque tuos, quam nunc subducere te pacificationi (d). Tum Karius sequentia fudit carmina:

p.249. (e) At quid, veruti lator, etsi effugimus,
(Nam de minori crimine

Accu-

(z) þá adra.] G. alla menn adra, omnesque reliquos.

(a) fyrir] E. P. í, participes.

(æ) forkvnnar, insignitè, *add.* F.

(b) þolvm.] E. P. vikium, volumus.

(c) hefdi þer verit Kári at renna eigi.] C. G. M. veri þer at hafa eigi runnit, — praestaret — deseruisse.

(d) vid góda menn, cum bonis viris, *adjicit* F.

(e) *Ordo verborum in hoc carmine mihi talis est:* Hvat skalltv 1) rannd=linnz α) rvnnr 2) fryia oss β) at, 3) þótt 4) rynnim. 5) of minni savk γ) dreif 6) skarpt Skøglar 7) hagl 8) á skvivm. 9) blavdr brynivm 10) meidr, 11) hinn er hellt δ) til 12) búdar 13) med skeggit ravda. þá er 14) hiallta 15) hátúngr súngv miøk.

1) D. Chh. rannlinnz. E. F. ranlinnz. 2) E. F. N. P. flyia. *quod hìc accipiendum fuerit pro fleygia, vt sensus sibi constet: ita* flyia at oss, nobis objicere. || O *legit* áfryia, *pro* at fryia, *vna voce, quod idem ferè ac simplex denotat.* 3) F. þó at, I. L. N. O. Q. S. þó, id. 4) P. rinnum, id. O. Q. S. rinni, effugerim. *malâ vtrique orthographiâ.* F. rennim, fugiamus, I. K. L. N. renni, fugiam, *tempore minus congruenti.* G. runnut, *vitiose: quod forsitan factum ex* runnac *l.* rynnac, effugerim. 5) E. H. I. L. N. P. Q. af, C. R. vm, id. K. O. at, (ad,) in. 6) F. K. hart, dura. 7) C. M. *contra metrum,* skúr, nimbus. *tumque aduerbium est* skarpt. 8) N. af. G. or, ex

Accuta grando Skögulae in scuta cecidit:) A. C. 1012.

Objicere nobis postulas?

Is ipse tu qui, lingulae capulorum vbi

Sublimè valdè recinerent,

Zzz 2 Thora-

ex (*scutis sc. decidit in terram acuta Skögulae grando, vel* ex nubibus (aëre), *si* sky *propriè accipias).* 9) D. bland, *foemino genere, quasi dicat* foemina. 10) E. P. meid. *casu accusandi, perperam.* 11) G. hvíat hú hellt, Tu namque cursum — tendisti ad tentor. 12) Q. brúdar, puellam (vxorem tuam). *vel, si singularem pro plurali ceperis,* mulieres, *quas ad tabernacula sese continuisse, dum pugnabatur, verisimile est.* 13) G. vid, id. *&* *elegantius quidem.* 14) O. hiallti hádúngar, (cum) contumeliae per ferrum resonabant. 15) F. háttúngur, *quod ex* hátt túngr *coaluit, nec sensum mutat.* || E. K. L. M. P. háttúngar, dispositores, ordinatores l. compositores capulorum *ɔ: viri* bellicum intentè canerent. *Nisi mavis illud pro* áttúngr *capere, ita vt* hiallta áttúngar *f.* cognati capulorum *sint* gladii. || N. hittíngar. *invito quidem metrô, sed tamen* hiallta hittíngar, f. congressiones capulorum, (*per Synecdochen, gladiorum,*) praelium *significare possunt.*

α) Rannlinnr *l.* randlinnr, *f. jaculus clypei est* hasta, *potius quam* gladius *vt interpretatur G. Pauli; Edda enim docet tela praecipuè missilia nominibus designari serpentum. Hinc* randlinns runnr, *viri adpellatio; quâ poëta Scaptium casu vocaudi adloquitur.* β) *Hic* Tó at *superfluum est, nisi subintelligendum sit* hví, ɔ. in ea re, *l.* illud. γ) *Haec aliter disponit* G. Pauli, *nimirum:* — fryia oss of minni sakk, hótt rynnim. (skarpt hagl dreif á Skøglar skyivm); *adeòque intellexit: Quid objicias nobis* in mea causa (*quae nihil ad te pertinet*) *quamquam effugerimus? Sed sic admodum jejuna erunt reliqua parenthesi conclusa. Ego igitur alteram dispositionem haud minus congruam puto, quae hunc ferè sensum parit: Quid objicere te nobis istam rem, quod incendiô effugimus? vt scilicet mortem incendiô absumtorum vindicaremus; de minori enim causa violenta saepè commissa est pugna. Caeterum* Ja hagl á Skøglar skyivm *duplici modô disponi, eôdem sensu manente, possunt,* 1) *vt paullo ante fecit G. Pauli, qui* Skøglar sky clypeos *interpretatur: cum quo faciunt ista in Edda Snorronis (locum non memini):*

Raufzt Hilldar sky
vid Hvítaby.

I. e. Disrumpebatur Hilldae nubes (*propriè,*

A. C. 1012.

Thoraci' tritor, petieras tentorium
Mollis rubente barbulâ.

(f).

(g) Vbi editores caedium defecerat
Cupido pugnam rumpere,

(Parum

---

priè velamentum, ɔ: fcutum) *apud Albipolim. Sic verò* hagl *femiplena modò telorum miſſilium denominatio, nonnihil fortè adjuta epitheto* ſkarpt, aſpera. 2) *hunc in modum,* Skøglar hagl — á ſkyivm; *cum & hagl, adjecto bellonae nomine, juſta euadit telorum ſ.* haſtarum *appellatio: &* ſkyr (*non autem* ſky) *vocabulum* ſcuti *appellatiuum eſt, quod etiam Edda praefert in nomenclaturis clypeorum. vtrumlibet praeferas, ego ſanè poſteriorem.* δ) Hellt *aequè ſecunda vt tertia perſona praeteriti, adeòque in priori conuenientius exponitur: de adjectiuo autem* blaudr *non contendo, vtrum ſit nominatiui, an vocatiui caſus.* ε) Hiallta túngr *ſ. linguae capulorum* gladii *ſunt. Sed adjectio* þá *G. Pauli denotat* hátt reidd (ſverd) ɔ: altum eleuati. *Ego tantum aduerbiô, vt eſt, reddidi; quò ad vtrumque,* túngr & ſúngv, *referri poſſit, vt etiam poteſt.*

(f) Kári qvad víſu adra, K. alterum cecinit carmen. *inferunt* C. G. M.

(g) *Ordinem verborum in hoc carmine talem recepi:* Margt α) 1) vard Skapta at 2) hapti, þá er víga niørdvm β) 3) þravt 4) vilia γ) at ſkilia. litt 5) gekk 6) ſkálld δ) fyrir 7) ſkiøldv. 8) er 9) matſiódar drógv 10) málmrógs 11) móda ε) 12) ſlatan inn í búd at 13) trúdvm ζ). 14) ſlíkt 15) er allt af ædrv η).

1) Vard þá er, *ex* C. & M. *expreſſi; pro quo caeteri praeferunt* varda ek: *quod quanquam ſenſum duarum primarum ſtropharum ſatis commodum, nec jejunum pariat, nimirum,* Ego prohibui pugnatoribus (*viris*) voluntatem diſcrimen (*pugnam*) dirimendi? *vel ſi mauis,* Prohibui homines pugnam dirimere? voluntas defecit *eos. vel denique,* Prohibui pugnam dirimi? voluntas homines defecit: *tamen in explicandis duabus ſequentibus ſtrophis magnam exhibet difficultatem, cum aut verbum* gekk *ad vtrumque,* ſkálld & margt *referatur, aut* Jó at hapti *pro verbo capiatur, ſit neceſſe, quod an procedat, dubito.* || O. *primam ſtropham ſic, at perperam, habet:* Verda kann víg á margum, Fieri poteſt caedes in multis (ɔ: multorum hominum). 2) N. hepti, *eodem ſenſu, at inuito metro. caeterùm illud verbum eſt.* || E. K. P. happi, feliciter euenerunt, *per ironiam. vel,* lítt margt at happi, parum multa (*pauca*) feliciter euenêre.

3)

(Parum eſt poëta ſcuto abuſus.) Skaptium A. C.
Non pauca praepediuerant: 1012.
Lixae [virum] cum ſtrenuum in calumnia
Ferri ſupinum traxerint

Zzz 3 (Quae

3) P. þrátt, litigium, jurgium, *quod conſiſtere poteſt in diſpoſitione ſub n.* 1. *adlata.* 4) N. vilie. *inſolentiori conſtructione.* 5) D. I. gegg, id. 6) P. ſkáll, id. || D. I. H. L. N. Q. S. ſkadd, laeſio, detrimenti illatio, O. ſkapt, haſtile: *vtrique perperam.* 7) O. ſkiølldum: *quod hunc ſenſum inuoluit*: Parum promouit poëta (hoſtiles) clypeos ɔ: *Non ego auctor fui inferendi ſigna infeſta. at hoc non verum eſt: conf. p.* 538. 8) F. þa er, id. 9) matſiódar *ex* C. G. M. *recepi.* E. Chh. matſióda, A. D. matt ſióda, *quod ſine dubio idem ac* matſióda, *de quo vide mox n.* 11. 10) G. P. *neglectâ conſonantiâ metrica*, málmregs, metalli (*ferri*) tempeſtatis l. procellae (ɔ: *pugnae*). 11) K. N. P. Q. meidar. *vnde ordo*: málmrógs meidar matſióda (ɔ: matſióda menn) commilitones l. ſocii lixarum; *vel*, matſióda meidar, qui cibis coquendis operantur, ɔ: *coqui*; *& ſic* málmrógs, in praelio. *vel denique* málmrógs meidar matſiódar, *per adpoſitionem*, homines lixae. 12) F. fløttan, (*non autem* flóttan fugam *legendum, nam ita ſenſus perit*,) *quod accipi poteſt pro* flattan, proſtratum, reſupinatum, ſolo aequatum. 13) C. M. trúdar, *genit. ſing.* at trádar, apud vappam, *i. e.* in tabernaculum vappae. *Hanc lectionem adprehendit* G. Pauli, *& vna voce legit* áttrúdar, *idque exponit* áti edr mat at mønnum trodanda, edulia ſ. cibum hominibus obtrudentis ɔ: *coqui. Sed conf. not.* ζ) *infra.* || P. ſúdum, impuros homines. *vulgatum conuicium.* 14) Q. *propter conſonantiam metricam ſupponit*: Eda er ſlíkt af ædru, An verò iſta res a deſperatione profecta eſt? 15) F. var, erat.

α) *De hoc loquendi modo confer pag.* 22. *not.* κ. β) Riordu [*accuſatiuo*] *poſſit videri vſitatior conſtructio.* G. Pauli. γ) þravt vilia ꝛc.] *Propter feruorem pugnandi ſc.* Idem. δ) Gekk fyrir ſkiolldu [*iuit poſt clypeos*] *pro* bar ſkiolldu fyrir ſik [*praetendit ſibi clypeos ſ. ſe iis protexit*] ɔ: non pepercit ſibi; *per Hypallagen.* Idem. *Hanc viri doctiſſ. explicationem ſequutus ſum, quamquam addubitem, an mentem poëtae in iſtis tenebris ſit nactus.* ε) Módi, *quid ſit, non exprimit G. Pauli, tantum dicens* málmrógs Móda *eſſe* viri *adpellationem.* Módi *adpellatur filius Thori in Edda, qui etiamſi non inter Aſos numeretur, nomen tamen ejus, quemadmodum illorum, in denominationibus virorum metapho-

A. C. 1012. (Quae nata res eſt omnis a formidine.)
Vappas ad in tabernulam.
(h).
(i) Habuêre ludum concitores & jocum
Alcis marinae (Quam probè

Tum

---

taphoricis adhiberi poſſe non eſt vero disſimile. illud autem ſignificare videtur animoſum, *quod quidem hic ironicè fuerit capiendum. Alias poteſt* móði *adjectiuum eſſe, ſuppreſſo articulo* hinn (enn *l.* inn), feſſum, fatigatum *l.* moleſtiâ adfectum *de pugna (nam* málmr *ſ. metallum pro* armis, *&* rógr *pro* ſonitu ſ. ſtrepitu *eorum poſita ſunt) denotans; vel quod filius Scaptii in praelio interfuit, vel quia ipſe turbas & arma odio habebat.* ζ) *Occurrit vocabulum* trúðar *in Grâgâs Tit. de homicid. ibique homines certae profeſſionis denotat, idque tam humilis & contemtae, vt illis, quamuis cognitoribus, denuntiare teſtimonium in comitiis non licuerit, nihilo magis quam ſutoribus, ſamiatoribus & circulatoribus, quod ex his verbis,* of ſkal eigi qvеþia í ſútara búðir, ne ſverðſkriða búðir, ne trúða, ne gaungumanna, *colligere datur. ſed quinam iſti homines fuerint, haud facile ad definiendum eſt: ex ipſo vocabulo non abſurdè ſtatuerim* macellatores; *nam & zytopeptas in comitiis fuiſſe ex narratione de Thorhallo Ölkofra certum eſt. Iam verò non tam iſtud homunculorum genus poëtam hic intelligi velle, quam aut idem pro ſamiariis, vt ejusdem ſortis hominibus, per Synecdochen poſuiſſe, quandò ſuprà dictum ſit Scaptium in tabernam ſamiatoris eſſe pertractum; aut generali ſenſu homines* nequam ſ. vappas *eô vocabulo deſignâſſe reor.* η) I. e. *Haec omnia ſunt a metu ac deſperatione de filio tuo Thorſteine profecta, cujus cauſâ praelium dirimere voluiſti.*

(h) Kári qvað ina þriðiu víſu, K. tertium pronuntiauit carmen, *addunt* C. G. M.

(i) *Ordo verborum hoc in carmine mihi talis:* Grœðis elgs α) rennendr 1) hafðu at 2) gamni) brennu Niáls, Grímus 3) ok Helga. 4) rett 5) vnnvt 6) þá 7) runnar. Nú mun 8) baughnykkiundum β) 9) at lokum þingi þikkia 10) þióta annan veg í 11) liótz γ) 12) borgs 13) longs biorgum.

1) F. hafðu. 2) E. P. *metri cauſſâ, idque rectè,* gafni, *id.* || N. gaumi, *curae i. e. procurabant incendium.* H. L. gummi. *obſcurè: fortè idem quod* gumſi, ɔ: ludificationi. 3) O. at; *corrupte.* 4) C. G. M. rángt

Tum consulebatis, [boni] homines!) Nialis & A. C.
Grimi, Helgiique incendium. 1012.
Nunc, credo, *porci* foedi ericâ persitae
Rupes mouentibus [viris]

Peltas

tángt unnu, injustè fecerunt. *His ista elucidare quis praesumsit, si Diis placet.* G. Pauli. 5) Q. renna. *quod hunc sensum inuoluit*: Adeò condignè (de justa causa) fugiunt (*fugerunt*, *vel etiam* fugarunt) homines (*eos*). *vel*, adeo justa de causa aufugimus nos (*de incendio*). 6) G. þat, illud, ea in re. 7) O. runnu, *obscure*. || D. runar, (*o boni*) socii! *quae lectio, quamquam deterior in metro, melior sanè est in sensu. Alias* runi *l.* rúni porcum *denotat.* 8) C. M. baugs hnykkiandum, id. 9) O. af, de comitiis, cum finita erunt ɔ: *de iis rebus quae in comitiis euenerunt.* 10) P. þrióta. *lectio vitiosa, quae tamen hoc vult*: Nunc videbitur incolis Svinafelli alio modo *finiri* (haec causa). 11) D. liós, id. *vel si aduerbium capias*, liquidè, clarè. 12) G. bavrgs, id. || H. *in margine*, bergs, petrae (praeruptae). F. bavgs, annuli. *vtrique perperam.* 13) Q. løngs, O. líng, *obscurè & vitiosè.*

α) Grædis elgr, nauis, *quam qui currere faciunt*, viri. β) *Hic non minus commodum fuerit* baug *pro* scuto, *quam* armillâ, *capere, respectu variarum contorsionum (jactationum)*: *tamen* vncus *aut curuitas dicitur* hnocki; *neque armilla indè carpo poterat, nisi aliquo modo fibularetur, aut obseraretur.* G. Pauli. γ) *Paullò aliter dispofuit haec idem vir doctiss.*, *nimirum,* liós lyngs borgs biørgvm; *eòque haec adnotauit*: borg *est rupes, petra, arx, saxum; neque minus* murus, vallum; *atque his quidem similiores sunt cautes in loco comitiali; vbi nec erica deest, neque muscus; plusque iste locus celebris est famâ, quam amoenitate praeditus; erica enim ad siluam injucunda (inamoena) est. Adeò ille sic intelligit: Nunc videbuntur aliter resonare* deformi ericæ consitae vallo consimiles rupes (*in loco positae comitiali*). *Verùm hic notandum,* borg *tantum esse generis foeminini, adeoque nunquam in genitiuo habere posse* borgs, *sed nihil aliud quam* borgar. *vnde ista explicatio prorsus concidit. Hic sanè genitiuus* borgs *a nominatiuo* borgr (børgr *s.* báurgr), porcus, *descendit, quod vocabulum Edda in his praefert*: Ridr á børg til borgar, *Equitat in* porco *ad arcem (vrbem), Heimdallus sc. qui apro* Gullinbursta *dicto vehebatur. Item* Hryggiarstycki *in narratione de Sneglo-Hallio, qui, cum ei rex Haralldus Sigurdi f. porcellum assum de mensa sua transmiserat, ita cecinit*:

Miørdr

A. C. Peltas videbuntur, comitiis transitis,
1012. Sonare diuersô modô.

Hinc magni exstiterunt cachinni: Snorriusque *Pontifex* arridens (k) hoc (hemistichium), (l) multis auscultantibus, (m) cantillauit:

p. 250. 1) Pulchrè scit arma Skaptius dijungere.
Asgrimus hastam jecerat.
Holmsteinus 2) in fugam ire non vult. praelium
Thorkellus (n) inuitus 3) facit.

Tum

Niørdr ser baurg á bordi
Bauglands fyrir ser standa

I. e. Niördus clypei (vir) videt porcum *in mensa sibi antepositum. Hinc per* borgs biørg, *s. porci rupes l. montes, nibil aliud est intelligendum, quam* Svínafell. *Hoc autem nomen accipi potest vel pro ipsa* villa & domesticis *Svinafellianis, vel propriè pro* monte, *cui adposita est, & a quo nomen trabit villa: & sic ista*, þióta annan veg í, *vel de garrulitate bominum s. incendiariorum Svinafelli congregatorum; quam in posterum minorem atque antea fore poëta credat bominibus visum iri: aut forte de illorum post clades factaque damna lamentationibus, capienda. vel pro* echo *rupium in monte, quâ nunc vocibus incolarum villae responsurae sint. In casu non adeò dissimili, atque nunc Karius, aliquot ante annis cecinerat Grimus Droplögae filius ita:*

Nú tær Freyrr at fari
(fregnek audskata daudan)
fullar mars í fiøllum
Fliótz annan veg þióta.

I. e. Nunc ait Freyrus equi maris (ɔ: *dominus nauis, vir*) montes fluminis ɔ: flumini *(Lagarflioto)* adjacentes *incepturos* alio modo resonare, *(postquam) inaudiui diuitiarum largitorem (bominem) mortuum.*

(k) þetta.] G. staufu, hemistichium. & *mox post* ser, *subjungit* þá var hlátr mikill. Hallr ꝛc.

(l) þó, tamen, *inser.* C. M. *post* sva.

(m) qvad.] N. mællti, mussauit.

(n) navdigr.] F. digr, crassus.

1) *Haec, propter multiplicem verbi* skilia *significatum, etiam verti possunt, & id fortè non minus speciosè:* Facilè potest Skaptius sentire quod Asgrimus hastam jecerit, *non solum propter dolorem acceptae plagae, sed etiam quod nunc ea de re ab Kario irridebatur*". 2) *Verum quidem, licet fugerit, aut fugere conatus sit* [pag. 540.]: *sed cum sine cunctatione operam suam Flosio promiserat* [p. 469.], *tum ausus erat pilum in Karium jacere* [p. 539.]: G. Pauli. 3) *Hoc verò apertè falsum; nam*

Tum effusissimè risum est. Hallus Sidensis infit: Constat omnibus, quantum ego (o) dolorem (p) ceperim (q) de obitu filii mei Lioti; eum non pauci judicauerint omnium qui hìc (r) sunt desiderati, maximi aestumandum: eâ verò gratiâ, vt compositio fiat, omnem de filii mei morte satisfactionem recuso, ac tamen & fidem & pacem confirmatum ibo aduersariis meis, precor ego te, Snorri *Pontifex*, (s) aliosque viros optimates, vos (t) eò rem vt perducatis, vt confiat gratiae inter nos reditus. Postquam ille adsedit, magnâ secundaque acclamatione praedicabatur oratio ejus, omnesque miras benignitatis ejus laudes cecinerunt. Tum surrexit Snorrius *Pontifex*, longamque ac disertam habens orationem, ab Asgrimo (u) & caeteris earum partium principibus, (v) vti placarentur, petiit. Ad quae Asgrimus: Id verò ego tum cogitabam, quum Flosius me domi inuisebat, nunquam illi (x) placatum iri A. C. 1012.

(o) harm.] E. P. skada, damnum.
(p) bedit.] Iid. C. G. M. fengit.
(q) vm lát Liótz sonar míns.] E. P. i dauda Liótz &c. in. C. G. L. M. F. at Liótr son minn er látinn (veginn), quod Liotus filius meus obiit (occisus est).
(r) hafa látiz.] E. P. hafa fallit, ociderunt. F. ero vegnir, sunt interfecti.
(s) adra.] Iid. G. alla, omnes.
(t) komit því til leidar.] E. P. leggit hug á, huc animum intendatis.
(u) ok Gizur hvíta, *inser.* C. R. M.
(v) at.] C. er, id.
(x) sættaz.] E. P. sætz getal, placari posse.

nam & hìc omnium celerrimè auxilium condixit Flosio [p. 472.]; *& animi valdè confidens erat* [p. 489.]: *adeòque hic sine dubio* vegr (*caedit, pugnat*) *pro* vægir cedit, fugit, *falsò positum. Hìc autem nemo inuitus pugnauit, nisi fortè* Thorsteinn Holmudr [p. 501]; *cujus nomen ante cognomen si cui placuerit pro* Thorketill *reponere, tum benè consistit verbum* vegr; *neque ego hìc intercedo, cum & ad haec Snorrii verba risus denuò tollatur.* Idem. *Atqui cum Thorkell Geitissonius filiam Einaris Thveraënsis in matrimonio habebat (teste* Liósvetninga-sagâ), *& hic procul dubio nunc vna cum fratre suo Gudmundo Potenti rem gerebat, ille verè dicitur inuitus pugnauisse, quatenus ab aduersa parte steterat; atque adeò hìc loci nullâ correctione opus.*

A. C. iri me; nunc autem (y) precibus, Snorri *Pontifex*, tuis, aliorumque nobis
1012. amicorum reconciliabor. Itidem Thorleifus Krakus & Thorgrimus *Magnus* iri ſe pacificatum profeſſi, (z) fratrem Thorgeirem Skorargeirem ad compoſitionem omninò hortabantur: at ille refragans teſtificatur (a) Karium a ſe projectum iri nunquam. Excipit Gizurr *Albus*: Nunc ergo Floſius de ſua (æ) ſorte viderit, ſi (b) eo pacto decidere velit, quanquam nonnulli ſe ab compoſitione abſtrahant. libenter ſe tranſacturum Floſius adfirmat, eòque id ſatius duco, addit, quò pauciores bonos habeo aduerſos. Gudmundus *Potens* ſuſcipit: Ego polliceor de homicidiis, quae hìc in Comitiis facta ſunt, compenſationem pro (c) mea parte ſpondere ſtipulatâ manu, vt ne cauſa incendii cadat (d) irrita. vnum idemque Gizurr *Albus*, Hialltius Skeggii, Aſgrimus Ellidagrimi & Mördus Valgardi filius profeſſi. hoc modo conuenit pacificatio. tum res ad XII. virorum arbitrium ſtipulatis manibus miſſa. & praeerat negotio decidendi Snorrius *Pontifex*, conſultoresque illi caeteri (e) arbitri. Primùm homicidia inuicem aequiparata; quae verò ſuperfuerant, aere ſunt reſarcita. dein (f) etiam arbitrium de cauſa incendiaria latum: pro Niale triplum viri pretium, pro Bergthora duplum ſolueretur; nex Skarphedinis aequaret caedem Höſkulldi *Pontificis* Hvitaneſii; duplum pro vtroquè (fratre), Grimo & Helgio, caeterà ſimplum pro quolibet aliorum, qui fuerant concremati,

(y) ſættaz fyrir — vina varra.] C. M. E. P. fyrir — v. minna eigi vndan ſkeraz (at ſættaz), — (placari) non detrectabo. F. fyrir — gódra manna ok ſættazt, — placari volo.

(z) ok fyſtv — ſættaz, *omitt.* E. P.

(a) vid Kára ſkyldv ſkiliazt.] F. ſættaz ne ſkiliaz vid K. placatum ſe nunquam iri, neque Kar. &c.

(æ) koſt.] E. P. hlut.

(b) til þeſſ.] C. F. M. vid þat, id. G. ſva at, ita —, vt (nonnulli).

(c) mínum hluta.] E. P. luta mínum.

(d) þar fyrir, illorum nomine, *inſerunt* C. M.

(e) giørdarmen] C. E. R. L. M. P. gódir menn, boni viri.

(f) ok.] E. P. þá, poſtea.

cremati, pretium hominis dependeretur. De interfectione Thordi Kario nati nihil est definitum. Ad haec Flosius cunctique incendiarii peregrinatione damnati: nec tamen eâdem, ni voluisset ipse, solum aestate verterent: si verò (g) ad (h) ternas hyemes inde praeterlapsas non peregrè abîssent, tum ille necnon omnes incendiarii fierent exiliô condemnati; proscriptionemque illorum siue autumnali conuentu, siue vernali placuisset, pronuntiandam esse decretum est. Nihilo minus Flosius per tres hyemes (Islandiâ) exularet. Gunnari filio Lambii, Granio Gunnaris, Glumo Hillderis & Kolo Thorsteinis filio nulla vnquam (i) copia foret in patriam redeundi. Caeterùm interrogatus Flosius, multamne (k) de vulneribus suis fieri vellet; nihil ob laesionem sui se (l) pecuniae accipere (m) velle testabatur. Eyiolfus Bölverki filius de iniquitate sua calumniâque jure caesus (n) pronuntiabatur. Haec denique compositio dextris mutuò confirmata, in posterum (o) sanctè seruabatur. Snorrius *Pontifex* ab Asgrimo sociisque donis egregiis cultus, (p) magnam hac ex causa gloriam inuenit. De plaga (q) satisfactum Skaptio est. Gizurr *Albus*, Hialltius Skeggii, & Asgrimus Ellidagrimi filius Gudmundum *Potentem* ad se inuitabant, hasque acceptantem conditiones, annulô quisque aureô munerabant. Postea Gudmundus boream versus domum repetit, collaudationem omnium ferens (r) quemadmodum se hoc in nego-

A. C. 1012. p. 251.

 tio

(g) þeir færi eigi vtan vm þat er.] C. G. M. — vtan ádr, ante tres &c. F. han villdi eigi vtan fara þá er, vbi tres h. essent praeterlapsae, peregrè abire noluisset.

(h) þriú sumur væri úti eda, tres aestates finitas aut, *inserunt* K. L.

(i) útqvæmt eiga.] C. M. G. út (aptr) koma (nunquam) postliminiô redirent.

(k) fyrir sár sín.] C. R. M. um sár sitt, de plaga sua.

(l) femútvr.] R. mútur.

(m) vilia.] E. P. ætla.

(n) lagdr.] C. lagidr.

(o) vel.] C. G. M. aull, integra.

(p) mikla.] E. P. góda, bonam.

(q) aungv, nihil, *inserit* F.

(r) fyrir þat, de eo, *add.* C. G. M.

A. C. tio praebuiſſet. (s) Thorgeirr Skorargeirr Kario condixit, vti ſe domum
1012. (hoſpitii gratiâ) ſequeretur: attamen ii primùm in montana vſque borea Gudmundum *Potentem* ſunt proſecuti: eique Karius fibulam auream, Thorgeirr cinctum argenteum, quae res vtraque pretioſiſſima erat, dono perhibuêre; ſummâque cum amicitia ab inuicem diſceſſêre; neque amplius Gudmundi mentio hìc fiet. Illi autem de montanis auſtrum verſus (t) in Hreppos, indeque ad Thiorſam deſcendêre. Interim (u) Floſius omnesque cum eo incendiarii profecti in Fliotzhlidam ſunt; tumque ille Sigfuſſonios res domeſticas (v) expedire ſiuit. inibi Thorgeirem & Karium in ſeptemtrionem comitatos eſſe Gudmundum *Potentem* audiebat: (x) vnde eos incendiarii rebantur in prouincia boreali agere (y) ſtatuiſſe; (z) tumque Sigfuſſonii veniam in tractum Eyafiallenſem proficiſcundi, nomina exactum, rogauêre; (a) quippe orientem verſus Höfdabreckae pecuniam in nominibus habebant: qua re iis conceſſâ, Floſius, vt (æ) ſibi tamen cauerent, monuit, vtque quàm breuiſſimum (b) abeſſent. Ipſe mox per Godalandiam adſcendit, itàque in montana; montemque perpetuae glaciei Eyafiallenſem a borea praetergreſſus, (iter) non ceſſauit, donec

(s) Þórgeirr Skorargeirr — fara.] E. P. Kári reid med Skorargeiri, Karius Skorargeirem comitabatur.

(t) í Hreppa.] iid. Hreppa, per Hr.

(u) Flosi ok.] C. G. M. Nú er frá þeim Flosa at segia at þeir, Nunc de Flosio & suis dicendum, quod ille & omnes *&c.*

(v) skipa.] F. ætla. *obscurè.*

(x) ætlvdv — nordan land, *omitt.* E. P. || þá brennu menn.] C. M. menn nú, Hinc vulgò creditum.

(y) ætla at, *nesciunt* C. R. Chh.

(z) þá beiddv Sigfúsſsynir — avstr at.] E. P. Sigfúsſsynir ræddv um vid Flosa, at þeir villdu fara at fiárrádum sínum austr til, Sigf. Flosio significabant, velle se Höfdabrekkam orientem versus proficisci ob negotia pecuniaria.

(a) því at þeir áttv fiárheimtvr avstr.] F. er þeir áttu austr þar, quae in illo orientali tractu habebant Höfdabr.

(æ) vera vara vm sik ok vera.] C. G. M. dvelia; morarentur (quam breviss.)

(b) burtv (ab) *addunt* K. L.

donec in orientem Svinafellum perueniebat domum ſuam. Sed jam (c) A. C.
eò reuertendum, vbi Hallus ab Sida de filii ſui caede compenſationem pu- 1012.
blicè recuſauerat, idque fecerat pacificationis (conciliandae) gratiâ; tum nimirum (d) tota comitiorum vniuerſitas ei pecuniâ ſatisfecit; quae pecunia non minus conſummauit, quam (e) octo C. argenti; pretium ſcilicet viri (caeſi) (f) quadruplum. Caeteri verò omnes, qui a parte Floſii fuerant, nullam de (g) ſuis detrimentis obtinuêre ſatisfactionem, eâ re peſſimè contenti. Sigfusſonii (h) binas domi commorari noctes, tertio die (i) Röfarfellum orientem verſus abierunt, ibique pernoctarunt. hi erant (k) XV. numerô. atque p. 252.
hinc, nihil admodum ſibi metuentes, (l) multa jam luce deceſſerunt, veſperi Höfdabreckam adfore cogitantes. quieuerunt (igitur) in Kerlingardalo, (m) ſomnôque ſe ibi longo ſepeliuerunt.

Cap. CXLVII.

De Kario & Thorgeire.

(n) Hac die (o) ipſa Karius Sölmundi filius & Thorgeirr Skorargeirr flumen Markicum orientem verſus tranſierunt; indeque ad Selialandsmulum

 prouecti,

(c) verdr at ſegia — Hallr af Sídu.] C. M. G. er þar til máls at taka (er frá því at ræda) er Siduhallr er at han, ſermo repetendus (dicendum) de Hallo Sidenſi, vbi ille filii &c.

(d) bætti honom allr þíngheimrinn.] Iid. bættu h. allir þíngheyndur (þínghevendur M. þíngmenn G.) id.

(e) xii. F. || *Mox omnes alii quam Textus impr. legunt* hundrút, *pro* hundrat *quod ſine dubio mendoſum eſt.*

(f) fern.] G. þrenn, triplum.

(g) ſína.] C. R. Chb. ſinn. *ſingulari.*

(h) tvær.] E. P. þrjár, tres.

(i) Ravfarfells.] F. Raufarfealls.

(k) xv.] F. xii.

(l) ſíd.] E. P. um morguninn, mane.

(m) þár á ſik ſvefn mikinn.] F. þá til ſvefns ok ſváfu þar lengi um daginn, tumque ſomnum capientes ibi ea die diu dormiebant.

(n) *Ita caput incipit in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka er þeir Kári ero at þeir ridu þenna rc. Nunc ſermo inde repetendus, vbi Karius & comites ſunt (*a Kario & comitibus digreſſi ſumus*): illi hac die ipſa flumen *&c.*

(o) ſama *inſerit* F. *ante* dag.

A. C. prouecti, quasdam ibi mulieres offenderunt. quae recognitis illis, Vos, in-
1012. quiebant, (p) minus quidem laſciuitis quam Sigfuſſonii, tamen incautè procedi-
tis. Thorgeirr quaerit: Quî de Sigfuſſoniis ita (q) ſentitis? aut quid de iis cognouiſtis? Proximè, ajebant foeminae, Röfarfelli pernoctarunt, & hac veſpera Mydalum cogitarunt: (r) & ſanè placuit nobis, quod ſibi (s) a vobis metuerent, quandoque reuenturi domum crederemini, ſciſcitabantur. Mox (t) illi ſuum iter admiſſis equis perrexerunt. Thorgeirr infit: Quid proponemus? aut quid tu potiſſimùm (u) animo intendis? (e) vis vt aduerſarios perſequamur? Karius reſpondet: Hoc non diſſuaſero, neque illud (x) definiam; nam ſaepè eſt, vt, qui verbis (votô) (y) interficiuntur, longam tamen aetatem viuant. at non ſum neſcius, quid tu cogitas; tollendos tibi deſtinas VIII. homines credo: quod tamen minus eſt, quam illud, cum iſtos VII viros in (z) forulis maritimae rupis (a) ſuperabas, (æ) per funem demiſſus ad eos: ſed enim tu tuique propinqui (b) ejusmodi eſtis, vt omnibus rebus ametis gloriam (c) vobis (d) arceſſere. nunc ego non minus operae conferam, quam vt teſtis tibi

---

(p) minna.] C. G. minnr, id.

(q) ſtatt.] F. litit, id. *gloſſa.*

(r) ok þótti ockr gott er þeim var ótti at.] G. en þat þotti okkr ſem þeim mundi ótti nokkurr at, id vero nobis videbatur quaſi nonnihil ſibi a vob. metuerent.

(s) þó, tamen, *inſerunt* C. M.

(t) þeir leid ſína ok keyrdo.] C. M. R. þær (leidar ſinnar *add.* G.) en þeir keyrdu (þeir í annan ſtad ok k. F.) foeminae diſcedebant (iter deſtinatum perrexerunt); illi autem (ab altera parte) concitarunt equos.

(u) ſkapi.] G. gedi.

(v) villt þú.] F. v. þ. nacqvat, nunquid vis.

(x) mun ek ekki áqveda.] C. G. M. veit ek eigi, ſcio.

(y) einum, ſolis, *addunt* E. P.

(z) ſiavſkorvm.] *Ita &* D. G. *ſed* H. I. K. L. N. O. Q. S. ſkorunum. C. E. F. M. P. ſkorinni. *ſingulari.*

(a) vant.] Iid. & G. vátt, vott, occidiſti.

(æ) fórt í feſti ofan til þeirra.] E. P. let ſígaz til þ. í feſti.

(b) ſva háttat.] F. ſva farit.

(c) ydr, *ignorant* E. P. R.

(d) gera.] E. K. L. P. vinna.

tibi ſim qui euentum narrem: nos igitur duo ſoli perſequamur, ſiquidem te id conſtituiſſe video. Dein (e) per ſuperiores partes ad orientem equitarunt, Holltum praetereuntes; (f) noluit enim Thorgeirr, ſi quid (g) actum foret, fratribus (h) imputari ſuis poſſe. Contendentibus (i) in Mydalum contra orientem, obuiam factus eſt quidam cophinos portandis glebis (k) equo (l) vehens: idem infit: Nunc verò tu, Thorgeirr ſocie, nimis incomitatus es. Quamobrem ita? quaerit hic. (m) Quoniam, ait ille, nunc offeretur praedae occaſio: (n) hàc Sigfuſſonii perequitarunt (o), ac totum diem in Kerlingardalo dormient; quippe haud longius, quam Höfdabreckam hoc veſpere cogitarunt. Mox curſum deſtinatum in montana Arnarſtakkica orientem verſus pertendêre, neque quidquam ſub itinere contigit memorabile, donec ad amnem Kerlingardali peruentum. is amnis magnas vexit aquas. Iamque propter amnem adſcendunt; nam equos (p) cum ephippiis ſuprà conſpiciebant: cumque jam eò perueniſſent, homines vident in (q) lacuna quadam dormientes, haſtis ſuis infra ipſos conſtitutis. quibus ablatis & projectis in amnem; Thorgeirr loquitur: Numnam vis vt (r) ipſos ſuſcitemus? Karius reſpondet: Non eò hanc rem percontare, quia non ante conſtitutum (s) cum animo tuo

A. C. 1012.

p. 253.

(e) it efra.] F. til Mýdals.

(f) Þorgeirr villdi ekki at brædrum hans.] E. P. þeir villdu at øngum, noluerunt enim, ſi —, ulli poſſe imputari.

(g) í gerdiz.] C. M. til tídinda gerdizt.

(h) um kenna.] F. um kuuna.

(i) allt, vſque, *inſerunt* C. M.

(k) hroſſi.] K. L. heſti.

(l) hafdi.] F. fór med.

(m) því.] F. þat hellzt, Hoc praecipuè.

(n) her ridu um — Kerlíngardal.] E. P. Sigfúſsſynir liggia her auſtr hiá Kerlíngardals á ok ſofa. Sigfuſſ. jacent hic orientem verſus apud amnem Kerlingardalicum atque dormiunt.

(o) í dag, hodie, *inſerit* F.

(p) nokkur, aliquot, *addunt* C. G. M. mørg, multos, *add.* F.

(q) dæl nokkurri.] C. F. dæli n. G. í dalnum í d. n. valle in lacuna.

(r) vegum at þeim eda, illos impugnemus (dormientes) aut, *inſerunt* E. P.

(s) med þer.] C. E. R. M. P. fyrir þer.

A. C. tuo habeas (t) quiescentibus non facere pugnam, neque (u) nefandum edere 1012. homicidium. Mox ergo homines inclamant: quô expergefacti (v) omnes arma (x) corripiunt, neque hos illi prius inuadebant, quam essent (y) perarmati. Incurrit eò Thorgeirr Skorargeirr; vbi aduersum Thorkell Sigfussonius stetit. hoc vestigio quidam ipsum (Thorgeirem) inuadit a tergo, qui ante quam (z) ei damni quid inferre poterat, securim Rimmugygam efferens vtraque manu, (a) in caput homini ponè adstanti malleum impegit, adeò vt calua (æ) minutim frangeretur. (b) hic est occisus, ait (Thorgeirr): idemque simul concidit exanimatus. cum verò securim protenderet, humerum (c) Thorkeli percutit, (d) brachiumque penitus a corpore diuidit. Karium adorsi (e) Mördus Sigfussonius, Sigmundus Lambii & Lambius Sigurdi filius: qui (vltimus) ad tergum Kario incurrens, hastam direxit in eum: is (f) hominem forte conspicatus, sub petitione exsultat, simulque pedes distendit; sic humi accidente hasta, in hastile adsilit, idque dirumpit. ipse alterâ in manu tenuit hastam, alterâ gladium, nullô (munitus) clypeô: dextrâ igitur telum in Sigmundum Lambii filium torquet; qui, ictu pectore occupato, ferrô-

(t) liggiandi.] E. F. P. sofanda, dormientibus.

(u) skammar.] E. G. K. L. P. skemdar.

(v) ok hliópu upp, & exorti illicò, *inserunt* C. G. M.

(x) þrifu.] F. hlupu, (ad arma) ruunt.

(y) búnir ok, parati &, *add.* G.

(z) Þórgeiri nokkurn geig.] C. G. M. ꝥ Þórgeiri, eum laedere.

(a) ok rak í.] Iid. sva skiótt ok hart át þá er han reiddi auxina á bak ser aptr. Þá rak han í, tam celeriter ac tanta vi, vt cum securim post tergum sibi reclinabat, tum in caput — impingeret.

(æ) smán.] E. smám. P. smá.

(b) drepinn — Þórgeirr, *omitt.* C. E. R. M. P.

(c) Þorkeli.] C. Þorkatli.

(d) klauf frá osan.] F. tók frá ꝛc. G. leysti frá búknum, br. a corpore pen. dissoluebatur.

(e) Mördr — Lambason.] G. Grani Gunnarson ok Sigfússsynir.

(f) sekk sed hann — fótonum.] E. P. snerizt á hæli undan ok, solo calce innixus se auertebat, & sic &c.

ferrôque per humeros emicante, ſimul exanimus decidit. (g) ſiniſtrâ autem A. C.
Mördo gladium intentat, coxam ferit, (h) quâ ſimul cum lumbis interſciſſâ, 1012.
homo procidit & ilicò exſpirat. Subinde (Karius) vnico nixus calce, perinde
ac (i) turben circumagitur ad Lambium Sigurdi filium: hic autem nihil aliud
pro re nata conſilii reperit, quam vt ſeſe conjiceret in pedes. Interea Thor-
geirr gradum in Leidolfum *Robuſtum* confert; alter alterum ſimul impetit,
tamque vehemens, quem Leidolfus inferebat, ictus exſtitit, vt quae ſcuti pars
excepta eſt, (k) accideretur. Thorgeirr autem ſecurim Rimmugygam vtra-
que manu intenderat; venit in ſcutum poſterius cornu, idque diſrupit; ante-
rius verò cornu ſcoptulum pertigit, eoque diſcuſſô corpus in caua vſque pec-
toris deorſum proſcindebat. commodùm interueniens Karius, dimidium Lei- p. 254.
dolfo femur vna cum pede ſubſecat (l); vnde hic decidens continuò exſting-
guebatur. Infit Ketill a Marka: Nos ad equos noſtros decurremus, neque
enim hìc prae violentia horum hominum conſiſtere poſſumus. mox ad equos
deuolant, & raptim inſiliunt in eos. Tunc Thorgeirr: Vis homines inſequa-
mur? adhoc enim nonnullos eorum caedere poterimus. At vltimus vehitur,
inquit Karius, is quem ego interfectum non cupio, nimirum Ketill a Marka;
is enim & ego ſorores duas habemus conjuges; caeterum ille ſe in litibus
noſtris adhuc optimè geſſit. Dein conſcenſis (m) equis Holltum vſquè per-
tenderunt. Tum fratres ſuos Thorgeirr ad orientem Skogos (*Siluas*) able-
gauit; quippe hìc (n) alteram habebant villam; neque enim fratres (o) quare

(g) inni vinſtri.] Iid. annari, alterâ || inni — rygginn, *negligunt* I. K. L. N. O. Q. S.

(h) hana í ſvndr ok ſva rygginn.] E. P. F. hann þar (þar manninn) í ſundr, ibique ille (homo) diſſecatur.

(i) ſkaptkríngla.] E. ſkapkríngla. P. fugl, volucris.

(k) aftók.] C. R. M. allt tók af, tota praeſcinderetur.

(l) ok tók hann þar í ſundr, corpusque ibi diſcindebatur. *addunt* E. P.

(m) heſta ſina.] E. bak heſtum ſínum.

(n) annat bú.] Iid. annan búnat, — rem familiarem.

(o) mætti kalla gridnídínga.] C. R. M. væri kalladir gridnídíngar, audire foedifragos voluit.

A. C. foedifragi audirent, cauſam dare voluit. Ipſe (tamen) poſtea multo circa ſe
1012. praeſidio vtebatur, ita vt nunquam XXX. pauciores viri armis habiles adesſent. Caeterùm ibi magna agitabantur gaudia, vulgòque (p) ambo, Thorgeirr & Karius, (gloriâ rei geſtae) creuiſſe multum ac (q) profeciſſe judicabantur, jugiterque (*) in ore (r) hominibus erat perſecutio iſta, cum duo ſoli XV. homines aggreſſi, quinos ex iis occidiſſent, denos, qui exierunt, profligâſſent. Iam verò de Ketile memorandum, (quod) is & ſocii, quanto maximo curſu poterant, contendêre, donec Svinafellum perueniebant, iterque ſuum haud commodum (cecidiſſe) nuntiauerunt. hoc ſe ſperauiſſe Floſius dixit, atque (s) Haec res, inquit, praemonet, nequando poſthinc ita periculum veſtri faciatis. Erat Floſius longe omnium (t) feſtiuiſſimus, & inuiſentibus ſe facillimus: porròque (u) plurimis (naturae & artis) dotibus, (v) quae optimatem decent, ornatiſſimus fertur. Is domi ſe per (reliquam) aeſtatem necnon hyemem continebat. Eâ verò hyeme poſt feſtum *Natalitii*
1013. Hallus ab Sida (x) cum filio Kolo aduenerunt ex oriente, cujus aduentu Floſius gaudebat. Hi ſaepe de negotiis (y) antea geſtis) diſputabant, Floſioque ſe & ſuos magnas jam (z) poenas expendiſſe teſtato, Hallus conjec-

---

(p) Þórgeirr miøk hafa — vndan komv.] E. P. þeir mikit afreksverk unnit hafa er þeir høfdu drepit v. menn en rennt x. illi magnum virtutis opus edidiſſe videbantur, quod v. homines occidiſſent, x. in fugam vertiſſent.

(q) framit.] Chh. framat.

(*) í.] C. G. at.

(r) menní minnum miøk.] F. margir miøkí minnum, multis.

(s) ydr, Vos, *add.* C. R. M. *ante* þetta.

(t) gladaztr.] F. gódlátaztr, benigniſſimus (humaniſſimus).

(u) fleſtir.] G. fleſtir allir, paenè omnibus.

(v) høfdíngligazt.] E. høfdíngligaztir, P. høfdíngzlegir, viro principe digniſſimis (dignis).

(x) ok Kolr ſon hans.] Iid. vid nokkura menn, cum aliquot hominibus.

(y) þau ſem høfdu verit, *add.* Iid.

(z) afrád.] C. afrod. G. afhrod.

(a) conjecturâ se adsecutum dixit exitum causae illius & sociorum. rogatusque (æ) ab illo, quid deinceps (b) vtilissimum censeat, respondet: Hoc ego consilii do, vti cum Thorgeire tu, modò facultas fiat, in gratiam redeas; tametsi ille fuerit circa omnes conditiones elegans. Tum Flosius: Sic finem fore caedibus credis? Non verò credo, ait Hallus, at si Karius relinquitur solus, cum paucioribus negotium erit: contra, nisi tu Thorgeiri reconcilieris, id tibi futurum est perniciei. Flosius pergit: Qualem ei feremus conditionem? Dura videbitur (c) vobis, inquit Hallus, quam acceptat ille, conditio; namque hac vnica lege transiget, si nihil de (d) commissis piaculi soluat, suum etiam trientem multae obtineat (e) de morte Nialis ac filiorum. Dura conditio haec est, ait Flosius. contra Hallus: At non in te dura; neque enim tibi accusatio competit caedis Sigfussoniorum, verum ipsis horum fratribus, & Hamundo *Claudo* (f) sui filii. tibi quidem cum Thorgeire reconciliatio (g) continget; nam ego socius tecum proficiscar, & ab eo (h) quadam cum benignitate, credo, accipiar. Caeterà nemo eorum, (i) quibus istae actiones competunt, se (k) domibus suis in Fliotzhlida tenere sustinuerit, si (l) compositionis erunt exsortes: id enim ipsis futurum exitio esse, planè pro

A. C. 1013.

p. 255.

 ingenio

(a) qvadz nærgætr — þeirra Flosa.] E. P. qvad nærri þvi hafa farit er han gat til, rem abiisse dixit ferè ad suam conjecturam.

(æ) Flosi, a Flosio, *addunt* Iid. *ante* spyrdi.

(b) lîkazt.] Iid. rádligazt.

(c) ydr.] F. þer, tibi.

(d) þat er han hefir afgiørt.] E. P. þá menn er nú hefir han vegit, illis hominibus quos jam occidit.

(e) fyrir.] F. eptir.

(f) son sinn.] G. Sigmund.

(g) ná.] F. taka. *raro sensu.*

(h) nokkvrnig.] F. nokkurnigin. C. nokkurninn.

(i) er mál þessi eigv.] E. P. Sigfússona.

(k) í búvm.] C. R. at búum.

(l) vtan sætta.] E. P. úsáttir vid Þorgeir, Thorgeiri non reconciliantur.

A. C. ingenio Thorgeiris credibile eſt. Dein arceſſebantur Sigfuſſonii, (m) propoſitôque iis hoc negotiô, ſermo eorum tandem eſt (n) eò deuolutus, adhortante Hallo, vt omnia, quemadmodum hic illis (o) praedicabat, ſic ſe habere perſuaſi, libenter pacificaturos innuerint. Granius autem Gunnaris & Gunnarr Lambii filius ajebant: Integrum eſt nobis facere, ſi Karius relinquetur ſolus, (p) ne minus ſibi metuat is a nobis, quam nos ab eo. Nihil eſt, quod (q) ita dicatis, inquit Hallus, cum eo vobis (r) non ſine vulnere negotium erit; & ſane (s) vos graues ante finem negotiorum veſtrorum poenas dabitis. ita ſermonem clauſerunt.

1013.

Cap. CXLVIII.

Tranſactio cum Thorgeire Skorargeire.

(Deinde) Hallus (t) ab Sida & filius Kolus cum (u) quinis comitibus vnà (deſertum) Lomagnupsſandum ac deinceps teſca Arnarſtakkica occidentem verſus

(m) báru þeir þetta mál upp vid þá.] C. M. R. — (upp) fyrir þá. E. P. tiádi Hallr þetta mál fyrir þeim.

(n) lauk ſva þeirra — ſem hann.] E. P. kom ſva at þeim leizt þetta eftir því ſem Hallr, res eó rediit, vt hoc illis ita, vt Hallus praedicabat, videretur.

(o) taladi um.] F. mællti.

(p) eigi (*poſt ſe*) *negligit* id. *vnde ſenſus:* Noſtra ipſorum culpa eſt, ſi —, quod minus &c.

(q) ſva.] Id. ſlíkt, talia.

(r) ſárkeypt vid hann at eiga. munu.] Id. ſárklypt v. h. ok munu.

(s) munu þer.] E. P. mun han, ille graue (vobis) detrimentum adferet.

(t) af Sídu ok Kolr — þar um nóttina.] E. P. rídr nú veſtr um ſand vid VI. mann ok ſva veſtr ſem leid liggr þar til er han kemr til Sólheima. ok er þar um nóttina. menn ſpurdu Hall hvert han ætladi. en han qvezt ætla í Hollt at finna Þorgeir. þeir — eyrindi. deinde occidentem verſus per Sandum proficiſcitur cum V. comitibus, atque ità, qua publica ducunt itinera, Solheimos vſque pertendit, ibique noctem exigit. Ab incolis rogatus quò cogitaret, reſpondet Holltum ſe cogitare ad conveniendum Thorgeirem; illique eum — dictitabant. poſtridie &c.

(u) vii.] C. G. M. vi. (quatuor).

verſus tranſcendêre, neque prius ceſſauêre, quam in Mydalum veniebant. A. C.
Hic an Thorgeirr Hollti adeſſet domi ſuae, requiſiuerunt, domique adeſſe 1013.
dicebatur. Percontantibus incolis, quò Hallus (v) ire cogitaret? Eò, (ſcilicet)
Holltum, inquit: adeò illi (x) negotium cum gerere bonum judicabant. Poſt-
quam aliquamdiu illic morati quieuiſſent equos, rurſus adhibitis iis, Solheimos
die in veſperam flexô peruenêre, exactoque ibi tempore nocturno, poſtridie
Holltum iter confecere. (Venientibus iis) Thorgeirr & Karius, ſuique
foris conſiſtebant, (y) nam adequitantem Hallum recognouêre. hic cyaneam
indutus togam, in manu ſecurim paruam tenuit deauratam. cui cum comi-
tibus in aream peruecto Thorgeirr obuiam prodit, eumque ſuſtollit ab equo;
tum ipſe, tum Karius, oſculati eum, in (z) hypocauſtum inter ſe medium de-
ducunt, & (a) in ſella tabulati eminentiore collocant: illeque res nouas
prolixè interrogatus ab eis, ibidem pernoctabat. Conſequenti mane (æ)
proponit Hallus Thorgeiri (b) compoſitionem, quae (c) ferrentur ei condi-
tiones innuens, multaque ſuper ea re ſpecioſo (d) benignoque ſermone
diſſerebat. Thorgeirr reſpondet: Notum (e) tibi ſit oportet, nullas me ab p.256.
incendiariis conditiones pacis accipere voluiſſe. Atqui longè alia res erat

 tum,

(v) ætladi at fara.] Id. ſkylldi fara, iturus eſſet.

(x) ſavgdv hann myndi hafa gott eyrindi.] F. qvádu hann med nockuru gódu fara myndu, — aliquod bonum.

(y) þvíat þeir kendv ferd Hallz.] C. F. M. G. ok kendu (þegar) Hall, Hallumque (ſtatim) recogn.

(z) ſtofv.] C. ſtufu.

(a) i millum ſín, inter ſe, *add.* F.

(æ) vakti — til.] C. R. M. P. *ſupplent*, vakti — til máls, (eam) rem.

(b) vm ſættina.] F. ef han villdi ſættaz, ſi compoſitionem inire vellet. C. G. M. ok leitadi vm ſættir, & pacificationem (conciliare) tentat.

(c) ſættir, conditiones, *addunt* C. R. M. *quod eleganter ſubaudiunt caeteri. Mox* bvdv.] E. P. bydi.

(d) góðgiarnligvm.] F. gudrettligum, aequabili.

(e) má þer þat vera.] Id. var þer þat, erat tibi iſtud.

A. C. tum, ait Hallus, cum irâ vos a recenti pugna calebatis; & etiam multum 1013. (f) poſt id locorum in caedibus effeciſtis. Cui Thorgeirr: Ita vobis videri puto. at quam Kario (g) fertis conditionem? Feretur ei digna quidem, reſpondit Hallus, dum pacificari velit. Karius ſuſcipit: Te ego, Thorgeirr (h), oro petoque, vti rem conficias; tua enim (i) ſors melior bonâ (optimâ) fieri nequit. Indignum cenſeo, inquit Thorgeirr, te compoſitionem ineundô deſtituere, niſi tu quales ego, conditiones admittis. Karius contra: At ego (k) tranſigere nolo; quanquam quidem incendium vindicaſſe nos fateor, mortem tamen filii mei inultam adhuc (l) cenſeo; quam rem, quod ejus facere potero, mihi ſoli (m) deſigno conficiundam. Caeterùm Thorgeirr pacificationem vſque eò recuſauit, donec ſe ingratè laturum (n), ſi non faceret eam, Karius denuntiabat. tum verò Thorgeirr Floſio & ſuis ſecuritatem ad concilium pacificatorium (o) dextrâ confirmauit, & Hallus quoque viciſſim (p) ex mandato Floſii & Sigfuſſoniorum. Ante verò quam ab inuicem diſcederetur, Thorgeirr armillam auream Hallo & togam coccinam dedit; Karius autem lunulam argenteam, decuſſibus aureis (q) quatuor diſtinctam. queis de donis Hallus magnas egit gratias: & ſummô (r) cum honore decedens,

(f) atgert vm manndráp ſídan.] Id. afgiørt vid þá ſídan um mannadráp, multum ex eo in illos (*incendiarios*) homicidiis peccauiſtis.

(g) biódit] G. bidi.

(h) vin, amice, *addit.* F.

(i) hlvtr.] C. E. M. P. hluti.

(k) þat ſegir K. at ſættaz.] G. at ſva ordnu ſættaz. ſ. K. hoc rerum ſtatu tranſ.

(l) falla ek vera.] E. P. er, (mors — inulta) eſt.

(m) at hefna hans, vt eum vlciſcar, *inſerit* F. *poſt* einum.

(n) ok vinſengi vid hann, & inimicitiam ei, *addunt* E. P. *Vbi notandum particulam priuatiuam* u, *ſubſtantiuo* ſátt *praepoſitam, etiam pertinere ad* vinſengi.

(o) handſaladi.] E. handlagdi. P. lagdi.

(p) er hann hafdi tekit — Sigfúſsſonum.] G. fyrir haund Sigfúſsſona, vice Sigf.

(q) iiii.] C. E. R. M. P. iii.

(r) med inni.] E. P. vid ina.

dens, iter non ceſſauit, donec Suinafellum perueniebat. comiter exceptus a A. C.
Floſio, negotii geſtionem & cum Thorgeire colloquium explanauit; ſimul, 1013.
hunc tranſactionem ad eum finem detrectaſſe, quoad Karius (s) declaraſſet (t) offenſionem ſui ſi non tranſigeret, neque tamen hunc voluiſſe (u) reconciliari. Hìc Floſius: Paucorum hominum (ingeniô) ſimilis eſt Karius, & ego quidem tali potiſſimum ingenio, quali ille, praeditus eſſe velim. Hallus ac ſui per aliquantum tempus ibi commorati, denuò occidentem verſus (v) indicto (x) tempore conuentum petierunt tranſactorium; Höfdabreckam, vt conſtitutum inuicem fuerat, coitum eſt, ibique ad illos Thorgeirr ab occidente venit. Hìc de facienda compoſitione diſputatum, omniaque tum, quemadmodum Hallus dixerat, euenerunt. (Nam) Thorgeirr, ante confectionem rei, Karium (y) domi ſuae frequentem fore, (z) dum ei libitum eſſet, denuntiauit; neutri (ait) malum alteris (a) domi meae faxo inferent. neque ego multam a ſingulis mihi exigendam (æ) eſſe volo, ſed vt Floſius vnus pro omnibus teneatur; ipſe verò a ſuis (b) contribulibus exigat. poſtulo quoque omnia pacta illa, quae in comitiis de incendio conuenêre, vt rata habeantur; tuque, Floſi, meum mihi trientem (multae) ſoluas volo illibatum. Acceſſit properè Floſius ad has leges omnes; (quamquam) Thorgeirr neque peregrinationes neque exilia tribuum condonabat. Dein Floſius & Hallus p. 257.
domum

(s) gekk at (ok bad hann) of, acceſſiſſet (illudque ab eo petiiſſet) &, *inſerunt* G. C. M.

(t) ufátt.] E. P. reidi, iram (propterea ſuam).

(u) ſættaz.] G. í ſættir gánga, ad pacificationem deſcendere.

(v) áqvedinni ſtvndv.] G. áqvednum tíma. E. P. áqvednv (*ſubaud. forte* meli).

(x) ſtvndv — ſvndvz, *omitt.* iid. & *mòx* til *pro* at *praeferunt.*

(y) þar.] C. R. M. med honum, ſecum.

(z) ef.] C. E. G. M. P. er, quum.

(a) at.] G. í, in domo mea. *Mox pro* heima, F. & Chh. *habent* heimili.

(æ) fe þetta, hanc pecuniam (*multam*) *addunt* E. P. *poſt* heimta.

(b) ſveitúngvm.] F. ſvítúngum.

A. C. domum in orientem repetiuerunt. tumque hic illi fatus eſt: Serua tu, gener,
1013. hanc pactionem juſtè, tam peregrinando & Romam ingrediendo, quam pecuniam exſoluendo; ſic ſanè tu habebêre vir (c) ſtrenuus, licet (d) ſis delapſus in crimen iſtud, ſi (e) pactis omnibus nauiter perfungare. quod & factum iri Floſius confirmauit. Tum Hallus in orientem domum ſuam, Floſius item Svinafellum perrexit, domique (f) poſtea manebat.

Cap. CXLIX.

De Kario ad Biörnem in Marka veniente.

(g) Thorgeirem ex conuentu pacificatorio domum redeuntem Karius interrogauit, an pacificatio (h) conueniſſet? illoque jam (i) vtrinque penitus confectam eſſe rem ſignificante, adduxit equum ſuum, voluitque diſcedere. At non eſt, quod hinc abeas, inquit Thorgeirr, quoniam & ea pactis noſtris adjecta lex eſt, vti tu hìc, dum tibi placeret, adſiduus fores. Karius reſpondit: Hoc tamen non fiet, mi affinis; nam ſimul ego homicidium aliquod fecero, tu mihi conſilii particeps (k) dicêris, quod ego quidem nolo. illud autem poſtulo, vt rem meam familiarem ſtipulatâ manu capeſſas, (l) tibique & Helgae Nialis filiae conjugi meae ac (m) tribus filiabus vindices; ſic illa ab

(c) ravſkr.) E. P. hravſtr, fortis. G. mikill, magnus (inſignis).

(d) ratat í ſtórvirki.] C. G. M. hitt í ſtórrædi.

(e) alla ſvti.] F. ſætt þeſſa, hac pacificatione.

(f) ſídan.] F. um hríd, per aliquantum tempus.

(g) *Sic incipit caput in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka at Þorgeirr reid frá ſáttargerdinni. Iam de Thorgeire (domum) ab inita pacificatione profecto memorandum.

(h) gengi.] F. ſígi, coaluiſſet.

(i) ſagdi at þeir voru ſáttir at fullu.] F. quad þá alſáttum ſátta. E. P. quad ſvo vera, adfirm.

(k) ætla ok, jubicaberis &, *inſ.* F.

(l) ykkr.] C. G. M. þer ok.

(m) iii.] C. D. E. F. Chh. mínum, meis. G. okkrum, communibus.

ab aduerſariis meis non occupabitur. Thorgeirr optatis Karii annuit, ſibique A. C.
jus in bona ejus ſtipulatur. Poſtea deceſſit Karius, binos habens equos, & 1013.
arma ſua, & veſtimenta, & pecuniae nonnihil, tam aureae, quam argenteae. Primum ille Selialandsmulum tranſiit ad occidentem; dein propter flumen Markicum adſcendit, itàque in Thorsmarkam. Tres ſunt in eo tractu villae ſingulae *in Mörk* adpellatae villam intermediam inhabitabat homo quidam nomine Biörn, cognomento *Albus*; (n) filius Kadalis, (o) Bialfiô nati: qui (p) Bialfius Aſgerdae libertus fuerat, matris Nialis ac Thoreris ab Hollto. Erat Biörni vxor nomine Valgerda, filia (q) Thorbrandi, Asbrandi filii: cujus (Valgerdae) mater Gudlöga nomine fuerat, ſoror Hamundi, patris Gunnaris a Hlidarendo. Illa rei gratiâ (r) Biörni nuptum data, parum amabat eum; tametſi liberos progenuerunt, porrò (s) copiâ rei familiaris abundabant.
Biörn autem homo erat jactabundus (t), quod vxor moleſtè patiebatur: idem p.258
viſu (u) perſpicax & velox pedibus. Hi Karium hoſpitii cauſſâ ad ſe venientem ambabus admiſerunt vlnis, ibique ille pernoctauit. Manè verò Biörni loquitur: Tu me recipias velim, hìc mihi tecum eſſe videtur opportunum: vellem (etiam) te mihi (v) proficiſcenti comitem, quod acri viſu es & pernix (x): neque non credo te (y) imperterritum eſſe ad auſa fortia. Neque ego, inquit Biörn, viſum lynceum in me, neque (z) audentiam, neque caetera quae in viro ſtrenuo ſunt, requiro: tu autem ea de cauſa huc te, credo,

 rece-

(n) Kadalsſon.] F. Konálsſon.
(o) Biálfaſ.] G. Biálkaſ.
(p) Biálfi.] Id. Biálki.
(q) Þórbrandzd.] Id, Þrándard.
(r) Birni.] Id. þángat; eò (ɔ: *illi*).
(s) gnótt] C. F. gnóttir.
(t) nokkut, nonnihil, *addit* G.
(u) ſkygn.] F. *ſemper*, ſkynn.
(v) ferdvm.] G. rádum, a conſiliis eſſe.
(x) á fæti, pedibus, *add.* E. G. P.
(y) mvnir avrvggr til] C. R. M. mvnir gódr, eſſe bene audacem. F. ſert fullr, eſſe plenum audaciae.
(z) áræðis eda nokkvrrar karlmenſkv.] E. P. auruggrar kallmenſku, expertem metu fortitudinem. C. M. áræðis ne ſva annarrar mentar, aud. neque alias viriles dotes.

A. C. recepisti, quod jam clausa sunt omnia suffugia (a): caeterùm postulatu tuô,
1013. Kari, non vtar ego te pariter ac hominibus quotidianis: omnem admodum tibi (æ) operam, quicquid petieris, nauabo. Mater familiae (b) suscipit: Mali genii tuam, inquit, jactantiam auferant & nugas! & vtinam haec vobis ambobus ne verba essent, neu saltim nulli bono! ego quidem victum Kario libens praebeo & alias res bonas, quas (c) illi sciam vsui esse posse. tu autem (d) nihil in fortitudine Biörnis confide (e) Kari); metuo enim ne (f) aliud, quam praedicat, experiare. Biörn reponit: Saepè tu mihi detraxisti; at ego tantam mei fiduciam habeo, vt, si in periculum veniam, cessurus locô sim nemini: cui rei documento est, quod eò (g) lacessor a paucis, quia nulli audent. Illic Karius aliquamdiu occultè morabatur, ita vt pauculis (h) compertum foret: interimque in prouinciam borealem profectus (i) vulgò creditur; curauit enim, vti Biörn vicinitati narraret, Karium se (k) in itinere nactum esse, & hinc eum in Godalandiam adscendisse, inde boream versus Gasalandum (*Arenam anserum*), inde Mödruvallos, ad Gudmundum *Potentem*, petiturum. qui rumor statim in omnes pagos diffundebatur.

CAP.

(a) þíu, tua, *addit* G.

(æ) lidi.] Id. styrk.

(b) mællti.] C. M. heyrdi til, G. vard áheyrsla, haec (forte) audiens.

(c) ek veit — verda.] E. P. vid mégum, possumus.

(d) hardrædi Biarnar skalltu ekki treysta — segir.] Iid. hegóma B. sk. c. tr. Kári. þvíat þer mun at litlu gagni koma hans árædi, nugis B. ne conf. Kari; nam tibi paruo emolumento veniet ejus audacia.

(e) Kári, *inserit* F.

(f) þer verdi at avdrv enn hann segir.] C. M. G. han muni eigi hugtrúrr (hugprúdr) reynaz sva hversu) sem han lætr. cordatus (animosus) probetur sic vt (qualemcumque) se ostentat.

(g) leita fáir.] F. leitar anngr, — a nemine.

(h) viti.] G. vitordi.

(i) ætla menn nú.] F. P. er þat nú ætlun manna, (profectum esse illum) hominum opinio fuit.

(k) á favrnvm vegi.] E. P. vid fiall, apud montana.

Cap. CL.

A. C. 1013.

De Flosio & incendiariis.

(l) Flosius ad socios (m) profectus incendiarios, Nobis, (inquit), haud (n) expediet quiescere longius; sed porrò animum referamus necesse est ad peregre abeundum, & ad multam soluendum, & ad pacta nostra quam strenuissimè complendum. copiam nauis paciscámur nobis, ibi singuli, vbi optimum p.259. videtur. Iubentibus illis vt ipse consuleret, addit: Nos orientem versus in Hornafiördum proficiscemur; nam ibi subducta nauis est, quam (o) Eyiolfus *Naso* possidet homo Thrandus: ille scilicet vxorem affectat, neque facultatem conditionis, nisi ire (nauigare) desistat, obtinet. nos igitur nauim ab eo comparabimus; habebimus enim parum mercium, at multum hominum; illa autem nauis magna est, & nostri puto omnium capax. (p) Ita finitur sermo. Breui autem post ad orientem iter faciunt, non quiescentes, donec in Hornafiördum venissent vsque Biarnanesum: vbi & Eyiolfum inuenêre; nam hyberno illic hospitio vsus fuerat. Inuitatus benignè Flosius cum suis noctem ibidem exegit. Sequenti verò luce nauim emturit a gubernatore: qui se recusare (q) distracturum esse nauim, si, (r) quod vellet, pretium

 accipe-

(l) Flosi reid nú til.] C. G. M. Nú er þar til máls at taka er Flosi er. han mællti til, Nunc de Flosio dicere ordiendum: is ad soc. incend.

(m) reid.] D. ræidir, Chh. rædir, F. mællti, (incend.) loquitur. || reid — felaga sinna.] E. P. talar vid sveitúnga sína, ad contribules (gregales) suos loquitur.

(n) duga.] E. P. tiá.

(o) á Eyiólfr nef þrændskr madr.] P. Nef þrændskr madr á er Eyiólfr heitir, Naso homo Thrandiensis possidet, praenomine Eyiolfus. *Insolens constructio.*

(p) en han mun fá konunnar ef ver fám (fáum) skipit, Ille autem mulierem obtinebit, si nos nauim accipiemus. *inser.* E. P.

(q) at selia skipit — þó nær ser.] Iid. ef Flosi fengi honom land nokkut þar í nánd ser, si Flosius sibi fundum aliquem daret vicinum ipsi, negabat.

(r) hefdi þat fyrir sem hann villdi.] F. tæki þat &c. G. hefdi í þeim aurum fyrir sem honom líkadi, quae sibi placerent, iis mercibus pret. acc.

A. C. 1013. acciperet, negabat. tum a Flosio rogatus, quibus eam rebus (s) permutare vellet, se fundum postulare Norvegus, & sibi quidem vicinum, innuit. porrò Flosium (t) de pactis cum hospite suis edocet: ille conciliaturum se, vt pacta confierent sponsalitia, professus, ac nauim dein ab eo praestinaturum; (u) Noruego eâ re gauiso, fundum Borgarhafniae (tradendum) (v) obtulit. jamque Noruegus cum hospite de (x) conditione, Flosio praesente, agit; simulque hic ita verba interposuit, vt (y) sponsalia coirentur: in hoc fundum Borgarhafniae Noruego tradidit, (z) nauim recipiens manu stipulata; simulque ab eo (a) XX. centusses mercium, qui in pretium fundi annumerabantur, auferebat. - Dein (Flosius) domum repetit. Valebat autem tantâ apud (æ) suos gratia, vt merces vbicumque voluit, vel mutuò vel grátis acciperet. Domum suam Svinafellum peruectus, ibi se aliquamdiu tenuit: missis interim Kolo Thorsteinis & Gunnare Lambii filio in Horuafiördum orientalem, qui ad stationem nauis, praeparandi, (b) tuguria instruendi, merces (*) in saccos colligendi, (c) quicquid opus foret conquirendi gratiâ, manerent. Sed jam de Sigfussoniis dicendum: ii Flosio significabant se in Fliotzhlidam occidentem

(s) hafa, *hic & infra*, *nescit* F.

(t) hversu farit var (hafdi), quomodo processissent (pacta sua), *add.* C. E. G. M. P.

(u) Ausimadrinn gladdizt vid þetta.] E. P. austmanninum þótti nú vænkaz, Noruego inde rem melius successuram sibi pollicenti.

(v) bavd.] G. selldi, vendidit.

(x) málinv.] E. P. bónordinn.

(y) saman gekk kavpit.] F. keypt vard, sponf. confierent.

(z) skipinv.] C. M. kaupskipinn, nauim illam mercatoriam.

(a) xx.] H. I. K. L N. O. Q. S. tvo hundrud, duos centusses.

(æ) s. mønnvm.] E. P. s. undirmønnum, subditos sibi homines (*curiales*).

(b) tiallda búdir ok, *omitt.* E. P.

(*) sekka.] H. I. K. L. N. O. Q. S. sækia, adportandi.

(c) draga at slíkt sem þurfti.] lid. ønnur farargøgn þeirra, aliaque vasa.

tem versus res domesticas ordinatum proficisci (d) velle, indeque mercimo- A. C.
nia, & (e) quae alia opus forent, supportaturos: neque nunc est, ajebant, 1013.
quod Karium (f) metuamus, (g) si is, quemadmodum fertur, in boreali pro-
uincia degit. Flosius respondet: Ego verò nescio, an isti rumores, qui de
profectione Karii jactantur, veri sint; mihi videtur (h) refelli saepe quod e
vicinioribus locis, quam ea res, (i) rescisci tur. adeo mei consilii est, vti vos
multi vnà eatis, ac parum dispalati, vobis quam maximè caueatis. nunc etiam
tu, Ketill a Marka, somnium illud, quod enarratum a me tibi, vt celaremus
monuisti, in memoriam reuoca; etenim multi eorum qui clamabantur, pro-
fectionis tuae jam sunt socii. Ketill respondit: Omnia, (k) credo, sua lege
(l) procedunt de aetate mortalium quae sunt praedestinata; verumtamen tu p. 260.
bona fide (m) hanc praemonitionem interponis. nec plura illi hac de re.
Postea Sigfussonii, & qui his designati comites erant, se ad iter expediuerunt,
atque, (n) XVIII. numerô, deinde equites abierunt. Caeterùm ante quam
discesserant, Flosio osculis valedixerunt, & hic illis prosperum adprecatus
iter, se non amplius nonnullos abeuntium coram esse visurum testabatur:
sed illi a proposito deterreri se non passi, iter destinatum ingrediebantur.
Iusserat illis Flosius, vt merces ipsius in Medallandia (*mediocri territorio*), item

(d) vilia.] C. M. mundu, (profecturos) esse. G. munu verda at, (sibi — proficiscendum) esse.

(e) slikt annat sem þeir þyrfti.] E. P. onnur føng (faung) alias res.

(f) varaz.] Iid. óttaz.

(g) ef hann er fyrir nordan land.] F. er han er ridinn nordr um land, cum — in prouinciam borealem sit profectus.

(h) rióṣaz.] *Plurimi*, riúfaz. F. ryfaz.

(i) fretta.] F. spyriaz.

(k) myn þat.] Id. m. þ. verda, necesse est — vt procedant.

(l) framfara.] C. framgánga. G. framkoma, euentura.

(m) vavrvnnarinnar.] *Omnes alii*, vørunar þinnar.

(n) xviii.] *Ita* C. E. R. M. P. *caeteri tantum* viii. *minus rectè: quod ex duobus sequentibus Capitt. liquet.*

A. C. in Landsbrote & in Skogahverfo acceptas in orientem (o) subueherent.
1013. Iamque in Skaptartungam & per montana profecti, monte glaciali Eyiafiallensi a borea praeteritô, in Godalandiam atque ita (p) in filuas Thorsmarkicas descenderunt. Biörn a Marka equites fortè conspicatus, raptim ad conueniendum eos proficiscitur: (q) comiter salutarunt inter se: Sigfussonii de Kario Sölmundi filio requirunt. Offendi quidem Karium, inquit Biörn, sed jam pridem est, quod illud accidit: (r) deinde ille boream versus in (s) Gasasandum abiit, Gudmundum *Potentem* aditurus (t): & mihi quidem nunc adeo metuens vestri, (u) ipseque sibi adeò desolatus, videbatur. Tum Granius Gunnaris filius: At ille nos in posterum magis metuat oportet; quod sanè (v) ita sentiet, modò vt nobiscum congrediatur; nos verò illum nihil admodum timemus, quod (x) a suis omnibus est relictus. Eum Ketill a Marka tacere jussit, neque vllam (y) prodere jactationem. Rogati a Biörne quando sint reuersuri, (z) Ad septiduum, (a) inquiunt, in Fliotzhlida sumus moraturi: (æ) simulque illi, quando (b) in montana conscensuri sint, indicant.

(o) flytia.] F. færa.

(p) í skóga.] C. R. M. um skóga, per filuestria in Thorsmarkam.

(q) þar qvøddv hvarir adra vel.] Iid. qvøddust þeir vel; id.

(r) þadan.] F. hedan, hinc. || þadan — Gásasand.] E. P. nordr Godaland, bor. vers. per Godalandiam.

(s) Gásasand.] F. sand, desertum arenosum. *vel*, land, regionem ɔ: *in prouinciam borealem. sed prius malim.*

(t) han nordr á Mødruvøllu, contra boream Mödruvallos (ad Gudm. pot.) *inserit* F. *ante* til.

(u) þóttiz hann nú miøk.] E. P. þvíat han var miøk, quoniam valde desol. erat, videb.

(v) sva fremi vita at hann kæmi.] C. R. M. þat þá vita er han kemr, tum comperiet, quum nobiscum congreditur.

(x) einnmani ok, solus &, *inf.* F.

(y) frammi.] C. G. M. um, de ea re adhibere.

(z) nær *hic & infra nesciunt* Iid.

(a) sagdv þeir] G. svaradi Ketill, respondebat Ketill.

(æ) sagdv þeir honom hvenær.] C. R. M. qvádu þá á dag fyrir honom nær, tum diem illo coram, quâ (die in mont).

(b) aptr fara ok, reuersuri &, *inf.* F.

cant. Re ita comparata discessum ab inuicem est. Sigfussonii villas petierunt A. C. suas, & a familiis (c) cum gaudio excepti, tantum non hebdomadae spatium 1013. illic exegerunt. Interea Biörn domum rediens, conuento Kario totam itineris rationem Sigfussoniorum explicat & propositum, quô (d) insignem hac in re fidelitatem erga se ostensam ab eo praedicante; Crediderim, inquit, (e) plus in alio quodam homine, quam in me, periculi esse, si cui ego meum auxilium (*) curamve profiterer, (f) ne ista ei secus euenirent. Uxor interpellat: Tamen (g) malè ageretur, etsi tu proditor (hospitis) non exsisteres. Deinde Karius ibi VI. noctes agitabat.

Cap. CLI. p. 261.

De Kario & Biörne.

Iam (exactis illis) Karius Biörni loquitur: Nos montana orientalia transcendamus, & in Skaptartungam degressi, pagum curialium Flosii occultè peruadamus; nam ego mihi facultatem peregrè nauigandi in Alftafiördo orientali parare cogito. Hoc verò iter, ait Biörn, (h) magni est periculi, ad quod (faciundum) (i) pauculi praeter me ac te animum habuerint. Uxor suscipit: Si tu ignauus (k) Kario comes fueris, sic habeto, tibi ne semel quidem inde thori

(c) þeim fegnir.] E. P. fegnir komv (heimkomu) þeirra, (& famil.) aduentu (domum reditione) illorum gaudentibus.

(d) mikla trúleika.] C. F. M. vinskap mikinn ok trúleik magnum amicitiae documentum & fidelitatis.

(e) hættara — enn mer, *ignorant* Iid. & E. P., *tamen post* heta *addunt* nokkurum manni, alicui homini.

(*) vmsiá.] H. I. K. L. N. Q. S. forsiá.

(f) at — mvn í fara.] C. F. M. at — mvn í því fara, id. E. G. P. at — munr í (at P.) því verda, haec illi ex sententia euentura.

(g) illa.] F. fullilla, sat improbè.

(h) mikil.] E. P. allmikil, maximi.

(i) fáir.] Iid. fáir einir, pauci omninò.

(k) ok ódrengiliga, & illiberalis (instrenuus), *inserunt* Iid *post* illa.

A. C. (l) thori mei copiam fore, atque adeo (m) facultates nostras a cognatis diui-
1013. sum iri meis. At, mea vxor, regerit, probabilius est aliud euenire (n) posse, quam vt haec fiat diuortii nostri causa (o); nam egomet (p) mihi testis ero, qui vir sim, quamue strenuè rem geram, in conferendis armis. Eodem die montana orientalia petunt, a septemtrione montem perpetuae glaciei praetereuntes, at nunquam publicâ viâ; & in Skaptartungam degressi, omnes supra villas pergunt ad Skaptam (*amnem hostilis*): & conducunt equos in lacunam aliquam (q), ipsi autem speculantur; seque ita composuerant, vt prospici nequierint (r). Hìc Biörnem Karius rogat: Quid (consilii) inceptabimus, si huc ad nos ex monte descenderint? Eruntne duae rationes? ait Biörn; vna, vt boream versus secundum hos cliuos concedamus, & homines praeteruehi sinamus; altera, si nonnulli tardius sequentur, hìc maneamus, eosque ita (s) inuadamus. super hoc prolixè disputabant, &, Biörne identidem (t) haec verba alternante, se vel quam ocissumè fugiturum, vel contra mansurum ad (u) excipiendum aduersarios esse; Karius plurimum inde capiebat oblectamenti. Sigfussonii & comites, eadem die quâ Biörni dixerant, domô profecti, Markam veniebant, ibique fores, conuenturi eum, pepulêre. materfamilias

(l) í mína rekkiv sinn.] G. í sæng hiá mer eitt s. id.

(m) skilnad ok, diuortium inter nos factum &, *inser.* E. P.

(n) þyrfi.] G. þurfir þú, E. P. eigir þú, C. M. hliótir þú, exspectandum esse tibi.

(o) en ek fylgia Kára eigi vel, quam (*sc.*) quod ego minus strenuè sim Kario adfuturus. *adjicit* F.

(p) bera mer vitni.] G. raun til gera, documentum exhibebo.

(q) er þar var, quae hìc (prope) sita erat, *addit* F. *post* nokkura.

(r) fyrr enn gengit var at þeim, prius quam quis in eos incidisset. *add. id.*

(s) ráda.] C. G. M. ríða, adequitemus (inuehamur l. irruamus.)

(t) í sínv orði hvart.] F. sitt í hvoriu ordinu.

(u) taka í móti.] E. P. veita vidnám.

familias autem, cum ad recludendam januam aggreſſa ſalutaſſet illos, (v) A. C.
ſimul de viro interrogata, hunc in tractum (x) Eyiafiallenſem, & orientem 1013.
verſus ad Selialandsmulum, itàque Holltum deſcendiſſe innuit; quoniam, inquit, nomina illic habet exigere. quod illi accredebant, quippe cum ſcirent (y) pecuniam Biörni his in locis eſſe repetendam. Mox in montana orientalia tetenderunt, haud remiſſo prius itinere, quam in Skaptartungam deueniſſent; ac ſecundum Skaptam degreſſi, quô locô rati Karius & comes fuerant, equos refecerunt. Tum autem diſpartito comitatu, Ketill a Marka (z) orientem verſus in Medallandiam diuertit, octoque cum eo homines: at caeteri quietis cauſâ decumbentes, inſidias haud ante compererunt, quam eis Karius & Biörn ſuperueniebant. (a) Excurrebat illic in amnem lingula: quò progreſſus Karius, Biörnem (æ) poſt ſe adſtare jubet, nec periculum ſui nimis
longè procurrendo facere; Mihi tamen, ait, quod poteris, ſubſidium praeſta. p. 262.
Ego quidem illud propoſueram, inquit Biörn, homine pro (b) (tutelari) clypeo vti nemine; at nunc tamen eò ventum eſt, vt hoc arbitrio tuo ſit relinquendum: ſed nihilô minus tibi vſui eſſe poſſum conſiliô & velocitate mea, & noſtris aduerſariis non (c) nihil detrimentoſus (d). Iamque illi conſurgunt vniuerſi & aduolant ad hos. ſuorum celerrimus exſtitit Modolfus Ketilis filius, haſtamque direxit in Karium: hic ſe clypeo praemuniuerat; quem, cum illap-

 ſum

(v) þegar at Birni.] F. hvart bóndi væri heima, virum paterfamilias (*l.* vir ejus) domi eſſet, interr.

(x) vndir Eyiafiøll.] E. P. í Eyiar, Eyenſem (inſulanum).

(y) Biørn átti þar ſe at heimta.] C. M. G. þetta var ſatt (allt), hoc (omninò) verum eſſe.

(z) avſtr.] E. P. ofan, in M. deſcendit.

(a) fram.] Iid. jafnfram, rectâ (*ex loco vbi erant*) procurrebat.

(æ) at baki.] F. hiá, apud.

(b) hlífiſkilldi.] C. M. R. ſkilldi. E. P. ſkotſpæni, ſcopulo opponere telis in me miſſis.

(c) óſkeiniſamr.] E. P. óſkeinuhættr.

(d) ef þeir koma at mer, ſi me cominus accedant, *addit* F.

A. C. sum ei jaculum inhaereret, tanta vi contorsit, vt hasta frangeretur. tum
1013. ipse distracto ense suo Modolfum impetit, qui cum vicissim gladiô caederet, gladius Karii capulo accidebat, vnde repercussus Modolfo in carpum adsiliuit, manumque praescidit, eâque simul cum ferrô delabente, continuò se penetrans in latus hominis per costas immittebatur; vnde hic, simul exanimus, decidit. Granius Gunnaris filius pilum corripit, & excutit in Karium: qui, scutô (e) ita destitutô vt solo infixum staret, telum aduolans manu sinistra intercipit, & retorquet in Granium, illicoque scutum (f) laeuâ recipit. clypeum, quo se Granius protegebat, incidens ei pilum continuò perrupit, & femine hominis infra ipsa ilia collineato atque perfossô, ita in terram vsque penetrauit: neque ille se ab ferro valuit liberare, donec eum populares sui retractô istô soluerint; qui in (g) lacuna quadam repositum clypeis contegebant. (h) Repente homo quidam irruens ac pedem Kario supputare cogitans cum ei ab latere propinquâsset, Biörn eidem homini manum abscidit, seque (i) continuo post Karium recepit, nihil vt ei adferre quiuerint detrimenti: Karius autem gladio in eundem illum hominem obliquè vibratô, medium ei corpus (k) distruncauit. Tum ad eum Lambius (l) Sigfusi filius adcurrens, ictum ei gladiô intendit: objecit Karius (ictui) scutum obliquum, vt nihil figeret acies: gladiô hominem (m) sub ipso pectare ita pungit, vt mucro ex interscapilio emicaret, idque necem homini importauit. Porrò ad Karium prorumpit Thorsteinn (n) Geirleifi filius, eum ab latere inuasurus: quem

(e) sva.] C. F. M. sva fast, tanta vi.

(f) vinstri.] F. hægri, dexterâ.

(g) dæl] C. G. dæli.

(h) skavtz at.] F. hlióp at baki Kára, ad Karium a tergo incurrens.

(i) skavtz.] G. hlióp, post K. recurrit.

(k) hió.] G. tók.

(l) Sigfússson.] E. F. P. Sigurdarson.

(m) fyrir nedan bríóstit sva at út geck medal herdanna.] C. R M. framan í bríóstit &c. per aduersum (ipsum) pectus. E. P. fyrir nedan nafla sva at yddi út um bakit, ipso vmbilico — ex dorso emicaret.

(n) Geirleifss.] G. Geirólfss.

quem forte animaduertens Karius, gladium (o) obliquè vibrat, ac trans- A. C.
uersos ferit humeros, ita vt corpus discinderetur. Paullò post Gunnarem 1013.
a Skàla, illustrem virum, ictu peremtorio caedit. Tres autem homines
Biörn, qui Karium conficere destinârant, sauciauerat, etiamsi nunquam eò
progressus, vt sibi quid ab iis (p) periculi fuerit; neque etiam ipse hoc in
congressu vulneratus est, imò neuter sociorum: (q) cuncti verò qui euade- p. 263.
bant, vulneribus fuerant affecti. ii se raptim in equos subjecêre, hos in
Skaptam, quantum poterant, agitauêre, tanta occupati formidine, nullam vt
adierint villarum, nullibi acta significare ausi: quos, cum (r) aufugiebant,
Karius & Biörn conuiciis inclamauêre. illi Skogahverfum orientem versus
petiêre, neque, dum Svinafellum perueniebant, cessauêre. Iis venientibus,
quod ab domo Flosius aberat, eò hinc ad quaerendos interfectores non est
itum; quanquam profectio illorum (s) summè dedecorosa omnibus videretur.
Karius Skalam profectus homicidia ista sui operis esse profitetur, decessum (t)
incolae hujus praedii & V. aliorum, Graniique vulnus indicat; vtilius mo-
nens, hunc, si retinere animam deberet, domum aliquam vehi. Quem Biörn
interficere nolle se affirmauit (u); tamen qui periret, dignum esse testatus:
qui autem respondebant, paucos ejus operâ putrefactos (interiisse) ajebant:
ille contra; (v) jam esse copiam, vti tot, quotquot (x) ipse vellet, Sidensium

 putre-

(o) flæmdi.] *Plerique*, flæmdi, *quomodò & illud legendum puto.* E. P. hió, intentat ad ictum.

(p) nein ravn.] C. G. M. mannravn, F. mannhætta, E. P. hætta, *omnia eòdem sensu.*

(q) *Hìc rursum incipit* B.

(r) vndan.] F. út á ána, in amnem.

(s) svívirdiligzta.] G. háduligsta, E. P. hædiligsta, contumeliosissima.

(t) húsbúànda.] B. C. E. R. M. P. húsbónda.

(u) fyri mágsemdar saukum, propter adfinitatis rationes, *adjicit* F. *post* hann.

(v) qvad nú kost vera.] C. M. R. E. P. qvadz kost eiga (kost hafa nú átt) sibi esse *&c.* (sibi jam fuisse cop.). B. svaradi. kost á ek nú, respondit: Nunc mihi copia est.

(x) hann villdi.] Id. ek vil, volo.

A. C. 1013. (y) putrefierent: quod illi (z) male comparatum affirmauêrunt. Mox Karius & Biörn inde abierunt.

CAP. CLII.

Porrò de Kario & Biörne.

Quaerebat a Biörne Karius: Quam nunc inibimus (a) rationem? jam ego prudentiam explorabo tuam. Biörn respondit: An (æ) quam plurimi censes interesse, vt simus quam prudentissimi? Imo, inquit Karius, sic vtique res est. & Biörn: Est igitur consilium in expedito (capere): Circumducamus omnes eos (qui persequentur) velut (b) gigantes (stultos homines), nos in montana septemtrionalia abituros simulando; quam primum verò locus superior inter nos & illos intercedet, tum conuersi (c) secundum Skaptam descendamus, & quô locô nobis tutissimum fuerit visum, dum quam (d) vehementissimè quaerimur, si modo persequantur, delitescamus. Ad haec Karius: Ita faciemus, (e) & ego quoque hoc (f) praecogitaueram. Id (g) tu experiêris, ait Biörn, me non esse (hominem) consiliô vulgarem, nihilô (h) magis

(y) fúnadi.] Id. fúni, putrefiant.

(z) þá ill at.] F. þá þó ill at, sanè m. &c. E. þá íllt at at, sic illi negotium male (infeliciter) geri adf. G. Chh. þat illa vera, hoc malè euenire adf. P. honom at þeir mundu eigi vilia lengr lifa sem fúnudu fyrir honom, ei, illos diutius viuere nolle, qui ejus operâ putrefierent, responderunt.

(a) ráda.] C. G. M. B. bragds (bragda).

(æ) vndir því sem mest — vitraztir.] G. vid þat mest liggia — mestir, plurimum in eo positum — maximi (celeberrimi).

(b) þvrsa.] F. þurssu, id. K. L. þessa, hos (istos, *qui modò fugiebant*).

(c) ofan med.] B. yfir, Skaptam transmittamus.

(d) ákofvzt.] E. P. mest, maxime.

(e) ok hafda ek.] C. G. M. þvíat ek hafda, nam ego.

(f) ætlad.] E. P. hugsat.

(g) reynaz.] Id. virdaz, tibi probabitur.

(h) hiátækr meirr — hardrædvm.] F. I. K. L. M. S. D. mer (mær) &c. carentem (destitutum), non magis quam ausis fortibus. N. — miøg &c. (consilii) admo-

magis quam (i) factis fortibus. Iamque propter Skaptám, vti ſtatuerant, A. C.
deſcendunt, &, vbi pars quaedam amnis (k) in africum labitur, ad brachium 1013.
deflectunt intermedium, curſu non intermiſſô, donec in Medallandiam deue-
niebant, & quidem in eum vliginoſum locum, qui vulgo appellatur Kring-
lu-myrr (*circularis palus*); ea nempe ſaxeto circumuenta (l) vndique eſt. p. 264.
Tum Karius Biörnem (m) equos eorum cuſtodire, atque excubitorem agere
juſſit; ego enim (ait) languore adficior (n): equos obſeruante Biörne, humi
decumbit ipſe; at perpaullum quietis ceperat, cum ab illo expergefactus eſt,
qui equis jam conductis, & (o) praeſtò adſtantibus, Kario ita loquitur: Tu
verò me admodum opus habes; nunc (p) te, credo, is (q) fugâ deſeruiſſet,
qui non aequè animis valuiſſet atque ego; jam enim aduerſarii (r) tui huc
tibi adequitant; adeòque nunc accingere. Tum Kario ad (s) ſaxum quod-
dam prominens ſuccedente; Sed ego, inquit Biörn, vbi nunc ſtabo? Karius
reſpondet: Ecce duae (t) prae manu viae; (u) vna, vt pone me adſtes, &
ſcutum ad protegendum te, ſi cui forte venerit tibi (v) emolumento, teneas;

 altera,

admodum indigum (expertem), non magis qu. fortitudinis. B. H. — reynaz, vulg. (carentem) probatum, compertum iri non m. qu. ſtrenuitate. || C. E. G. O. P. Q. *omittunt* meirr, *ſenſu tamen ferè eôdem atque in Interpretatione.*

(i) hardrædvm.] E. F. P. hardfenginn, ſtrenuitate.

(k) í avſtr en ſvm, contra orientem, alia verò, *inſerunt* C. M. *Mox pro* lands-ſvdr *habent* I. K. L. N. O. Q. S. lands-nordr, euroaquilonem. *quod an procedat, dubitauerim.*

(l) allt vmhverfis.] F. aullu megin.

(m) gæta heſta þeirra.] E. P. geyma heſta ſína, equ. ſuos cuſt.

(n) næſta, valdè, *addit* G.

(o) hiá þeim.] C. G. M. nær, propè.

(p) margr, multi (deſeruiſſent — animoſi fuiſſent), *inſer.* E. P.

(q) hlavpit.] C. G. M. hleypt, concitato equo deſer.

(r) *Hic duo folia deſunt ex E.*

(s) hamarſkúta nokkorn.] C. G. M. hamarklett n. B. hamarſkútu nokkura.

(t) fyrir hondvm.] P. til, reliquae.

(u) annarr] P. fyrri, prior.

(v) gagni.] R. halldi, praeſidio.

A. C. altera, vt conſcendas equum tuum, & quam potes maximè, hinc te auferas.
1013. Hoc nolo, inquit Biörn, idque non paucis negotiis impulſus; in primis hôc, quod forſitan (y) mordaces quaedam linguae verba jecerint ea, me, ſi abequitauero, prae animi abjectione a te deuolare: (z) deinde, quod ſcio, quantum vincere me operae pretium ducant, eòque me duo vel tres eorum inſequentur; ſic autem ero tibi nulli commodo praeſidiove. malo igitur tibi adſtare, (*) meque, (a) donec fors conceſſerit, propugnare. (æ) Neque tum longa interfuerat mora, cum jumenta ſarcinaria per paluſtrem locum prodigebantur, quae tres homines ſubſecuti. Karius infit: Hi non ſentiunt nos. Sinamus, inquit Biörn, eos praeteruehi. His itaque praetereuntibus, (b) reliqui VI. continuò adferunt. ſimulque omnes deſiliunt ex equis, (c) ſeque ad Karium & comitem vertunt. primus omnium accurrens Glumus Hillderis filius haſtam in Karium dirigit; at cum hic (d) vno calce nitens ſe ab ictu auerteret, non figit eum, ſed venit in ſaxum ictus: quod conſpicatus Biörn, ſimul haſtile Glumi detruncauit. Karius autem (Glumum) pede obliquato ſtantem percutit, gladioque femori illabente, hoc ſimul cum pede ſubſecat; vnde Glumus oppidò exſpirauit. Tum ſe ad Karium proruunt filii

---

(x) *Lacuna duorum foliorum in* F.

(y) nokkvrar ſkædar túngvr.] B. C. G. M. P. nokkurir túnguſkædir menn, aliqui petulantis linguae homines.

(z) hinn er annarr at.] B. hitt er annat at, id. C. G. M. enn, caeterùm hoc ſcio.

(*) ok veriaz — verdr.] P. þvíat gilldr mun þeim óttinn af mer, namque me haud mediocriter formidabunt (aduerſarii).

(a) medan audit verdr.] K. M. ſvo ſem aud. ꝛc. quemadmodum. C. G. M. med þer, vnà tecum propugn.

(æ) þá var — vmfram, *neſcit* P.

(b) en hinir — ok hliópv.] P. Nú rída hinir at þeim í þeſſu ok hlupu, Interea illi (aduerſarii) ad eos aduecti, continuò deſil. &c.

(c) ſnerv.] B. C. G. M. ſóttu, (& Kar. —) petunt.

(d) á hæli.] C. af hæli.

(e) filii Thorbrandi, Vebrandus & Asbrandus: illum aduolans Karius gladio transfadigit; subinde huic pedem vtrumque deputat. Hoc autem vestigio ambo, Karius atque Biörn sauciati sunt. Deinde in Karium irruebat Ketill a Marka, lanceâ petens eum; quae, Kario pedem subitò attollente, in solum penetrauit; tum in hastile adsilit Karius, hoc interfringit, Ketilem complexu occupat (f). accucurrit (g) Biörn, eum percussurus. Karius autem: Fac abstineas, inquit; praestabo Ketili incolumitatem, & fiat licet, (h) vt vitae ejus potestatem habeam, eum tamen obtruncabo nunquam. Ketill, (i) nihil ad haec referens, abiit, & socios (itineris) nactus, quibus res nondum erat cognita, reddit certiores. A quibus ejusdem pagi incolae acta edocti, magnâ subito concursatione facta, omnium (k) confinia fluuiorum perlustrant, tantum in montana borealia spatium emensi, vti duos dies & noctem quaerendo absumserint: postea verò suam quisque domum rediêre. Ketill autem & (l) socii Svinafellum orientem versus delati gesta illic exponunt: quem eorum casum Flosius ferè silentio praetergressus, tamen incertum pronuntiauit, vtrum hìc (m) finis foret caedibus; est sanè Karius (addit,) nemini homini, qui nunc in (n) Islandia viuit, comparabilis.

A. C. 1013.

p. 265.

CAP.

(e) Þórbrandzsynir.] B. C. G. M. Þórfinnzsynir.

(f) ok setti hann nidr hiá ser, apud seque humi collocat, *addit* P.

(g) hlióp þá at ok villdi vega.] P. qvadz vilia drepa, se eum velle interficere dixit.

(h) at — lífi Ketils — hann.] B. C. G. M. Ketill optar at — lífi þínu — þik, Ketill, saepius, vt vitae tuae — te tamen &c. P. Ketill at ek drepi þik. þá skal mer þat eigi viliandi verda, K. vt ego te occidam, id tamen mihi volenti non eueniat (volens non faciam).

(i) øngv.] B. C. G. M. fá, pauca.

(k) nordr ok sydr, boream & austrum versus, *inserit* P. *ante* med.

(l) felagar.] P. Kompánar.

(m) stadar.] B. C. G. M. stad.

(n) Íslandi.] lid. landi váru, terra nostra.

A. C. 1013.

Cap. CLIII.

De Kario, Biörne ac Thorgeire.

Iam verò de Kario & Biörne memorandum, quod (o) in Sandum (*Arenosa*) delati, equis sub ferax auenae supercilium (p) ductis auenam pro pabulo (q) secuerint, ne (r) inediâ conficerentur. (s) Karius rem (de persecutoribus) conjecturâ sic est assecutus, vt simul atque scrutatio desinebat, illinc se mouerit: noctu per pagum (proximum) adscendebat, atque mox in montana; eandemque viam omnem, quam in orientem permeauerant, relegens, non quiescebat, donec (t) Markam intermediam peruenisset. Tunc ad eum Biörn: Nunc tu erga me, quaeso, amicum age magnum (u) conjuge mea coram; illa enim ne vni quidem verbo, quod ipse loquar, fidem habebit; (v) jam verò in eo mihi sunt omnia (ne id fiat); eôque mihi bonam refer gratiam, quod me tibi comitem idoneum praebui. Factum volo, ait Karius, moxque aedibus adequitarunt. Materfamilias eos benignè complexa, quid noui percontatur. Biörn respondit: Auctae sunt, mulier, majorem in modum turbae. Uxor parum ad haec referens subridebat: tum verò, Qualem se Biörn, inquit, erga te, Kari, praebuit? is respondet: *Nudus quisque tergum est, nisi fratrem habeat;* (x) & sane (y) pulchrum se in me praebuit: tres homines vulnerauit, ipse etiam sauciatus; mihique per omnia, quod poterat, auxiliaris fuit vt qui maximè. Postquam ibi tres noctes exegissent, Holltum profecti

---

(o) út, extrorsum, *addunt* C. G. M. nordr, boream versus, *add.* P.

(p) leida.] P. láta.

(q) skárv.] Id risu, euulserint.

(r) sullti.] Id. húngri, fame.

(s) Kári — leitinni *negligit* Id. & *mox legit*, En er hætti leitinni reid han, Vbi autem quaestio desinebat, noctu &c.

(t) Midmörk.] B. C. G. M. Mörk.

(u) fyrir húsfreyiv — þer veitta.] P. *tantum*, ok hæla framgöngu minni, & operam lauda meam.

(v) nu.] G. þó, attamen.

(x) ok gafz — vel, *omitt.* P.

(y) vel.] C. G. M. allvel, optimè.

profecti ad Thorgeirem, quae geſta erant ſolum edocent; (z) huc enim A. C.
nondum peruenerat nuntium. Ille (Kario) a) gratias perſoluit; adeò com- 1013.
pertum eſt, quod iſta re laetificaretur. Porrò, quid adhuc eſſet infectum, p. 266.
quod deſignare in animo inſtituiſſet, a Kario requiſiuit. qui reſpondit: Gunnarem Lambii filium & Kolum Thorſteinis filium, ſi copia fiet, interimere (æ) certum eſt mihi: ſic XV. homines neci dedimus, quinis illis, quos (b) operâ ſociâ tu & ego perimebamus, adnumeratis. caeterùm nunc (c) habeo quod abs te petam. Thorgeire gratificaturum ei ſe, quicquid peteret, profeſſo: Volo igitur, ait, hunc vt hominem, cui Biörni nomen, quique caedibus mecum adfuit, receptes ad te; ſedeque ejus permutatâ, villam vndique perfectam hìc ei des in vicinia tua; & ſic manu tua protegas eum, nullae vt ab eo poenae repetantur; quod quidem tibi, quae tua eſt auctoritas, integrum eſt. Sic fiet, inquit Thorgeirr. Poſteaque Biörni (d) villam Aſolfsſkalum, omnibus rebus paratam, tradidit, (e) ipſe villam in Marka recipiens; illòque (f) familiam hominis omniaque inſtrumenta domeſtica tranſtulit: & omnes etiam cauſas conficiens pro Biörne, aduerſariis eum ſolidâ fide reconciliauit; (g) vnde hic poſtea, quam ante, vir multò major habebatur. Inde decedens Karius non intermiſit iter, donicum in occidentem Tungam perueniret

(z) þvíat — fyrr, *nescit* P.

(a) þakkadi — feginn.] P. let vel yfir, rem laudibus proſequebatur.

(æ) ætla.] P. villda, vellem.

(b) drápvm bádir ſaman.] B. vágum bádir ſamt.

(c) bænar ſegir K. — havfdíngsſk. þins.] P. at ſkipta um búſtadi vid Biorn ok hafa hann í þinni vardveizlu ſvo at þeir fái engri hefnd til &c. te rogabo, vt villam Biörni mutes, ipſumque protegas, ita vt aduerſarii nullas ab eo poenas ſumere queant.

(d) bú algert.] P. *tantum*, bú, I. K. L. N. O. Q. S. búſtad, domicilium (Aſolfsſkali).

(e) en hann — búferli hans, *omitt.* P.

(f) bú.] C. G. M. ſiálfr hión, ipſe familiam.

(g) þótti — fyrir ſer, *nescit* P.

A. C. niret ad Asgrimum Ellidagrimi filium. (h) Is Karium insigni beneuolentiâ
1013. excepit, & omnes, qui in caedibus euenerant, casus edoctus ab eo, magnopere applaudebat; quidque porrò cogitaret, interrogauit. Karius respondit: (i) Destino aduersarios peregrè persequi, (k) eisque sic imminere, & si qua occasio mihi dabitur, interficere. (l) vnde Asgrimus eum nemini fortitudine comparabilem affirmauit. Ibi Karius per aliquot noctes commoratus, ad Gizurem *Album* proficiscitur, ab eoque ambabus vlnis receptus, hic aliquamdiu manet. Dein Gizuri se in Eyras (*) descensurum innuit, ab eoque sub discessum eximio gladio donabatur. Mox in Eyras degressus, hìc sibi (m) copiam nauis a Kolbeine (n) *Nigro* pactus est, (o). Erat hic natione Orcadensis, antiquus Karii amicus; vir in rebus gerendis ardentissimus atque strenuissimus: qui admisso magnis amplexibus Kario, ambos eandem (se ac illum) subituros fortunam esse profitebatur.

CAP.

(h) hann tók — vel, *negligit* id.

(i) ek ætla.] C. G. M. at han ætladi, se constituisse.

(k) at þeim ok drepa þá ef ek fæ náð þeim.] Iid. vm at drepa þá ef han náir, id. P. fyrir þeim ef ek mætta drepa eun einn eda tvo fyrir þeim, eisque ita insidiari, si forte contigerit mihi unum etiam aut duos eorum interficere.

(l) Asgrímr sagdi — nú ofan á Eyrar, *excludit* Idem.

(*) ofan.] C. G. M. út, extrorsum esse profecturum.

(m) ok tók ser þar fari.] P. Sídan tók han ser far, Deinde sibi cop. n. &c.

(n) svarta.] Id. hvíta, Albo.

(o) *Sequentia ita legit* P. ok fór á utan mánudi seinna enn þeir Flosi sigldu af Íslandi. Þeir Kári komu til Hialltlandi ok Orkneyia ok frettu þar um ferdir þeirra Flosa. ok þat at þeir væri komnir til Hrossevjar. peregreque abiit post vnum mensem, quam Flosius ac sui ex Islandia nauigauerant. Deuenerunt Karius & sui ad Hialltlandiam & (deinde) Orcades, ibique de itineribus (nauigatione) Flosii & sociorum cognouerunt, simulque illos in Hrosseyam esse delatos. *Ita tota penè duo sequentia capita ignorat. Confer tamen initia Cap. CLVI.*

Cap. CLIV.

A. C. 1013.

Peregre abitio Flosii.

(p) Interea Flosius in Hornafiördum orientalem proficiscitur, & curiales suî plerique ipsum comitantes, merces suas, & caetera commeatûs, omnia denique, quae secum portaturi erant, illô deuehunt. Mox iter apparant ac nauim, Flosio ad stationem, donec parati fuerunt, agitante. Idoneam autem p.267. nacti ventum pelago se commiserunt: at longinquâ nauigatione (q) grauique tempestate vsi, tandem, quò ferrentur (r) penitus ignorabant. Accidit aliquando, vt tres ingentes fluctus (s) quodam in loco nauim deinceps inundarent: vnde Flosius eos alicubi ad terram accedere judicauit, hosque fluctus e breuibus erigi. verùm caligo incumbebat magna, tempestasque adeò increbuit, vt vehementi hyeme circumfusi, terram haud ante senserint, quam in eam nauis ejecta est nocte aliquâ: & ibi (t) nautas quidem, at naui minutim collisâ, nihil oneris seruare contigit. Tunc paranda sibi calefactione opus habuêre. postridie autem in editum quemdam locum conscenderunt, aëre tunc demum temperato. Flosius, (u) numquis hanc terram recognosceret, percontatus. aderant duo, qui antea (illuc) nauigassent, seque certò noscere affirmarent; ac delati nos (ajebant) ad Orcades, & quidem in Rosseyam, sumus. tum Flosius: Nancisci potueramus commodiorem terram,

 quippe

(p) *Sic incipit caput in* C. G. M. Nú er þar til máls at taka er Flosi er at þeir rída austr ꝛc. Iam verò de Flosio (& suis) repetendus est sermo. hi in — proficiscuntur.

(q) harda.] B. C. G. Chh. illa, foedâ.

(r) hvndvillir.] B. hafvillir, per oceanum, nesciebant.

(s) nokkvr *excludunt* C. G. & M. *hic & infra.*

(t) borgit monnvm.] Iid. & B. mannbiorg.

(u) nokkvrr kendi land þetta.] C. M. G. þeir (menn) kendi l. þ. er farit hofdu ádr landa á milli, num ii (homines) hanc terr. recognoscerent, qui ante commeauerant (inter terras l. vltro citroque).

A. C. quippe Grimus & Helgius filii Nialis, quos ego peremi, ſatellites erant
1013. Sigurdi dynaſtae, filii Hlödveris. Dein (v) latebras quaerunt, ſeque muſco tegunt euulſo: atque ſic parumper, at haud ſanè (x) diu delituerant; cum Floſius ait: Ne diutius hic jaceamus, ita vt compertum incolis fiat. Itaque ſurgunt, quid faciant, deliberantes. tum autem ſuis Floſius: Eamus nos dynaſtae omnes deditum; nihil aliud enim ad ſalutem (y) facit noſtram, cum caeteroquin etiam dynaſta vitae noſtrae habeat poteſtatem, ſi modo perſequi voluerit. Mox omnes inde digreſſi, monente illo, ne cui hominum geſta (z) ſuive itineris euenta prius, quam ipſe dynaſtae diceret, enuntiarent; vſque eò perrexêre, donec qui viam ſibi monſtrabant in (a) oppidum, nanciſcerentur: tum ad ipſum dynaſtam adierunt, eumque Floſius ac caeteri omnes ſalutarunt. interrogat dynaſta, qui ſint hominum? nomen ſuum Floſius eloquitur; ſimul, ex quo (Islandiae) pago ſit, indicat. Dynaſtes, ad quem incendii fama praeueniſſet, continuò agnoſcit homines; & a Floſio quaerit: Quid mihi de Helgio Nialſonio ſatellite meo narras? Hoc, ait ille, quod ego ei caput detruncaui. Tum dynaſta, (æ) Hos omnes, inquit, comprehendite. ſtatim ita eſt factum. Hoc autem veſtigiô Thorſteinn filius Halli ab Sida, cujus ſoror Steinvöra vxor Floſio erat, ſatelles Sigurdi dynaſtae, interueniens, & Floſium prehenſum conſpicatus, ad dynaſtam accedit, ſeque Floſium omnibus, quas habebat, redemturum (b) facultatibus profitetur. dynaſtes (c) maximâ quidem ac pertinaci commotus irâ fuit, ſed tamen eò (d) demum res venit ſuaden-

(v) fylgnis.] B. fylſknis. Chh. fylſnis. C. M. leynis. G. innis.

(x) lengi.] D. C. G. I. lánga.

(y) gerir.] C. tiár, confert.

(z) eda frá.] C. M. af, de itineribus ſuis, ɔ: quae in nauigatione ſua euenisſent.

(a) bíarins.] Chh. bæarins. C. G. M. Jarls, (ad) dynaſtam.

(æ) mællti. taki þá.] Iid B. bad taka þá, eos comprehendi omnes juſſit.

(b) góds, *excludunt* C. K. L.

(c) reidazti.] C. G. M. erfidazti, (diu) prorſus inexorabilis.

(d) vm ſidir.] Iid. at lyktum.

ſuadentibus vnà cum Thorſteine viris optimis, qui quia gratiâ valebat amicorum, multi cum eo ibant deprecatum; (e) res eò igitur venit vt Floſium & reliquos omnes dynaſta in gratiam reciperet, atque incolumes praeſtaret; quin hac in re potentium conſuetudinem (f) ſecutus, vti Floſius eas, queis Helgius filius Nialis functus fuerat, officii partes (g) obiret: qui ſic in ſatellitium dynaſtae adſcriptus magnam ejus gratiam (h) ſibi celeriter conciliauit. A. C. 1013. p. 269.

Cap. CLV.
Peregrè abitio Karii.

Poſt dimidium menſem, quam ex Hornafiördo Floſius ac ſui, Karius & Kolbeinn *Niger* ex Eyris (i) ſoluerant; & ſecundiſſimis ventis per mare breui temporis ſpatio delati, portum in Fridareya *), quae Hialltlandiam & Orcades interjacet, capiebant. Accepit hoſpitio Karium vir quidam nomine (k) Dauid *Albus*; hic eum cujuscunque de itinere Floſianorum factus certior erat, docuit, ſingulari ſe in eum beneuolentiâ praebens, apudque illum Karius hybernabat. Interim de omnibus, quae (l) occidentem verſus in Roſſeya gerebantur, nuntios accepere. (m) Inſtante feſto *Natalitii* Sigurdus dynaſta Gillium

Eeee 3

(e) kom þá ſva, *omnes codices, praeter A. negligunt.*

(f) ok ſit, ac morem, *add.* G.

(g) gekk i.] C. M. g. undir, ſubiret. G. tók vndir, ſuſciperet.

(h) ſer brátt.] B. ſkiótt, celeriter intrauit (in magnam &c.)

(i) letv út.] G. lǫgdu út.

(k) Dávíd.] C. *ſemper*, Dagvidr.

(l) veſtan.] C. G. auſtan, orientem verſus.

(m) *Hoc membrum in* C. G. M. *ſic incipit*: Nú er þar til máls at taka er Sigurdr Jarl (er at han *add.* G.) bauð ꝛc. Nunc dicere ordiendum eſt, quod Sig. dyn. inſt. feſt. &c.

*) *Id eſt* Pacis inſula, *quae fortè eadem ac inſula*Ocioſorum; *cujus meminit Buchananus in Hiſt. Scot. p.* 25.

A. C. 1013. Gillium Comitem sororium suum ex Aebudis ad se inuitauit; hic (n) Svanlögam in matrimonio habebat sororem Sigurdi dynastae. Tum & rex nomine Sigtryggus ad Sigurdum dynastam ex Hibernia venit, filius Olafi Quaranis. Mater autem Kormlöda nominabatur, quae omnium foeminarum venustissima, omnibusque, quae non ex ipsius arbitrio pendebant, dotibus (o) ornatissima: omnibus rebus verò in sua potestate sitis malè praedita vulgô perhibetur. Rex erat nomine Brian, cujus illa vxor, verum jam (p) ab eo dimissa, fuerat. (q) hic omnium (r) regum ingeniô optimus. in Hibernia (s) vrbe Connaciae (capite) residebat. Ejus frater Ulfus Hræda (*Terror*), athleta celeberrimus & homo militaris. Alumno Brianis nomen erat Kerthialfadus: hic fuit filius (t) Kylveris regis, qui praeliis cum Briane rege compluribus gestis hujus operâ ex regno profugus in monasterium consederat: Brian autem Romam pedibus iter faciens Kylverem regem nactus in gratiam
p. 269. cum eo rediit, & filium ejus Kerthialfadum (educendum) recepit; majorique hunc beneuolentiâ, quam suos filios complectebatur. idem (Kerth.) cum (u) haec

(n) Svanlaugu.] B. Kormlödu, C. Hvarflaudu, *quae duo idem esse videntur. Verùm suprà Cap. XC. vocatur soror Sigurdi* Nereidr: *adeoque Gillius duas ejus sorores in conjugio deinceps habuerit.*

(o) at ser ordin.] K. at ser búin. C. G. *tantum*, ordin.

(p) skilit.] B. G. Chh. skilin. C. skild.

(q) Hvíat, nam, *praemittunt*. D. H.

(r) konónga.] D. Chh. manna, hominum.

(s) Kunnjáttaborg.] *Ita legit* C. *quod rectissimum videtur. In Vita regis Magni Nudipedis in libro* Hryggiarstycki *semper audit* Kunnáktir *& nomen prouinciae* (Connaciae, Connaugt) *& opidi ab ea denominati.* || A *& plurimi habent* Kantaraborg, *&* G. Kantarabyrgi; *de qua lectione* G. Pauli *verba sunt: Potest quidem, vt in Hibernia quoque hoc nomen* [oppidi] *fuerit; at nihilo minus credendum, hoc vocabulum, vt vulgò notum, pro altero in cod.* C., *irrepsisse. imò hanc vrbem* [Cantuariam] *huc ex Anglia falsò translatam arbitror.*

(t) Kylfis.] B. Kylas, *vtrobique.*

(u) Þetta var tídinda.] C. G. M. her var komit sögunni, quae hic narrantur, eueniebant.

haec gerebantur, adultus, multo (v) maximam virtutis opinionem habuit. Filii Brianis regis vocabantur Dungadus, alter Margadus, tertius Tactus, quem (nostrâ linguâ) (y) Tannum dicimus: hic illorum natu minimus: primaeui autem regis filii (z) maturâ jam aetate fuerant ac longè strenuissimi. Nullos ex Kormlöda rex Brian liberos genuerat. ea verò post diuortium adeo infesta regi erat, vt (a) necem ejus ardentissimè cuperet. Exilii damnatis ab se (æ) eorundem impunitatem criminum ter dedit Brian rex; verùm si saepius deliquissent, tum eos legibus (b) condemnari fecit: ex qua re, (c) qualis ille rex fuerit, colligere licet. Kormlöda filium Sigtryggum vti regem Brianem interficeret, etiam atque etiam cohortata, jam eum ad Sigurdum dynastam auxilia petendi gratiâ legauit. Peruenit rex Sigtryggus ante ipsum Natalitii festum in Orcades: quò etiam Gillius Comes, vti suprà est demonstratum, aderat. Ita dispositi conuiuae erant: Rex Sigtryggus in medio solio, huic dynasta & Comes, alter dexter, alter sinister, considebant: intra solium satellites regis & Comitis Gillii; ab exteriori latere Sigurdo dynastae adsederunt Flosius & Thorsteinn Halli Sidensis filius, omnibus triclinii sedibus occupatis. Rege Sigtryggo & Gillio Comite, quae circa incendium (Nialianum), quaeque post illud factum, gesta fuerant, audire cupientibus; Gunnarr Lambii filius, qui memoriam earum rerum proderet, eligitur, sella (d) quam insideret, destitutâ.

A. C. 1013.

CAP.

(v) frækna3tr.] *Ita* B. C. G. M. *sed* A. D. & Chh. frídaztr, pulcherrimus, i. e. fortissimus.

(x) Taktr.] C. Tadkr. G. Tadr.

(y) Tann.] B. G. K. Tanna. *Hujus nominis (nempe* Tanni) *pauci occurrunt in historiis nostris; illius verò (sc.* Tannr), *quod sciam, nulli.*

(z) frumvaxta.] B. fullvaxta.

(a) feigan.] C. fánga deceptum eum.

(æ) inar sömu sakir.] B. C. G. ina sömu sök, ejusd. — criminis.

(b) dæma.] B. drepa, supplicium de iis sumi.

(c) hvílíkr.] I. M. N. O. Q. S. hverr, qui. K. L. hversu ágætr, quam insignis.

(d) mikill, magna, *addit* E.

A. C. 1013.

Cap. CLVI.

Caedes Gunnaris Lambii filii.

(e) Hoc ipſo tempore Karius, Kolbeinn & Dauid *Albus* in Roſſeyam cunctis inopinantibus veniunt: egreſſique protinus (f) in terram, paucis nauium cuſtodientibus, (Karius atque ſocii) ad ſedem dynaſtae continuò ingrediuntur, (g) & ad palatium ſub ipſa compotatione adſunt: (h) concurritque, vt
p. 270. Gunnarr eodem tempore narrationem incendii proferret ac iſti foris conſtituti auſcultarent. haec autem res ipſâ *Natalitii* die accidit. Rex Sigtryggus interrogat: Quomodo tulit Skarphedinn (i) vſtionem? Diu quidem fortiter, ait Gunnarr, tamen ad vltimum flebat. adeo hic narratum omnem deflexit in pejus, (k) quin (l) multa eſt ementitus. Quod haud ſanè ferens Karius cum ſtricto gladio ſeſe intrò corripit, & hoc fundit carmen:

(m) Laudibus extollunt [homines] ad praelia promti
(Quid audiêre fando eâ de re viri

Quomo-

(e) C. R. M. *praemittunt*, Nú er þar til máls at taka er Kári er. Nunc ſermo repetendus eſt de Kario.

(f) vpp á land — þegar, *omitt.* P.

(g) þá ſat þar Sigurdr Jarl. þeir komv ꝛc. Tunc ibi ſedebat (aderat) Sigurdus Dynaſta, illi ad &c. *legit* Id.

(h) þar var kominn Sigtryggr Konúngr ok Gilli Jarl ok villdu heyra — * ſtóll (*in fine cap. praecedentis*). Ibi (quoque) aderant Sigtryggus rex & Gillius Comes, iique quae circa — cupiebant &c. *hic inſerit* P. *& poſt* ſtóll *addit* mikill, magnâ, (*ſicut* E. *ſuprà*). *Tum verò pergit*: Nú er frá því at ſegia at Kári kom at Hollinni ok Gvnnarr * var at ſøgunni ꝛc. Iam vero dicendum, quod Karius venerit ad aulam, & Gunnarr in narrando fuerit occupatus. * *Ita quoque legit* E. *pro* at ſegia — ſavgvna.

(i) í brennvnni.] E. P. brennuna.

(k) en ló — frá, *neſcit* P.

(l) miøk, valdè, *inſerit* E. þó, imo, *addit* G.

(m) *Ordo verborum, quem hoc in carmine recepi, talis eſt* α): Hilldar 1) fúſir (ſkatnar) hróſa Niáls brenny. 2) hvat hafa ſkatnar 3) til 4) fregit, 5) hve ráſáka rennendr 6) rákv. Vidheims 7) veti

Quomodò equos habiles antennis pellere docti A. C.
Hoc vindicarint?) Njalianum incendium. 1013.

F fff Con-

veti β) Miørdvm 8) vardat sidan 9) at þat γ) golldit 10) slæliga. hrafn 11) gat at slita 12) hrátt holld.

1) Q. fysir, id. 2) P. hvatt, id. *sed deteriore Orthographiâ: nisi malis* hvatt *pro* celeriter *capere*. 3) P. vm, id. 4) B. fregnat, id. Q. fregna, relationum (quid, ɔ: quas relationes habent homines de ea re?). 5) P. hvør — refr, quis — vindicet. *ita ergo* ráfáka rennendr *ad primam strophaam referendum, quod & valet de subsequenti lectione*. 6) B. C. I. K. ráfvm, vindicauerimus. R. ræki, vindicarent. 7) B. D. G. vætti, H. L vætta, *de quibus lectionibus confer not. β) infra*. C. E. M. veiti (P. veitti). *quod necessitatem adfert, vt* Jó vidheims *pro* igne *capiatur*, & veiti-Mirdir vidheims *sint* praebitores (l. homines largi) ignis: *ita quidem a singulari facto denominati, nimirum incendio Nialiano, adeòque* incendiarii. Veiti *saepe malam in partem sumitur, nam eôdem sensu dixerunt veteres nostrates* veita mein, *ac Latini* damnum dare, malum inferre; *ideoque hìc bene consistit de illatione ignis. Alias idem hic in bonam partem accipi potest, si per* vidheim ignem, *vt supra, at per ignem rursus* gladium *intelligas*. || F. vetki, nihil; *quando duae negationes* (at & vetki) *non adfirmant, sed durius modò negant. Videsis* Hymisquidam *vers. XXXII. str.* 7. & *ad hanc Doctiss. G. Magnaeum. Caeterùm hìc per prius negatiuum quaeri potest*, Contigitne —? || K. víga, caedium, pugnarum. *vnde* vidheims víga-Mirdir viri gladiis pugnantes l. caedentes; *vel, quasi* Vigamenn, homines in caedibus strenui (caedibus dediti, nobiles). || N. veiga, liquorum; *per Synecdochen*, maris, *cujus* ignis (vidheimr) *est* aurum. || S. veli (Miørdum vidheims) curantibus ignem (gladios) viris ɔ: *incendiariis l. praeliatoribus. nam* vela vm, curare, *dicimus*. || Q. ueti — nydheims, *penitus obscurè*. 8) K. varda, id. & *mox vitiosè addit* ef. 9) B. at því, ea de causa. E. um þat, propterea *l.* ea de re. || P. at þeim. *vbi* þeim, illis (*qui sc. gloriantur incendio*) *ad dativ.* Miordvm *referri debet; sed at est superfluum*. 10) I. K. L. N. Q. S. slæmliga, nequiter, (ignauiter). 11) F. nam, *verb. auxil.* 12) P. hart, acriter (discerpere).

α) *Contrà doctiss. G. Pauli priorem carminis partem hunc in modum disposuit:* Hilldar fúsir (skatnar) hrósa, hve ráfáka rennendr ráfv (ræki) Miálsbrennv. hvat hafa (skatnar) til fregit? i. e. *Promti ad praelia (homines) gloriantur, quemadmodum*

A. C. 1013. Contingebat, iis, sua qui testantia Martem
Ignita gestant tela, deinde postea
(Crudas

modum antennarum equorum (nauium) actores (viri) gesserunt (executi sunt) *incendium Nialis*, quid de ea re inaudiuerunt (viri)? *Quae dispositio mihi non probabatur, cum quod admodum jejuna sit quaestio incidens, neque quò ea tendat, intelligam; tum quia optimi codices illam prorsus respuant, & receptum a me vocum ordinem unice admittant; caeteros taceo, qui aeque vtrumque. β) Pro vocabulo* veti *supposuit G. Pauli* vœti, *nullam reliquarum lectionum faciens mentionem; &* vidheim clypeum *explicauit, nulla ratione adducta: quam neque ego video, nisi fortè compositum putet vocem istam ex* vidr *lignum, quod per homonymiam vocabuli* askr *(aesculus, fraxinus)* pro gladio *capere licet, &* heimr *mundus, per Synecdochen* tellus: *tellus enim gladii* scutum *denotat. Jadeo per* vidheims vœti Nirdi *intellexit eos qui clypeos* madefaciunt *(sanguine sc.)* o: viros. *Alibi ille* vita pyram *pro* veti *substituit,* vidheim *pro mari capiens, & consequenter vtrumque simul pro* auro. *neutrum quidem ineptè, si modò istae lectiones in aliquo libro adparerent: at nullibi adparent. igitur, quas habemus, eae sunt ventilandae.* Veti *quid sit, nullus scio; verùm arbitror hoc & esse & accipi debere idem quod* vœtti; *nam vt* e *pro* œ *in Textu nostro hic illic deprehenditur, & alias non raro substituitur; ita sine dubio vel alterum* t *mendo typographico excidit, vel punctum geminando vnico* t *adpositum in membrana non apparebat. Restat igitur, vt videamus de* 7ó vœtti. *hoc hic variô modô capi potest:* 1) *positum forte sit pro* viti *quae vox propriè* indicem, *deinde quamlibet* pyram *significat, & descendit a verbo* veit *scio, specto; a quo verbo etiam profectum esse* vottr, *index, testis, verisimile est; vnde denique formatum est* vœtti, *iudicium, testimonium. Ita* vidheims vœtti, *s. ignis oceani,* aurum *designaret.* 2) *Si deducatur a* vœttr custos, *vel, quod forte rectius, a verbo* vega, pugnare, caedere, *tum erunt* vidheims vœtti *l.* vœtta Nirdir *(viri)* gladiorum custodes *s.* conseruatores, *vel* gladiis pugnantes, *aut* caedentes. 3) *Si denique a* vàttr *s.* vottr; *notione vulgari* testimonium *denotat, atque hoc per Metonymiam* vocem *s.* sermonem; *quae gladiis adsignata* crepitum *&* sonitum *eorum in pugna, adeoque ipsam* pugnam, *ex regulis poëticis, designant. Sic* Niordi, *o. domini, s. potentes gladiorum, testimonium dicentium, sunt* homines pugnatores; *per quos hic intelligi debent incendiarii. Sed paenè exciderat mihi rationem reddere, quemadmodum* vidheimr *pro* gladio *accipi queat. id fit per climacem homonymiae, nos* rekit *appellamus: nimirum*

sverd

(Crudas obtinuit coruus discerpere [eorum] Carnes.) referri gratiam haud ignauiter.. A. C. 1013.

sverð gladius *etiam vocatur* elldr ignis; *huic synonymum* vágr, *quod* mare *quoque significat* (*secundum* Alvíssmál *in Edda Sæmundina*, *de qua homonymia nihil est*, *quamobrem quis dubitet*; *nam ex ipsa rerum natura & vocabuli origine*, *si opus sit*, *probari potest*: & *illam quoque hoc adserit*, *quod* tranquillitas aëris malaciaque *eodem nomine ac* nubes *a Vanis adpellata* sunt, *nimirum* vinsflot *s.* vindflot; *necnon* mare *ac* frumentum *ab Alfis* lagastafr): *hic autem mare denominatur* vídheimr, *ɔ: vasta regio*, *vel* (*si mauis compositum ex* vídir, *mare*, *propriè oceanus*, & heimr *mundus*) oceani regio, *quemadmodum illud alicubi in* Skállda *vocatur* geima heimr, *cum tamen* geimr (*l.* geymr) & geimi *per se mare denotent*. *Caeterum talem homonymiae climacem vt ab recentioribus effictum putet nemo*, *sed Veteribus non notum & licitum modò*, *verum etiam vsitatum fuisse*, *operae videtur documento adferre haec ex Skállda*:

Hólmleggiar vidr hilmir
Hríngskøglar mik høglan.

Quae Auctore ipso duce ita sunt exponenda: hólmr *insula*, *per Synecdochen* terra; *hujus* leggr, *s. ossa*, saxum; hilmir, *s. rex saxorum*, nanus, *qui nobis* dvergr *audit*; & *quidam nanus fuerat nomine* Litr, *teste Voluspà*: litr *autem* colorem, *item formam & pulchritudinem*, *notat*, *adeò sensus istarum strapharum hic est genuinus*: Color *s.* forma mulieris facit me taciturnum. *Aliud exemplum taceam* (*vnam si integrum adscriberem*, *nimis longus forem*), *vbi climace homonymiae in nonum vsque gradum adscendente*, *vocabulum* tre lignum *pro* ull lana *positum inuenitur*. *Vnde improbauerit nemo*, *quod ego me hac ratione ex praesenti necnon aliquot supra dubiis locis expediuerim*: *quin forte multa*, *si eandem agnoscere nolumus*, *intelligere potuerimus nunquam*. γ) At þat ɔ: eptir þat, [*quandò sc.* at *cum accusatiuo construitur*] postea, *vt in* Höfudlausn [*stropha* V.] & *passim alibi*. [Gudrunar - quida *Ima*: at maug (iøfor) daudan, *post virum* (*regem*) *mortuum*. & *2da*: at iøfur fallinn, *post regem occasum*.] Sídan, *pleonasmus*, *vt* [*in Snorr. Sturl. Tom.* 1. *p.* 132. *ed. Havn.*] Vídfrægr at þat sídan. [*Item in* Völundarquida: Sátu sídan siau vetr at þat, *Sedebant* deinde *septem hyemes* postea]. & *in quotidiano sermone* eptir á seinna, deinde posterius. *G. Pauli*. *At nihilo minus hic requirere videtur sensus*, *vt* at þat *vertatur* de eo; *quod & Doctiss. G. Magnaeus obseruauit in* Höfudlausn *l. c.* & *etiam Doctiss.* I. Olauius *in Snorrio l. c.* *quando* at þat *per* deraf *interpretatus est*.

A. C. Quo dicto introrſum per triclinium decurrit, collum Gunnari Lambii filio
1013. percutit, idque tanta (n) violentia, vt caput hominis in menſam ipſam ante regem (o), dynaſtam & Comitem euolaret, totaque menſa & amicula dynaſtae & Comitis ſanguine replerentur. Sigurdus dynaſta, homine qui caedem fecerat recognito, Prehendite, inquit, Karium & trucidate. Hic autem ſatellitis officio apud dynaſtam olim functus quod omnibus longè cariſſimus erat, (p) nemo, quamuis (q) id praecipiente dynaſta, eò magis ſurrexit. ſed ipſe fatur: Plerique, domine, cenſuerint, hoc me tuo nomine ad vindicandam ſatellitis tui (r) mortem deſignaſſe. Floſius ſuſcipit: Neque hoc ſine juſta cauſa patrauit Karius, (s) is nullam adhuc nobiscum iniit compoſitionem, atque adeo egit quod oportebat ipſum. Sic digreſſus eſt Karius, neque, vt eum inſequerentur, euenit: ſe cum ſociis ad nauim refert; miti ſecundoque aëre ad Kataneſiam auſtrum verſus nauigant; in Thraſuicum egreſſi nobilem virum nomine Skeggium adeunt, quîcum adeò diu commorabantur. (t) Orcadenſes repurgatis menſis mortuum extulerunt. (u) Caeterum dynaſtae nuntiatô,

---

(n) ſnart.] C. R. ſnogt (ſnøkt).

(o) Sigtrygg, *addit* P. *ſed mox* ok — Jarlanna *excluſis*, *habet*: Sigurdr Jarl mællti til Kára því han þekkti hann fyrir þetta. ok ſkalltu deyia. ok band ſínum mønnum at taka Kára ok drepa. Kári var ſva vinſæll af mønnum at øngvir ſtodu vpp ꝛc. Sig. dynaſta Karium interrogauit, quare eum (Gunnarem) hac de re caſtigaret: atque tu (inquit) moritor. ſuisque juſſit Karium comprehendere atque occidere; ſed erat Karius adeò gratioſus, nulli vt — ſurgerent.

(p) ſtód engi vpp.] R. vard því eigi vpp ſtadit, ideò, —, non ſurgebatur.

(q) ræddi vm.] B. R. taladi til.

(r) Helga Niálsſonar, *addit* G.

(s) er han anngum manni likr til atburda, qui (alias) nemini comparandus eſt in rebus gerendis (virtutis operibus edendis), *inſerit* G. *& mox legit* ok er han *pro* han er, & is.

(t) þeir i Orkneyium.] C. R. M. Nú er þar til máls at taka at þeir í Eyiunum, Iam verò de inſulanis dicendum: ii purgatis *&c.*

(u) Jarli — Skotlands, *ignorat* P.

tiatô, Karium & ſocios meridiem verſus ad Skotiam velificatos eſſe; rex Sigtryggus loquitur: (v) Iſte verò homo fortitudine fuit mirâ, qui adeò (x) ſtrenuè rem egit, neque dubitauit. Sigurdus dynaſta reſpondet: Nemini homini Karius, qua eſt celeritate atque (y) audaciâ, comparandus eſt. Tum Floſius incendii commemorationem ingreſſus de omnibus (z) aequiter referebat, illique habita fides eſt. Poſtea rex Sigtryggus (a) cauſam aduentus ſui Sigurdo dynaſtae innuit, ac belli cum rege Briane gerendi ſocius vt adjungeretur ſibi, poſtulat. hic (æ) diu quidem inexorabilis, (b) tandem tamen operam condicere adductus eſt, his legibus adjectis; vt mater illius ſibi nuberet; ipſeque, ſi Brianem ſternerent, rex Hiberniae fieret. quam ad rem deſcendere omnes dynaſtam dehortabantur; verùm (c) fruſtra. nam ſic ab inuicem diſceſſum eſt, vt Sigurdus expeditionem receperit, rex autem Sigtryggus matrem ei conjugem & ſceptrum deſponderit: ad hoc praefinitum, vti dynaſta ſuis cum copiis omnibus (d) Dublinum die ſolis Palmarum adforet. Iamque rex ad auſtrum in Hiberniam reuerſus, matrem Kormlödam edocet (e) aſſociatum ſibi dynaſtam eſſe; ipſeque quae hujus rei gratiâ promiſiſſet. Laudabat id quidem regina, ſed ampliora tamen ſe filiumque (f) auxilia contracturos oſtendebat. a Sigtryggo, haec vnde ſperare queant, inter-

A. C. 1013.

P. 271.

(v) herdimadr mikill.] Id. hardr madr, — homo ſtrenuus fuit.

(x) ravſkliga.] E. P. hrauſtliga.

(y) áræði.] P. hreyſti, fortitudine.

(z) mønnum, hominibus, *add.* B. C. G. M. *Mox poſt* vel *addit F.* ord, (commodo) ſermone.

(a) eyrindi ſitt.] B. C. E. R. M. P. eyr. ſín, cauſas.

(æ) fyrſt, primum, *inſeruat* Iid.

(b) at ſeinuſtu, *addit* F. um ſídir, C. G. poſtremùm.

(c) tydi.] B. C. R. Chh. tiádi. E. tióadi.

(d) Dyflinnar.] G. Dyflarinnar.

(e) at Jarl hafdi í gengit.] C. — hafdi honom jád, — operam ſpopondiſſe. E. P. at Jarl mundi koma, dyn. eſſe ad ſe venturum. R. kaup þeirra Jarls, contractum ſuum cum dynaſta.

(f) lid.] C. G. aſla, opes.

A. C. interroagta; binos piratas (g) ab occidente Monae, classe xxx. nauium, excu-
1014. bare docet; qui quidem (ait) sunt adeò strenui, nihil vt aduersus eos consistere valeat; alter Ospakus, alter Broder nominatur: tu ad hos adeas, & nihil reliqui facias, quod ad (h) conjungendum eos tecum pertinet, (i) qualecumque ob id praemium postulârint. Deinde rex piratas quaesitum it, & vltra Monàm inuestigatis, quid sibi negotii sit, maturè profert. Broder verò ad eum finem recusauit, quoad rex ei regnum, matremque (in conjugium) paciscebatur: quae res (tamen) adeò tacitè haberetur, vt Sigurdus dynasta nihil subsentiret. caeterum & Broder (k) Dublinum (l) die solis Palmarum adueniret. Rex Sigtryggus domum reueniens ad matrem, quò res deducta sit, ei renuntiat. Post, vbi Ospakus & Broder sermonem conferebant, hic illi suum cum Sigtryggo colloquium enarrat; sibi vt socius eat cum rege Briane depugnatum, orat; hoc plurimum sua interesse dictitat. verùm Ospakus se aduersus (m) tam bonum regem laturum arma negat: hinc irâ succensi ambo, communes statim copias diuidunt; hic X. naues, ille XX. retinet. Erat Ospakus religioni ethnicae deditus ac homò longè sapientissimus. Hic suas naues in interiora freti egit; Broder autem ad (n)
p. 272. vlteriora consistebat. Qui religionem Christianam olim amplexus, atque diaconi officio functus, eam rejecerat, (o) factusque Dei maledictor, nunc gentilia numina cole-

(g) vestan.] B. C. *utan*, vltra Monam.

(h) koma þeim i.] K. L. — í málit, insinuandum eos in societatem.

(i) hvat sem þeir mæla til.] R. hv. s. kostar, quanticunque id steterit.

(k) med her sinn, cum copiis suis, *inserunt* C. M. *ante* til.

(l) fyrir, ante (diem) *inser.* E R. P. *moxque* E. P. *legunt* pálmadag, diem palmarum.

(m) sva góđvm.] I. K. L. N. O. Q. S. iafngóđvm.

(n) vtan.] Iid. ofan. *obscurè.*

(o) gerdiz.] C. F. K. L. M. gertiz (giørtz).

colebat: erat (p) multò omnium artis magicae peritissimus; armatuque A. C.
instructus militari, qui omne respuebat ferrum; porrò & staturâ grandi & 1014.
magnis viribus; promissâque adeo comâ, vt eam balteo (q) subtexuerit, colore nigricante.

Cap. CLVII.
De Prodigiis.

Accidit nocte quadam, vt sonitus supra Brodere ac suis tantus existeret, vt expergefierent omnes, (r) raptim surgerent, vestes induerent. simul in eos feruenti sanguine pluit, & quanquam se scutis protegebant, multi tamen ardore sunt correpti. (s) hoc prodigium ad lucem vsque tenuit: vnusque homo in singulis nauibus oppetiuerat (t). Sequente igitur die dormiebant. Proxima verò nocte strepitus iterum fiunt; & surgunt etiam vniuersi: tum gladii sua sponte vaginis excurrere; secures & hastae sursum euolantes pugnam facere; quin haec arma tam vehementer homines vrguere, vt tueri se necessum haberent, nec pauci tamen sauciarentur. Vnum etiam singulae perdiderunt naues, eô prodigiô vsque in diem continuato. Subsequenti die rursus dormitabant. Tertia itidem nocte sonitus exstitit; tumque ad eos corui, quorum rostra & vngues ex ferro videbantur, aduolant; ac tanta vi homines impetunt, vt hos a se gladiis defendere, ipsos clypeis protegere cogerentur: quod etiam ad diluculum perseuerabat, vno pariter in quaque naui mortuo. Tum etiam quieti se primùm dabant; dein verò experrectus Broder, ducensque animam

(p) allra manna * fiolkunnigaztr.] E. P. nú allfiolkunnigr; jam art. mag. valdè peritus. * fiolkyngaztr, G.

(q) drap.] C. R. M. vafdi.

(r) spruttu upp ok fóru í.] K. L. hlupu til vopna ok í, ad arma currerent.

(s) þetta hellz.] F. þessi stódu. plur.

(t) en margir urdu sárir, multi autem sauciati fuerunt. adjicit G.

A. C. animam anhelanter, (u) fcapham de naue demitti jubet; (v) ego enim (ait)
1014. conuentum volo Ofpakum (x): moxque defcendit cum nautis aliquot in fcapham. Cumque Ofpakum conueniffet, memoratis ei quae fibi apparuerant prodigiis (y), rogat vti fe, quae res portenderentur iis, doceat: verùm hic adeò recufauit explanare, donec fibi incolumitatem confirmaret Broder, & eo quamuis pollicito, (z) tamen vfque in noctem diftulit (a). Tum autem loquitur: Quod in vos fanguine pluebat, multorum mortalium fanguinem effundetis tam veftrum quam aliorum: quod mirum audiebatis fonitum praemonftrata vobis fuerit ceffatio mundi (ɔ: vitae in mundo), vosque omnes celeriter
p. 273. moriemini: quod arma impetebant vos, id praelium portendit: quod denique corui, hôc (æ) daemonia fignificantur, quibus fidem habetis, quaeque vos in cruciatus infernales funt abreptura. His Broder adeò exafperatus, vt ne verbum quidem refpondere potuerit, ftatim ad fuos redit, (b) naues per totum fretum (in latitudinem) difponendas, orasque ad litora deftinandas curat, pofterô mane Ofpakianos omnes contrucidaturus. Ofpakus perfpectô planè hoc (c) confilio, fefe religionem (d) Chriftianam recepturum, Brianem regem aditurum, eique ad fati fui diem haefurum vouit. porrò eam iniit rationem, vt fuas naues omnes contegi velis faceret, oramque (e) ftringens adhibi-

(u) ſkióta vtan báti.] B. ſkíta báti utanborðs, id. C. G. taka bát, adhiberi fcaph. jub.

(v) Þvíat ek vil finna Oſpak.] G. C. ok qvezt vilia f. Oſp. bróður (fóſtbróður) ſinn, feque oftendit conuentum velle fratrem (fodalem) fuum Ofp.

(x) bróðr minn, fratrem meum, *add.* B.

(y) øll, omnibus, *inferunt* C. G.

(z) *Hìc deficit codex* B.

(a) Þvíat Bróðir vá alldri víg um nætr, Broder enim caedem nocturno tempore nunquam fecit. *addit* C.

(æ) Þat merkir dioſla þá er þer trúit.] C. R. Þat ero óvinir þeir at (er) þer hafit trúat, illi funt inimici ifti, — habuiftis.

(b) ſkipvm.] G. ſtórſkipvm, F. ſtórum ſkipum, nau. majores.

(c) fyrirætlan ok, (hac) deftinatione &, *addit* G.

(d) retta, veram (rectam), *addit* C.

(e) um nóttina, noctu, *addit* F.

adhibitis contis, rudentes interſcindi claſſis Broderianae: ita naues rurſus in A. C.
vnum contrahi coepêre, (f) nautae vero compoſiti ſomnô fuerant: tum Oſpakus & 1014.
ſui ex freto enauigarunt, (g) itàque ad Hiberniam occidentem verſus (tetenderunt); ac deuenerunt ad (h) vrbem Connaciæ. Mox ille Brianem regem quarum rerum certior factus erat, edocuit: receptoque baptiſmate (i) regi ſe tradidit. Poſtea rex Brian conficiundum exercitum curat per totum regnum ſuum, qui exercitus Dublinum (k) circa diem Dominicam Palmarum cunctus adueniret.

Cap. CLVIII.

Pugna Brianina.

Sigurdo dynaſtae Hlödveris filio de Orcadibus ire paranti Floſius cum eo proficiſci pollicebatur, quod quidem recuſauit dynaſta, quoniam illi (l) abſoluendum eſſet pedeſtre ad Romam iter; ſed, Floſio rurſus XV. ex ſuis expeditionis comites offerente, hoc acceptauit. Ipſe verò Floſius Comitem Gillium in Aebudas ſequebatur; comitantibus Sigurdum dynaſtam Thorſteine Halli Sidenſis filio, Rafne *Rufo*, Erlingo Strömeyenſi. Harekum proficiſci dynaſta noluit, ſed ei, quae geſta fuiſſent, primo ſe renuntiaturum oſtendit. Die Palmarum omni exercitu ſuo (m) Dublinum tetigit: quò & Broder cum copiis omnibus jam aderat. Hôc per (n) veneficia explorante quemadmodum

(f) en þeir.] C. G. þá er þeir, cum naut.

(g) ſva.] E. P. lettu eigi fyrr enn þeir komu, neque ceſſauerunt donicum — perueniſſent.

(h) Kunnjáttaborgar.] *Ita* C., & G. Kanocta. *caeteri omnes* Kantaraborgar.

(i) ok fal ſik konúngi.] C. G. af honom ok falzt honom, ab eo, ſeſe ei tr.

(k) pálmdrottinsdag.] C. E. R. P. fyrir pálmadag (pálſunnudag F.) ante diem (ſolis) palmarum.

(l) ſvdrgavngv ſína at leyſa.] F. ſudrg. fyrir hendi. C. G. ſudr at gánga, Romam ingrediendum eſſet.

(m) Dyflinnar.] R. Irlandz.

(n) forneſkiv.] C. fyruſku.

A. C. abitura esset pugna, (o) responsum oraculi sic tulerat: si (p) die Veneris (q)
1014. pugnatum foret, Brianem regem adeptâ victoriâ casurum; sin prius confligeretur, omnes, qui hunc aduersum (r) consisterent, occasuros esse. hinc Bro-
p. 274. der ante diem Veneris acie dimicandum negauit. (s) Die Iouis quidam equo scutulato ad Kormlödam & socios aduectus, (t) contum *) in manu tenens (lato breuique) ferrô praemunitum, diu (u) cum illis verba fecerat. Postquam rex Brian omnibus copiis ad vrbem venerat, die Veneris exercitus ex vrbe educitur, & acies vtrinque instruitur. Broder in altero aciei cornu, rex Sigtryggus in altero, Sigurdus verò dynasta in media acie, versabantur. De autem Briane rege dicendum, quod hic die Veneris confligere noluerit: igitur praesidio (coronâ) scutatorum circummuniebatur, acie sua ante id compositâ. hujus aciei alterum cornu tenuit Ulfus Hraeda, parti Broderis aduersum; alterum Ospakus & filii (v) sui, contra quod Sigtryggus constitit; in media verò acie fuit Kerthialfadus, eique vexilla praeferebantur. Deinde concurrunt acies, fit praelium asperrimum. Broder agmen hostium perrumpit, quotquot primi (x) steterunt, omnes dejicit; at nihil ipsi nocebat, ne ferrum quidem. Gradum in eum conferens Ulfus Hraeda, ternis hominem ictibus tantâ violentiâ ferit, vti toties corrueret, ac (y) propius nihil factum, quam vt in pedes eniti nequiuerit: sed simul atque (z) erigi contigit,

(o) En sva gekk frettin.] C. R. var sva sagt, responsum tulit.

(p) fadstudegi.] G. friádaginn.

(q) lánga, (*vulgò*) longa, *inser.* E. P.

(r) væri.] lid. F. berdizt, pugnarent.

(s) Fimtadaginn.] Chh. *praeter* P. þá, Tunc.

(t) pálstaf.] I. *suprascribit* falstaf, (*sine dubio ex* B.) *quod forte idem*: *vel*, contum palo ferreo praemun. H. K. L. pálmstaf, palmeum baculum. *male.* || F. sverd, gladium. G. spiót, hastam.

(u) hliótt, secretò, *inserit* K.

(v) hans.] F. Brians Konúngs.

(x) stódu.] G. voru, fuerunt.

(y) var vid fiálft.] C. hellt vid.

(z) fekk uppstadit.] G. gat uppkomit.

*) *Conf.* Spec. Reg. *pag.* 386. *nota* †).

tigit, fugâ ſe abripuit in ſiluam. Sigurdus dynaſtes acri certamine cum Ker- A. C.
thialfado dimicabat, (a) qui tanto progrediebatur (æ) impetu, vt omnibus, 1014.
qui (b) primori conſtiterunt in acie, proſtratis, ipſam dynaſtae cohortem ad (c) ſigna vſque perfringeret, atque ſigniferum interficeret. Tum alio, qui vexillum gereret, a dynaſta ſubſtituto, vehementi etiam diſcrimine conflictum eſt. hunc (vexilliferum) Kerthialfadus ictu peremtorio caedit, vnumque poſt alterum proximorum. Dynaſta igitur Thorſteinem Halli Sidenſis filium praeferre vexillum jubet: quô id ſublaturô, Amundius *Albus*, Noli, inquit, ſignum ferre; hoc enim qui praeferunt, omnes perimuntur. itaque tu, Rafn *Rufe*, inquit dynaſta, vexillum praefer. Hrafn reſpondit: Fer tute peſtem tuam. Tum dynaſtes: Aequiſſimum fuerit, vt (d) *ſequatur ſenem* (e) *culeus*: moxque detractum e pertica vexillum inter veſtimenta condidit (f) ſua. (g) Nec multò poſt Amundius *Albus* caeditur: tum & ipſe dynaſta pilô transfigitur. Oſpakus fuerat per totum aciei cornu graſſatus, multis vulneribus acceptis, filiisque (h) ſuis ambobus perditis; cum tandem ei rex Sigtryggus fugiens cedit. tum etiam totum (hujus) agmen corripere fugam. Thorſteinn filius Halli ab Sida, (i) caeteris fugam maturantibus, curſum

(a) Kerþiálfadr.] C. þvíat han, nam hic.

(æ) faſt.] E. G. P. hart.

(b) fremſtir vorv.] E. P. fyrir þonom urdu, obuiam illi facti ſunt.

(c) merkivm.] C. E. R. & I. *ſupraſcribens* merkinu, ſignum.

(d) allt, vſque (*l.* omnia ſimul pereant, ſenex & ſacculus) *inſerunt* Iidem.

(e) Kyll.] I. *ſupraſcribit* Kyr, vacca, F. kur, id. *quae lectio notior in hoc prouerbio eſt, vt videtur ex Olafſſ. Trygg.* (*ed. Scalh. part.* 2. *pag.* 166.) *vbi prouerbium inde natum perhibetur, quod rex Ögnvalldus vaccam Dei vice coluerit.* || P. Kerling, vetula. *perperam.*

(f) ſinna.] E. G. P. ſer, ſibi.

(g) litlu ſídarr var veginn.] E. P., þá fell, deinde — cecidit.

(h) ſína *ſubductum eſt in I. & in margine repoſitum*, þeir voru ſynir Bríáns Konúngs, hi erant filii Brianis regis.

(i) allir, omnibus, *inſerit* C.

A. C. 1014. p. 275. cursum intermisit, (k) ligulam calceamenti reuinciens: vnde a Kerthialfado, quidni more aliorum decurreret, interrogatus: Quoniam ego, inquit, hac vespera meam domum non assequor, qui in Islandia penates habeam. mox ab illo donatus est incolumitate. Rafn *Rufus* in amnem quemdam a prementibus pulsus, in imo alueo (l) cruciamenta infernalia cernere sibi videbatur, ipsumque daemonia (m) eò rapere conari existimans, Canis tuus, inquit, Petre apostole, Romam bis cucurrit; ac sanè, tu si potestatem dares, tertium curreret. sic a daemoniis dimissus amnem peruadebat. Interea Broder milites Brianis regis fugientibus instantes conspicatus, paucis hominibus ad praesidium regium remanentibus, se siluâ erupit; ac toto praesidio disturbato, regem gladio impetiuit: puero Tacto manus, quam sub ictum exporrexerat, regique caput amputantur. sanguis autem regius adspergebatur (n) trunco pueri membro, (o) eique statim obducta cicatrix est. Tum Broder sic exclamare; Referat homo homini Brianem a Brodere dejectum. Mox ad eos, qui in tergis fugientium haerebant, decurritur, iisque occasus regis nuntiatur. reuersi oppidò Ulfus Hraeda & Kerthialfadus Broderem ac suos coronâ circumdant, ingestâ in eos vndique materiâ. sic Broder viuus capitur. rescindit homini ventrem Ulfus Hraeda, tum arbori circumducit eum, itàque omnia intestina corpori extrahit; nec ille prius exspirabat, quam penitus fuit (p) euisceratus. milites Broderis ad vnum contrucidantur. Dein corpus regium accipiunt & componunt (curant). Caput autem regis cum trunco coaluerat. Ceciderunt in

(k) skóþveng.] E. skúaþveng.

(l) qvalar.] Chh. kvalir. *Pro* helvítis qvalar C. & R. helvíti, ipsum infernum, *praeferunt.*

(m) til.] G. nidr, deorsum versus.

(n) stúf.] C. E. G. & I. *suprascribens,* handarstúf, trunco — brachio.

(o) fyrir.] E. P. höndin vid, — manus (abscissa) coalescebat (*commissa, conserta est, vt integrum euaderet membrum*).

(p) raknir.] C. G. E. Chh. raktir.

in pugna Brianina XV. incendiarii; item Halldorr filius Gudmundi *Potentis*, A. C.
& Erlingus a Strömeya. (q) Die fupplicationis (vulgò)longâ is in Katanefia ex- 1014.
petiuerat cafus, vt homo quidam, (r) cui Dörrudo nomen erat, foras egreffus, XII. numerô equites tumulum quendam petentes viderit: quibus illic e confpectu omnibus abreptis, ad tumulum progreffus, per foramen, quod inerat, introfpiciens, foeminas intus conftitutas vidit, quae telam exorfae, humanis capitibus pro (s) pondere (lapidum) fufpenfo †), humanis inteftinis pro (t) trama & ftamine, gladiô pro fpatha, fagittâ pro pectine vtebantur: & quae fequuntur, carmina cecinerunt, illo difcente (u).

(q) Fávſtodaginn.] C. fauſtumorgininn, Mane fuppl. — longae.

(r) ſá er Davrrvdr het gekk út] C. G. *infolenti conftructione*, het Dorrudr ſá er út gekk. || *Pro* Davrrvdr *praefert* H. *in margine* Þórodr.

(s) kliána.] Id. *ibid.* kliágriót, fufp. lapideo pondere.

(t) viptv.] G. viptur. E. P. vept.

(u) *Reliqua omnia defunt in* F.

†) *Hoc vetuftum & nobis adhuc (maximam partem) vfitatum telae genus jam vbique, puto, in aliis gentibus obfoletum eft. Sectio de Palnatokio in Olafsf. Tryggvaf. oftendit illud quoque antiquitus in Dania vfitatum, ac tantum non* [ode] Rigsþula; *& hic noftri locus, in Scotia quoque; alias non intellexiffet* Dörrudus. G. Pauli. *Caetera de telae noftrae antiquitate, inftrumentis ac texendi ratione, quae hujus forte loci fuiffet monere, jam praeoccupauit clariff.* O. Olauius *Cur. reditt. a fecr. in libro fuo, qui propediem in lucem prodibit,* Oeconomiſke Reiſer *infcriptus; vbi & integra telae iftius facies aeri incifa videbitur.* || Spathâ *dixi, non* pectine; *hôc enim noftrates non vtuntur in antiqua fua tela; neque vfi funt homines longè ante Senecae tempora, fed paullo ante haec vel per eadem inuentus eft, quod videre licet ex Epiftola ejus XC. Tom. 2. (ed. Lugd. Bat.* 1639.) || *Telum textorium, quod nobis* vræll *audit, nusquam inueni Romanis vfitatum aut memoratum;* pecten *igitur vertendum videbatur (non* radius; *hic enim longè aliud eft), quatenus ifto quafi pectitur & percurritur tela, condenfandi fubteminis gratiâ, antequam fpathâ feriatur.*

A. C.
1014.
P. 276.

(v) Ampla (x) constituta sunt,
(y) Stragis anteludia,
(z) Vela texorî jugi 1).
Sanguinem (a) nubes) (æ) pluit.

Pila

(v) Vitt.] O. Q. S. Vít, id. *vel, si legi debeat* Vit, Scito exorsam — telam sanguine pluere. H. L. Vid, ad. *quasi* adpensa est tela. || I. *suprascribit* Vist er vorpinn, Trama injecta est stamini (telae). *si autem* vist *per Synec. dochen pro stamine capias, erit sensus,* Stamine tela constituitur, *pro* Stamina telae constituuntur.

(x) orpinn.] C. orpit, *quod idem esse potest, quamquam potius respicere videatur vocabulum* sky *in stropha* 3*tia: imò &* reidi (stratum), *quod in compositis neutrale datur.* O. Q. orpin, *quod tam ad* reidi *quam ad* sky *referre licet.* G. orbit, effecta, *eodem sensu.*

(y) valfalli.] I. *suprascribit* valfalla.

(z) rifs: reidi.] G. reifsreidi, id. Q. resfsreidi. O. risreidi, excelsa (eminentia) armamenta. H. P. rifs af reidi, *vbi* af *vitiosè insertum est,* l. *suprascr.* rift í reidi, *obscure: neque haec lectio cum suprà adlatâ (sub lit.* v.) *conciliari potest.*

(a) sky.] *Hanc vocem ignorant* D. E. G. I. L. N, S. *sed loco illius habet* K. vid, aliquantulum (paullum). M. O. þegar, þá, statim, simul. Q. skin, fulgor, *poëticè* sol (*an hic* sanguine pluit?): *vel, si legas* skin, splendet (sc. tela). *perperam.*

(æ) rignir.] P. reiginn, pluuiâ madida (sanguinis, *nimirum* tela).

1) rifs reidi sky.] *Haec clariss.* A. Magnaeus *vertit*, sagittarum nubes. *adeò* rif *pro* arcu *cepit*, *&* reida *pro armis s. armamentis (arcûs) s: sagittis. Verùm hic non sequendum arbitror Virum doctissimum, cum hic sine dubio sermo sit de tela.* Rift *m. jugum textorium, cujus armamenta, vela l. strata nihil aliud quam* tela. *desumitur hìc a nauibus metaphora, quarum armamenta omnia* reidi *vocitantur; horum autem non mimimam partem constituunt vela: neque non ab equis, quorum strata* södulreidi *appellantur. Voculam autem* sky *ad hanc stropham pertinere non censeo (quamquam doctiss. G. Pauli vertat* rifs reidi sky, jugi pendulam nubem, *epexegesin statuens; praesertim cum lectionem cod. I. maximè probet, sub litera.* v. *expressam.) nisi primitiuò significatu pro* eo quod velat *capiatur, atque ita* reidisky *pro* explicato *l.* praeparato velamento. *Neque tamen* sky *pulchrè ad 4tam stropham remittitur, ideoque in posui illud in interclusione.*

(b) Pila nunc (c) praesagiens 2) A. C.
(d) Leucophaea tollitur 3) 1014.
(e) Tela (f) militantium 4);
(g) Haece (h) complices (i) replent 5)

Quam

(b) geirvm.] H. *in margine*, gumnum, *&* P. gunnum, viris (hominibus) coram *l.* in conspectu hominum.

(c) fyr.] Chh. fyrir.

(d) grár.] K. gaur, ɔ: gior, parata.

(e) vefr.] Id. verdr, prandium, cibus. *nihil ad rem.*

(f) verþióðar.] H. *in margine* valþióðar, electae ad mortem gentis l. prostratorum hominum, *quorum intestinis & capitibus ad telam suam hic vtebantur bellonae.*

(g) þær er.] D. E. H. I. K. L. M. N. Q. *tantum* þær. P. *&* H. *in marg.* þann sem (er) Illa, — quam &c. *Hanc lectionem alterâ rejectâ probat* G. Pauli, *& clarissimus* A. Magnaeus *in Antiquitatibus Bartbolini (pag. 618.) rectiorem adfirmat.* O. þar, ibi, ɔ: eam telam.

(h) vinvr.] H. I. L. N. O. P. Q. S. vinir, amici. *at erant mulieres.* K. vinna, satagunt (replere). M. vísir.

(i) fylla.] C. Q. Barth. Antiqq. fylla. P. I. *supraſcr. &* H. *in marg.* filla, *corrupte.* M. O. fylgia. *vnde* þær vísi (pro vísir) fylgia, Hae regis causam sequuntur.

2) fyr geirvm.] *Hic* geirar *per Synecdochen* arma, *& arma* bellum *l.* pugnam *denotant, praepositione autem* fyrir ante *(quae & veteribus* fyr *&* for*) vulgò vtimur, quando* quid portendi *significamus: sic modò* fyrir valfalli, *&* Cap. CXXVI. fyrir stórtídindvm. *Ita quoque exposuit* G. Pauli; *adeòque displicet interpretatio hujus strophae in Bartbol. Antiquitatibus, nempe* Iam hastis applicatur. *Nunc ajas pugnam fuisse, cum bellonae cecinerunt; tamen accommodè dixerunt, telam portendere bellum, in remota ora, quò non statim perferri euentus poterat.*

3) vppkominn.] *Ad verbum* suspensa (est). *id nimirum bujus generis telae proprium, vt jugo scapis, qui erecti sistuntur, imposito stamina adpendantur recta.*

4) verþióðar.] *I. e.* ex hominibus *s. partibus corporum humanorum conflata; isti autem fuerunt milites; & quamquam* verþióð genus humanum *simpliciter denotare videatur, tamen haud absurdè verti etiam potest*, gens gladiis instructa: *quandò quae hic propriè de tela dicuntur, de negotio praeliari, siue ipsa pugna, erunt accipienda.*

5) þær er vinvr — blá.] *Hanc constructionem* (þær er *pro* þann er) *intolerabilem notauit* G. Pauli, *at puto verba*

sic

A. C. 1014.

Quam (k) rubro (l) subtemine
(m) Liuidoque, praelii 5).

Ista

(k) *Hae duae strophae absunt a* P.

(l) vefum, texamus, *inserit* Q. *hasque duas strophas ad subsequens refert carmen, atque sic omnia turbat.*

(m) randverst blá.] H. L. randverško blá, *eodem sensu: nam vt* Þydverška *linguam s. sermonem Teutonum denotat, ita quoque* randverška, sermonem (ɔ. *crepitum*) scutorum, *qui ipsa pugna est.* O. & I. *suprascrib.* randverks blá (blám). M. randverkis blá. *de quibus lectt. confer num.* 5. || I. N. randvers blá, liuid. clypeorum gigantis (consumtoris) ɔ: militis. *quae viri appellatio hic maximè competit in Broderem, qui munimentum Brianis perfregit, & cujus* amicae *l. sociae procul dubio bellonae fuerunt. Potest quoque vt vocabulo* randvers *adludatur ad nomen* Sigtryggi, *quod verti potest* tutus in praelio: *qui enim se* clypeo defendit (randverr), *in pugna aliquatenus tutus est.* C. Q. Barth. Antt. randves bana, Randveris mortis: *cujus vt violentae participes s. sociae vocari* bellonae *possunt; filium enim docent Eddae* Randverem *Iormunreci Potentis, a patre suspendio necatum.* G. randves liša; *quae idem significare possunt ac* Randves bana, *si funus* (lik) *pro morte capiatur. Caeterum vtraque alio modo queunt accipi; nimirum, si* Jð bana *&* lika *ad* vest *referas, erit sensus,* subtemine ex cadaueribus desumto *s.* parato: *&* randves negotium *l.* occupationem (*per Metonymiam* laborem) clypeorum ɔ: praelium, *intelligas; & sic etiam* vinvr randves *erunt.* bellonae. *Forsitan &* Randves *s.* Randvers *pro* Randvrs, *a nomine.* Randvrr *quod est vocabulum archipiratae, irrepserit; cujus (in belligerando) sociae, vel cujus necis patrandae consortes, vel denique cujus interfectori participes,* bellonae *intelligi queunt.*

sic in ordinem redigenda: er þær randverks vinvr fvlla blá-raudum vefti; *& haec est leuis transpositio. vbi* þær *pronomen demonstratiuum fuerit,* istae *l.* haece, *quasi dicant poetriae* nos. *Ita Gunnar supra de se ipso dixit* þenna (*p.* 166. *lit.* c.) *&* siá (*p.* 251. *lit.* æ). *Eodem igitur modo hic dicitur* þær vinvr, *atque* þeir Flosi, þeir Kári, *caet.* Verk, *inquit G. Pauli, appellatur vulgò spec.* materia telae *jam praeparata, &* veftr, *trama.* randverk (*gen.* verks *&* verkis, [*at genitiuus* verkis *postulat nominatiuum n.* g. verki, *& quid obstat quin eum vett. habuerint?*] *vt in* Landn. *pag.* 167. Dagverkis siá merki.) in praelio confectum s. praeparatum ex ilibus humanis stamen". *Adeo illi* vinur *s. so-*

(n) Ista (o) tela texitur A. C.
(p) Ilibus mortalium: 1014.
(q) Atque (r) strictè pendulis
Tensa temporibus *) virûm 'st:
(s) Sunt (t) cruore perlita 6)
(u) Spicula 7) insilium (x) locô,

(n) Siá.] Chh. Sá, id.
(o) orpinn vefr.] P. vefr orpinn.
(p) úr, ex, *praeponit* O. Jω̃ hta·
(q) ok.] Chh. *praeter* K. en, verùm.
(r) hardkliádr] H. hart kliádr.
(s) erv.] O. er, est — hasta.
(t) dreyrrekin.] Trad. Reg. dreyrrokin, respersa sanguine. M. dreyr ok rekin, *forte pro* eru og dreyr-rekin, Suntque tincta sanguine. H. *in marg.* dyrrekin. *obscurè.* H. I. L. N. Q. S. darar (darrar) rekinn, *itidem.* O. diúpt rekinn, altùm adacta (ɔ: *quae penitus adacta in corpora humana erat, hasta s. cuspis*).

(u) davrr] Chh. dør. E. dauggur. *quod fortè conuenit Danico* Daggert.

(x) at.] P. af. *malè, nisi Hypallagen statuas hujus sensus:* Sunt insilia ex hastis sanguine respersis (facta).

---

s. focins pro bellonis absolutè capit. verum an rønd (*clypeus*) *pro* praelio *accipi queat, ipse viderit. Mihi* randverk, *opus bellicum (s. quod sub clypeis fit)* pugna, *vel potius* randverkr (*genitiuô* randverks, *vnde literis prauè transpositis factum est* rand-versk,) *s. dolor clypeorum per Metonymiam* arma (nociua), *quae* bellum *designare notum est. sic supra p.* 85. hiálmángr, *s. dolor galeae,* ferrum. *Hinc* vinvr (*consortes mulieres*) randverks, bellonae *sunt. quae farciri a se telam dicunt* liuido-rubra *tramâ* ɔ: *ilibus hominum liuidis atque sanguine respersis.*

*) *Id est,* capitibus *humanis.*

6) dreyrrekin.] *Hìc* rekin *pro* slegin: iárnslegit *dicimus quod ferrô obductum est.* sleginn *autem* respersum *denotat, vt in* Helga-quida Hund. b. 3*tia*: Allr er víst valdøgg sleginn, *Totus est rex sanguine* respersus.

7) Davrr *n.* g. (*quod & Darr*) hasta, *aliquanto rarius est.* G. Pauli. *caeterum isti voci cognatum esse* der *s.* dør vmbraculum cuculli, *euincere satagit.*

A. C. 1014.

[Eſtque] (y) ferratum (z) jugum 8),
(a) Sed (b) ſagittae (c) pectinum 9).
(d) Enſibus denſabimus
Textile hoc victoriae *).

Prodit

(y) iárnvarðr.] G. iárvarðr, *elapſo n.* E. iárnvaraðr, ferrô praemunitum.

(z) ylli.] I. *ſupraſcribit* ulli, *quod idem valet.* C. G. Barth. Antt. yllir, id. Chh. illi. *minus rectè.*

(a) en.] Q. er, eſt, *Enallage num.*

(b) avrvm.] O. ør miun.

(c) hrælar.] C. E. G. K. P. Barth. Antt. & I. *ſupraſcr.* hrælaðr, (ſagittis) pexa *eſt.*

(d) ſkvlvm ſlá ſv.] P. ſkal ſlá með ſv. H. ſkal nú ſlá með ſv. (Iam) enſ. denſabitur.

8) iárnvarðr ylli.] Ylli *l.* ulli *ſubſtantiuum,* ɔ: yllandi, ullberandi, [*inſtrumentum*] *lanam ingerens, conferciens ſ. condenſans telam,* nimirum ſpatha. *ſed* iárnvarðr *nomen gladii hic non adeo conueniens videtur, ideoque verbum* at ylla *non habet locum. forſan doctae iſtae poëtrides dixerint* iárnbarðr, *quemadmodum gladius in* Skálldа *vocatur* lángbarðr, *atque ſic congruit verbum* yllir, *pariter ac* hrælar *de ſagitta, vbi* vm [*in* avrum *ſc.*] *redundat.* G. Pauli. *Vir doctiſſimus A. Magnaeus vertit,* Inſtrumenta textoria, ferrea. *Vtraque explicatio diſplicet; illa, quod hic ſpatham intelligere velit, cum ſtatim ſequatur mentio gladii, quô ſpathae locò vtebantur: haec autem, cum quia non ſubaudit* caetera, *quandò hic enumerentur quae tela textoria ferrea fuerint; tum maximè, quod adjectiuum* iárnvarðr *nunquam ita deſinere in plurali, adeoque nec exponi ſic poſſit. Ego longè aliter ſentio: vocabulum* ylli *ſ.* yllir (*quod vnum idemque eſt, quemadmodum* víſi & víſir *rex*) *a verbo* velld, olli, *imperf. conjunct.* vylldi *l.* ylli, *cauſa ſum, it.* ſuſtineo, ſuffero onus, *deduco: inſtrumentum autem telam ſuſtinens nihil aliud eſt niſi* jugum, *cui illa ſuſpenſis lapidum ponderibus grauis adpenditur. porrò* iárnvarðr, ferrô obductus. varðr, *a* ver *cingo, circumdo, qui ſignificatus in Edda Saemundi pluries occurrit: quem & agnoſcit* G. Pauli, *ac tamen dici poſſe de gladio (in eo enim totus eſt) negat.*

9) avrvm hrælar.] *Haec conſtructio dependet a ſtropha 6ta, & ſubaudiendum* at vice *l.* loco. *ſed & hic Hypallage eſt, pro* avrvar (at) hrælvm. *nec tamen improbo quod de hoc ſub n.* 8.) *notauit G. Pauli.*

*) *I. e. Hanc victorioſam telam.*

Prodit Hillda (e) texere, A. C. 1014.

[Prodit] & (f) Hjörthrimula,

(g) Sangrida, [atque] (h) Svipula,

(i) Expeditis enſibus.

(k) Fiet, haſtile vt (l) crepet,

(m) Parma (n) diffringatur, [&]

(e) at *partic. Infinit. inſer.* G.

(f) hiørþrimvl.] I. L. M. N. S. hiørþvimul, *corrupte.* H. hiørþrymul. K. P. & I. *ſupraſcr.* hiørþrumul.

(g) ſangríðr.] Q. Sanngríðr. *quae optima lectio videtur.* D. E. ſangníðr. || G. ſvangríðr, I. L. ſangviðr, K. ſanngviðr, P. ſandgnyrr. *omnes corruptae.*

(h) ſvipvl.] D. ſipul. *ſed illud deſideratur in membr.* G.

(i) ſverðvm tognvm.] *Hanc lectionem ex* C. G. & Barth. Antt. *recepi. Pro qua* S. ſverðvm teknum, enſ. adhibitis. Trad. Reg. ſv. rognum, emolitis (*paſſiuè*) enſ. || K. ſv. reknum, enſ. (argento l auro) obductis. || A. & *quidam* Chh. ſv. tekna, D. E. P. & H. *in marg.* ſv. rekna, occupatos, profligatos enſibus (homines). *cujus ſenſus fuerit*, telam ex hominibus ferrô caeſis texere; *licet conſtructio textus ſit inſolentior.* || M. O. ſverð mun teikna, gladius notabit, *quid niſi homines vulneribus? Cenſet* G. *Pauli hic ſine dubio debere verbum futuri temporis* (mvn) *vt in ſequentibus eſſe; quô fundamentô ex* tekna *facit* togna, teygna, tægna, *vt ſenſus ſit*, gladius diſtringetur; & *pro* rekna, *quod mendoſum putat, conjicit* rakna, (ſoluetur l. explicabitur *vaginâ*,) *de quo videndam ait Kriſtniſagam, vt & de priori Gunnl. S. p.* 152. & *in Ind. verb.* ad hanc teginn. || I. *ſupraſcr.* (ſv.) rekka, enſ. virorum.

(k) ſkapt mvn.] G. P. ſkaupt (ſkøft) munu, haſtilia crepabunt.

(l) gneſta.] L. neſta, id. M. P. gníſta, acutè ſtrepet, ſtridebit. gneſtâ *vero* cum crepitu diſſilire *capiunt.* Q. breſta.

(m) ſkiølldr mvn] Q. en (*ſequ.* & P.) ſkilldir munu, Scuta autem diffringentur.

(n) breſta.] Q. gneſta, crepabit. O. kloſna, diffindentur.

A. C. 1014. p.277.

(o) Cassidae hostis 10) [pectorum]
Incidat (p) munimini 11).
Torqueamus (q) telam, [age]
Torqueamus, (q) bellicam 12):

Ista

(o) hiálmgagarr.] P. hiálmgagrar. *quod idem esse videtur, & singularis etiam, vt ostendit nomen* Þórgrímr Gagrar, *Landnam. pag* 152. Trad. Reg. hiálmgnagarr, adrosor galeae ɔ: *gladius*. O. hiálm gánga (*& initiô sequentis strophae*) ok í ꝛc. teretur galea, & veniet ferrum in clypeum.

(p) hlíf] N. Q. hlífar, *plurali*.

(q) vef darradar.] O. *semper*, vestar radar, filorum (subteminis) ordines ɔ: telam.

10) hiálmgagarr.] Krăkumâl: þá er rægagari rendi. gagr, gagarligr, *idem*. G. Pauli. *Ad verbum, In galeam proteruus, obliquus, id est* gladius, *hoc enim praecipuè feriuntur galeae*.

11) Hlíf *quin ita de thorace vt de scuto accipi possit, quid obstet non video; attamen hoc Edda tantum in nomeclaturis clypeorum ponit*.

12) vef darradar.] *Ad haec, quae mihi sanè difficillima videntur, ne vnum quidem verbum notauit G. Pauli, neque id opus, credo, censuit, sed simpliciter vertenda esse* telam Dörrudi (*l.* Darradi): *quasi verò bellonae ab hoc telam suam denominauerint, quia auditor canentium erat. id sanè ego non puto. capio igitur* tó darradar (*de qua voce confer quae ad* 5tum *versum in* Hofudlausn Egils Skallagr. f. *aduotauit doctissimus* G. Magnaeus.) *pro* infectore hastarum, *milite, per Synecdochen, imperatore, nam & hic miles dicitur, nimirum Sigtryggo rege. vel, si mauis, pro* serie hastarum, *quae primùm habetur cum exercitus in aciem compositus est, adeoque ipsa* acie: *cujus, vt & militiis singularis, tela s. opus* pugna *&* bellum *est. Hanc mihi explicationem persuadent, non tam significatus ipsius vocabuli, quam cum proximè praecedentia, quae apertè meram pugnam loquuntur; tum praesertim subsequentia; vbi cum dicatur haec tela Sigtryggo ad texendum destinata fuisse, procul dubio hìc non aliud denotauerit* vefr darradar, *quam* telam bellicam *s.* negotium *l.* opus bellicum. Vindum *propriè de tela dixerunt, cum partem ejus absolutam, volvendo jugum, jugo obuoluebant: sed de pugna allegoricè, vt in èa perseuerarent l, eam promouerent*.

(r) Iſta 13), rex quam junior, A. C.
(s) Deſtinata, abſolueret. 1014.
Proferamus [jam] gradum,
Et ruamus in (t) ordines 14),
Noſtri 15) amici (u) quô locô
Arma [cum hoſte] conferunt.

(r) ſá.] G. þann. *ſolitó conſtruendi modô.*

(s) ſyri.] I. L. N. S. ſyrir, id. || E. G. Q. ſyrri, *hoc ſenſu*, quam (*ſcilicet* telam) rex adoleſcens (*Sigtryggus*) habuit (texuit) modò (nuper). O. P. ſirri, procul, in remotioribus locis.

(t) fólk.] E. G. H. O. P. Q. S. flock, cohortem, cateruam. I. *ſupraſcribit* fól, fatuos. *perperam.*

(u) þar er.] er *neſcit* O.

13) ſá er.] *Similis anomalia atque in ſtropha 1ma [mihi 8va]* þær er; *ſiquidem intelligendum regis fuiſſe telam* ɔ: *hujus gratia, aut ei ad victoriam ſuſpenſam eſſe: tunc autem quò aduerbium* ſyri *l.* ſyrri prius? *forſan hic debeat eſſe punctum poſt* darradar, *& ſic apoſtrophe ad Sigtryggum, cui hae bellonae adfuerunt, & victoriam dederunt; ſit venia verbo. atque ita videtur mihi ſenſus verborum hic maximè probabilis:* Ille adoleſcens rex [*puta Sigtryggus*] praecellit (I. eſt ante caeteros *ſ.* alios illos magnates) genere (at átt *l.* ætt). G. Pauli. *Neminem verò iſta pronominis anomalia offendat, aut ab vero hujus loci ſenſu, quem in interpretatione mea expreſſum puto, abducat; nam in* Voluſpa *verſu* 14. *habemus, licet non planè ſimile, exemplum,* dverga — þeir er, *pro* þá er: *item in* Thryms-quida *verſu vltimo*, ina aulldno jøtua ſyſtur hin er *pro* þá er *&c. Poteſt quoque hic vt ſuprà (v. 5.) transpoſitio admitti, vt ſit ordo:* er ſá úngr ꝛc. ɔ: quam ille *adoleſcens rex vt abſolueret, fuit deſtinatum. Caeterum quod ad voculam* ſyri *ſ.* ſyrir, *quae reuerà praepoſitio eſt, ac nunquam idem quod* ſyrri (prius), *nemini linguae Islandicae guaro debet ignotus eſſe loquendi modus,* at eiga ſyrir *l.* ſyrir höndum, cui quid (*praeſertim* fataliter) eſſe faciendum *l.* euenturum, *& antiquis vſitatus & recentioribus: adeòque liquet hanc & ſequentem ſtropham in Barth. Antiquitatibus (quamdiu ibi non adparet* ſyrri) *minus rectè verti*, Hunc (*gladium*) rex juuenis prius poſſidebat, *quaſi pronomen* ſá *immediatè reſpondeat* τῷ hiálmgagarr.

14) Fólk aciem *non rarò denotat, quae ſignificatio hic maximè competit.* G. Pauli.

15) *Nimirum Sigtryggus & ſui milites cum aduerſariis decertantes.* Idem.

A. C. 1013.

Torqueamus telam, [age]
Torqueamus, bellicam.
(x) Atque (y) regi 16) postmodò
Haereamus dexterae.
(z) Sentiunt eà (a) viri
(b) Scuta (c) tincta sanguine,
(d) Gunna necnon (e) Göndula
(f) Quâ (g) adfuêre (h) Principi.

Tor-

(x) *Has duas strophas negligit* O. *&* Q. *sex consequentes.*

(y) sikíngi.] K. sikíngum, *plurali; sed vni modò fauebant.*

(z) siá.] C. Barth. Antt. sá, viderunt.

(a) bragnar.] C. G. bera, *quam lectionem probat* G. Pauli. *&* *haec verba* þar siá (menn at) bera blódgar randir Gunnr ok Gøndul, *sic intelligit*: Ibi vident homines gestare cruentatos clypeos Gunnam & Göndulam; *cum scilicet, addit, hae ad praelium veniunt, aliam explicationem hic esse coactiorem adserens, sed potest quoque esse nominiatuus,* Gunna & Göndula, *contrario sensu.* Barth. Antt. bara, *quod ibi nullô verbô redditum est, sed idem credo ac* bera, *neque aduerbium hodiernis vsitatum, Dan.* bare.

(b) randir.] O. rendur.

(c) blódgar.] Chh. blódugar.

(d) Gunnr.] C. G. Barth. Antt. gudr, N. P. Gunnar, *corruptè, &* K. Geir, *de quo etiam* G. *Pauli meritò dubitat.*

(e) gøndul.] E. gaundaul.

(f) þær er.] C. G. I. O. S. *&* Barth. Antt. *negligunt* þær, *quos in Versione sequutus sum, nam constructio in Textu* (A.) *nimis insolens est, si ita sit capienda,* er þær Gunnr ok Gøndul fylgdu grami, *cujus tamen sensus idem est. Fortè & ibi subaudiatur verbum* eru, *& sensus sit* Gunna & Göndula sunt eae quae adfuerunt regi. *Verum omnis euanescit difficultas si legere liceret* bragna *pro* bragnar, *atque tum sensus*: Conspicantur ibi virûm — Quae adfuêre *&c.* || M. þeir, qui (adfuêre), *quod ad* bragnar *referendum, bellonis vocandi casu nominatis.*

(g) fylgdu.] C. D. E. H. *in marg. &* I. *suprascr.* hlífdu, defenderunt. P. hlydu, fouerunt.

(h) grami.] P. gram.

16) sikíngi.] *I. e. Sigtryggo: alteris* [*ɔ: aduersariis hujus,*] *non fauebant bellonae.* G. Pauli.

Torqueamus telam, [age] A. C. 1014.
Torqueamus, bellicam:
(i) Arma 17) quippe cum ruunt
(k) Bellicoſorum virûm.
(l) Ne ſinamus [hoſtium]
Heic ſaluti 18) parcier:

Stragis

(i) *Has duas ſtrophas H. in margine ſic legit*: Sem er fyrir voda of vígum manna, quae (*ſc.* tela.) portendit periculum & caedes hominum. || *Mox pro* ve *habet* D. væ. P. vef, perplexam turbam (perruunt bellatores).

(k) vígra.] K. N. vígum, caedibus. *haud ſane praua lectio, ſi* ve *pro* bellonis *capiatur.*

(l) látvm eigi líf her ſparaz.] G. I. hedan líf hans fara, Faciamus vt hinc diſcedat vita ejus ɔ: hac ex vita diſcedat (*rex ſc. Brian*). C. D. E. G. K. Barth. Antt. *&* I. *ſupraſcr.* lát. eigi líf hans faraz (fara K.) Ne ſinamus vitam ejus (*Sigtryggi*) perdi (perire).

17) þar er ve vada.] *Periculoſus locus.* G. Pauli. *Satis quidem acute, licet paullò obſcuriùs: verumtamen hic ab A. Magnaeo quare diſcedamus nihil videtur, qui vocabulum* ve arma *eſt interpretatus; haud dubiè reſpiciens verbum* ver tueor, defendo: *quemadmodum enim* ve loca ſancta *denotant, ad quae non rarò, ad defendendam ſalutem confugitum eſt; ita quoque arma militaria hominibus primùm ad tuendam vitam & jus reperta, & quodammodo ſacra (Vide ſis I. Arneſ.* Iſl. Rettergang *pag.* 584. *ſequ. not.* 228.) *fuerunt: deinde ſimul nociua exſtiterunt, & eatenus hic etiam locum habere potuerit ſignificatio vocis* ve, *quae* defectum (*imo &* malum) *indicat; quatenus armis damna & clades inferuntur. Poteſt quoque* ve *pluralis eſſe ab* ver gladius, *quod neutro genere (habens in genit.* ves, *caeteris obliquis* ve) *inuenitur; quemadmodum* hler (*mare*) *n. g. in genit.* hles, *caet. obl.* hle, *quomodo & nominatiuum hujus vocabuli recentiores corruptè efferunt. Caeterum haud abſurde capitur* ʼó ve *de ipſis* bellonis, *quae alios in pugna tuebantur, aliorum peſtes erant.* Vada ɔ: *graſſantur, cum impetu feruntur, volant.* Hávamál: Ef ek ſe — ſlein í fólki vada, *i. e. ſi video miſſile telum in acie* volare.

18) líf her ſparaz.] *Brianis regis & Sigurdi dynaſtae; quod optimè conuenit praecedentibus ac ſequentibus verbis.* G. Pauli.

A. C. 1014. (m) Stragis electricibus 19)
(n) Stragis optio data est.
Fiet, vt gentes 20) eae
Imperent regionibus,
(o) Vltimas quae lingulas 21)
(p) Incolebant antehac.
P. 278. (q) Dico regem, qui potens 22)
Rebus, addictum neci:
(r) Iamque per vim cuspidum
(s) Vir dynastes occidit.

Atque

(m) valkyrivr.] O. valkyrrur; *corrupta lectio, cujus tamen hic est sensus:* quae domant (*vel potius* consopiunt) electos ad mortem.

(n) vals.] C. G. Barth. Antt. vígs, (Stragis electricium Est potestas) caedium l. praelii. *Haec lectio G. Pauli gratior; illam* (valkyriur vals) *propter tautologiam carpenti.* K. víst; sanè. || *Mox pro* vm *suprascribit* I. of, N. *legit* ad.

(o) er útskaga ádr vm bygdv.] O. er skaga ꝛc. H. *in marg.* sem ádr bygdo vm útskaga og eyiar, quae colebant antehac linguas extrorsum & insulas. *Forte aliquae Dublino subjectae [insulae] fuerint; alias haec nihili sunt.* G. Pauli.

(p) vm.] I. *suprascribit* vf.

(q) kved.] Q. S. H. qvad, dixi. H. *in marg.* kvedum, dicimus. *Mox* G. grami. *pro* gram.

(r) nú er.] O. mun, credo, sine dubio.

(s) iarlmadr.] G. saklausS madr, Innocens homo. *haud bene.*

19) *Id est* bellonis.

20) Þeir munv ꝛc.] *Nimirùm Sigtryggus cum suis, qui ante Dublini sederat, nunc autem Cantaraburgum accepit, vbi rex Brian regnauerat.* G. Pauli.

21) útskaga] *Haec vox in Barth. Antiqq. vertitur* deserta promontoria, *minus quidem rectè; per illam enim vulgò intelligimus* extremas linguas *in mare procurrentes, easque non minus frequentatas quam culturâ destitutas: & sane hic desertae non erant, cum ab hominibus inhabitatae dicantur.*

22) ríkvm gram.] *Brianem regem.* & iarlmadr, *Sigurdus dynasta.* G. Pauli.

(t) Atque genti Hibernicae
[Tantus] (u) accidet dolor 23), A. C. 1014.
(x) Nunquam vt is mortalibus
Exoleturus fiet.
(y) Tela jam pertexta, fed
Campus euaftatus eft *).
Orbis oras per (z) ruet
(a) Laefio pacis 24) (b) virûm.

 Nunc

(t) Ok mynd Irar.] I. ok myn Iriar. P. — ítar, *hominibus*. Q. Irar munu nú, Nunc Hibernis. H. Ok mun Iarl af (*& sequ. stroph.*) ángr bída, Atque comes (dynafta) hinc dolorem percipiet. *quam malè.*

(u) bída.] K. svída; *perperam, nisi per Hypallagen fit:* vret Hibernos dolor.

(x) alldri myn — fyrnaz.] Q. alldregi — fyrnizt, nunquam — exolefcat.

(y) vefr ofinn en vøllr rodinn.] O. vøllr rofinn en vefr ofinn, *inuerse, at eod. sensu.* rodinn.] D. randinn, id. *sed & pro* tincto, refperso; *capi vtrumque potest, vt sensus strophae fit,* Tincta arena fanguine.

(z) mynd.] P. myn. *Enallage numeri. Mox pro* fara *legit K.* lída, feret, *quod hic sonantius adserit* G. Pauli.

(a) læfpiøll.] G. H. I. K. L. M. N. P. Q. S. lefpiøll (liefpiøll). *confer n.* 24. || O. leikfpiøll, damna (clades) certamine virorum orta.

(b) gota.] D. gotta. H. I. L. N. O. Q. S. gotna, *quod sequutus sum. H. in margine* grióta, *ineptè.*

23) *Propter sc. decessum Brianis.* G. P.

*) *Quum sc. aufugisset exercitus Sigtryggi, militibus Brianis insequentibus.*

24) læfpiøll.] *De voce* læ *aliquid a me alibi dictum, ni fallor.* liefpiøll, *haud dubiè vnum idemque* [*ac* læfpiøll]; *quemadmodum dicitur* liemegna (ɔ: vaumegna), *nihil aliud quam* læmegna; *&* læbarn, lebarn, *puer* viribus defectus. liár *falx fenaria &* liá *f. g. gramen excisum, illis esse cognata censeo.* G. Pauli. *Nondum, quid fit* læfpiøll, *intelligo.* A. Magnaeus *vertit* conflictus, *nimis quidem angustè: verum fine dubio respiciens* hle *f.* hlie, ceffatio, otium, *quod idem ac* læ *&* le *f.* lie. *quâ ratione etiam ego* læfpiøll, *f. detrimenta otii (violationem pacis), pro* bello *f.* belli geftione *capio. Caeterùm* læ fraudem *denotat, vt in* lægiarn, lævífs, læ-

blaud-

A. C. 1014.

(c) Nunc reformidabile est
(d) Ferre circum lumina:
Quod (e) cruoribus graues
(f) Caela per nubes agunt.
(g) Tinctus aer [tunc] erit
Militantûm sanguine,
Nostra (h) quum (i) praenuntia
Comprobatier (l) queunt 25).

Dulciter

(c) Nú. er ógrligt.] H. — ógnarligt. *quod minus antiquum censet G. Pauli, nec tamen improbari posse.* I. L. M. N. O. S. — ofrligt. Q. ofurligt er nú.

(d) vm at litaz.] N. K. vm (út) at líta, circumspicere, foras prospicere. *minus eleganter, G. Pauli judice.*

(e) er dreyrog.] C. G. Barth. Antt. at dreyrugt. *singulari.* I. M. N. Q. S. þar er (ed) dreyrugt. K. þar er dreyr ok. *quod sine dubio fuerit* dreyrog, *& inde duae voces factae: quamquam in* dreyr ok *sky potest intelligi figura Grammaticorum dicta Hendiadys.* G. Pauli. || O. — dreyrrautt, sanguinis instar rubra.

(f) himni.] N. húmi, (secundum) oceanum. *haud absurde.*

(g) litat.] G. O. litazt, tingetur.

(h) er] G. þá er, id. Barth. Antt. ádr, & H. ádr enn, Antequam (effata nostra confieri qu.) I. L. en, sed eff. n. rumpi, corruere, fallere possunt. *absurde.* K. Q. ok, etiam.

(i) spár varar springa.] C. spár vardar syngia, *lectio quidem vitiosa, sed quae hunc sensum dat*: Quando (l. dum) vates (l. omina) canere possunt ɔ: canunt. G. sóknvardar syngia, (Postquam) pugnae custodes (ɔ: bellonae l. milites) bellicum canunt l. epinicium. || G. Pauli *conjicit* sóknbardar, gladii, *nec tamen* sóknvardar *improbat.*

(l) kunnu.] Chh. kunna. Barth. Antt. allar, (comprobantur) omnia.

blandinn: *quando sensus erit, Fama* cladium per fraudes (*Kormlödae sc. ac sociorum*) illatarum *peruolabit terras. De vocabulis* gota *&* gotna *judicium aliis a se relinqui dicit G. Pauli.* gotnar *praefert Edda in nomenclaturis virorum, non autem* gotar, *quod tamen idem arbitror, quemadmodum* gumar *&* gumnar *(homines).*

25) springa kunnu.] *Pulcherrime; quemadmodum in partu (vnde &* afspringr *&* af-

Dulciter (m) sustollimus A. C.
(n) Rege de, qui junior, 1014.
(o) Multiplex (p) epinicium,
Sit canentibus benè!
(q) Ille verò discat, hìc
Qui (r) dat audientiam,
(s) Multa (t) carmina bellica;
Hisque (u) delectet (x) viros.

Iiii 2 Deue-

(m) kvedv.] E. qvádv; D. G. H. I. L. N. O. P. Q. S. kvádum (kvodum K.) cantauimus. H. *in marg.* gádum, seruauimus. *quae lectio & rhythmum & sensum turbat.*

(n) vm konúng.] Q. kóng um.

(o) fiølld.] E. G. M. O. P. fliód, foeminae (cantandis epiniciis). Q. siøfølld, septemplicia. *perperam, nisi subaudias voculam* stef.

(p) sigrhlióda.] H. L. M. N. sigrhlyda, D. I. Q. S. sigrhlída, id. *Hanc lectionem impingere in orthographia notat* G. Pauli. *at ego ita recte scribi censeo; nam & in* Helga-quida Hund. b. 1*ma* flíta (*natare*) pro fliota, *idque in duobus exemplaribus, vidi. praeter hoc suprà habuimus* bidi *pro* biódi, *&* skíta *pro* skióta, *ex codd. membr.* || O. sigrhlídar (flióð), bellonae. || K. sigrflióda, bellonarum (fiøld, multitudo).

(q) *Pro octo sequentibus strophis haec perperam supponit* Q. En hinn er nemi á hlióð geira ok gumnum skemti. ver giørum burt ríða, Sed ille, cui licet, addiscat cantum hastarum, & homines oblectet. nos facimus vt abequitemus ɔ: nos abequitamus.

(r) heyrir á.] S. á heyrir. O. hlydir á, operam dat. P. her heyrir á, hic auscultat (audit).

(s) fiølld.] G. K. hlióð, cantum. H. P. lióð, carmen. || E. M. (geirhlióða) flióð, bellonis. O. flióða, mulierum.

(t) geirhlióda.] Barth. Antt. geirlióda. O. geirhlióð (flióða) ɔ: geirflióða hlióð, cantum (l. cantui), bellonarum. G. H. K. P. geirflióða, bellonarum (hlióð, cantus, carmina).

(u) skemti.] C. G. H. Barth. Antt. segi, commemoret.

(x) gvmvm.] G. H. K. L. gumnum. I. O. P. S. gunnum.

affsprengi, *soboles*): *aut de vegetabilibus.* Luc. 21. 30. nær þeirra alldin tekr út at springa, *quum jam frondescunt,* [*vertente Castellione*]. *Item* Kyli springr út, *vlcus rumpitur (aperitur)*, túngl springr út, *luna nascitur.* springa *ergò* uppfyllaz, compleri, euenire. kunnu; *praesens Indic. vt* vitu; megu. *G. Pauli.*

A. C. 1014. p. 279.

Deuehamur equis, (y) citò
Auferamus [jam] foras
[Noſtra], ductis enſibus,
In viam hocce de loco 26).

Mox (z) textum detrahunt ac dirumpunt foeminae, ſuam quaeque partem, quam tenuerat, auferentes: &, Dörrudo jam a (a) foramine regreſſo domum, inſcendunt in equos, & VI. in auſtrum, reliquae VI. in boream abeunt. (b) Talis quoque viſio apparebat Brando Gueiſtii filio in Færeyis. In Islandia Svinafelli tantum ſanguinis humerali ſacerdotis (c) die ſupplicationis longâ ſacra celebrantis inceſſebat, vt exuere cogeretur. Thvattae quoque eadem die ſacerdoti profundum maris exiſtere propter altare viſum, in quo multa terricula conſpicatus, diu haeſerat, ita vt rem diuinam facere non potuerit. In Orcadibus is expetebat caſus, vt Harekus dynaſtam Sigurdum & aliquot cum eo homines cernere ſibi viſus, adhibito equo dynaſtae obuiam veheretur,

(y) hart.] H. L. hátt, ſublimè; *vnde G. Pauli capit* hátt brugdnum berum ſverdum, *pro* alte ſtrictis nudis gladiis. || C. Barth. Antr. allz, quoniam (ſiquidem) foras auferimus, *ſubaudio* res noſtras, *arma textoria*, *& ſuam quaeque portionem texti*; *neque conjungere placet cum verbo* berum ſtrictos gladios; *vt in Barth. Antiquitatibus* (p. 624.); *id enim conſtructio textus minimè admittit. G. Pauli vnam vocem fecit ex* allz *&* berum, *& pro* ¦alsberum, planè nudis (*ſc. gladiis*) *cepit, adeòque hìc epexegeſin ſtatuit.*

(z) ofan vefinn of í ſondr.] C. i ſundr vefinn ſinn, textum ſuum dirump.

(æ) glvgginvm.] G. dyngiunni, tumulo.

(b) *Hoc membrum neſcit idem.*

(c) favſtvdaginn lánga.] Id. lángaſ freádag, die Veneris longa.

26) Rídvm — hedan.] *Ordo eſt*: rídvm hart út á bravt hedan berum heſtvm (med) brugdnvm ſverdvm, *abequitemus citatim hinc* nudis (non ſtratis) *equis* (cum) *ſtrictis gladiis. Ellipſis praepoſitionis hic benè conſiſtit, vt in his*, fara herſkilldi; illu *l.* gódu heilli *&* gódu dægri borinn. G. Pauli. *Vix ac ne vix quidem eſt veriſimile, ſi non abſurdum, bellonas, quae equis vtebantur, & armis militaribus vt viri erant inſtructae, nuda equorum terga inſediſſe; quamobrem hanc explicationem ſequi non ſuſtinebam.*

tur, hique aliis conuenire visi, & ad locum aliquem, qui prospectum clausit, succedere; at nunquam inde conspecti sint, nec vllae quidem (d) reliquiae (e) Hareki repertae. In Aebudis Comes Gillius (f) hoc somniauit, venire ad se hominem, qui se (g) Herfinnum nominari, & ex Hibernia venisse innuit; & a Comite, vt hic existimabat, rogatus quae acta illic essent, hoc carmen protulit: A. C. 1014.

(h) Ipse fui praesens homines vbi conseruêre
Praelia, personuit gladius regione in Hiberna,
Multa, vbi scuta [virûm] congressa fuêre, metalla
Stridula clangebant, galearum in murmure fusco.

 Istorum

(d) avrmvl fondvz.] E. armul. H. L. P. ormull fannst. *singulari.*

(e) Hárcki.] E. P. þeim Hárcki, dynastae & Hareki.

(f) þat.] G. draum, somnium.

(g) Herfinnr.] C. & I. *suprascribens*, Herfidr.

(h) *Ordo verborum in hoc carmine per se patet* *). *Lectiones autem diuersae hae praecipuae sunt. In stropha* 1*ma*, er.] Q. vid, ad, coram. *in eadem ac* 2*da str. negligit* O. er. || *Str.* 3. tavrgvr.] I. *suprascribit* taurgar, H. N. tiørgar. *quas flexiones indifferentes ait G. Pauli.* H. *in marg.* torgir. *de qua lectione Vir doctissimus adnotauit, se admodum procliuem ad credendum esse, quod* torg forum *ab erecto aut sublimato clypeo nomen suum acceperit, quemadmodum scuta belli & pacis signa olim sustollebantur.* || *Str.* 4. málmr gnast.] E. *tantum*, málm; *quod tamen tolerari possit in metro; si construc-tio admitteret. Pro* gnast *suprascribit* I. gniudu, atterebant; & hiálmar *gen. singul. pro* hiálma. Q. *habet* af dun, propter strepitum (galearum) *pro* í dyn. || *Str.* 5 svipvn.] C. G. sókn, impetum l. pugnam. *De his lectionibus G. Pauli*: Svipvn, sókn, *vtrumque bonum. sed quid si conjiciamus dictum fuisse* syrpu, *quod metrum quodammodo (quamuis non absolutè) requirit?* Syrpu-el *vulgò hodie dicitur* densior ac breuior niuosa tempestas. Syrpa *est* foemina gigantea, & *barum [gigantidum] vt Valkyriarum dici potest praelium [id verò hac solum ratione quod secures & gigantides nonnulla vocabula habent communia.] Vel simplicius & fortè verius*: sorp *notat* purgamenta, *e. gr. domuum, quae euerruntur. horum egestorum congeries [dicitur]* sorphaugr. Syrpa *propriè dici potest* ancilla purgatrix. *sed & ejusmodi pulueris in alterum sparsio,* sorp-

A. C. 1014. Istorum didici conflictum quam vehementem,
Sigurdus cecidit strepitantibus ensibus, ante
Letificas datum erat plagas manare cruore,
(Quam) occubuit Brian, fueratque potitus arenâ.

De

---

sorphríd giørd at einum; *& hinc ad* telorum nimbum *translatio.*" frá.] H. *in marg.* sá, vidi. snarpa.] I. S. sneipa, N. sveipan, *obscurè.* O. svarta, torvum, foedum. || *Str.* 6. vigra.] K. vigrar, *genitivo singul. quod vix ac ne vix quidem potest consistere, quatenus multa tela inter se occurrebant: ac semper denominari solet* [*pugna ab armis*] *in plurali numero* [*positis*], *vt* sverda *&c.*, *neque* sverds. G. Pauli. *Quod falsum esse, pluribus exemplis probabo, si quis requisiuerit.* || *Str.* 7. tædi.] Chh. tedi, id. E. K. P. Q. redi, H. *&* I. *suprascr.* redu. *verbum auxiliare; quomodo &* tædi *capit G. Pauli.* ben.] O. bein, ossa. || *Str.* 8. fell.] Q. felldi. *vbi subaudiendum* madr, *l.* menn, *& sic idem sensus.* of hellt.] O. daudr at, exanimus in (velli, terram). velli.] *Ita legunt* C. I. O. *& hoc sequutus sum in Versione. De quo & G. Pauli: Meliorem hanc lectionem judico, tam propter consonantiam metricam, quam eundem loquendi modum in* Hâconarmâlum [*Sn. Sturl. Tom.* I. *pag.* 163.]: ver þvi vøll dum er þu velli hellts, *in casu simili. Dan.* at holde marken [*Germ.* das felld behalten]. *Illud verò* [*quod caeteri omnes libri praeferunt*] hellt velldi, imperium retinebat, (*non quidem post mortem, sed aduersus impugnantes hostes, quemadmodum Hacon Adalsteinis Alumnus;*) *vel est* ἀβλεψία, *vel mendo librarii corruptum. Hactenus ille. Non prorsus damnanda videtur ista lectio, quamdiu non euictum est, filium Brianis & fratrem nullam regni partem retinuisse; ac caeteroqui nihil obstat, quin* velldi dignitatem regiam *simpliciter, si non* partes superiores aut victoriam, *denotet.*

*) *Nisi quod ambigi possit, vtrum in stropha 7ma & 8ua Hyperbaton locum habeat* (*quod ego malim*), *vt haec illâ prior in sensu sit: nam* ꝥó ádr ante quam *denotet, hoc ordine; Ante effusus est sanguis, Quam Brian caderet. Qua occasione G. Pauli, primum capiens ita,* Antequam manaret vulnus sanguine, cecidit Brian; *deinde conjectans,* Primum effusus est sanguis (ɔ: *pugnatum est*), postea cecidit Br., *vtrumque damnat, & pro* ádr *supponit* ód *vel* ódum (redu ben, *n. g. pl. &c.*), vehementia *l.* vehementer (*vulnera sanguinabant*). *Caeterum* taurgur scuta (*in str.* 3.) *pro* scutatis (*militibus*) *posita videntur; & constructio vltimae strophae* (*quemadmodum in Textu impr. p.* 273, *lin. penult.*) *hysterologica est, quod & monuit auctor Skalldae.*

De hoc somnio Flosius & Comes (i) multa disputabant. Septem post diebus veniens eô Rafn *Rufus*, omnia quae in praelio Brianino gesta fuerant, narrauit; occasum regis, & Sigurdi dynastae, & Broderis (k) piratarumque omnium. Tunc Flosius: De meis verò sociis quid refers? Uniuersi acie occubuerunt, ait Hrafn; Thorsteinn autem leuir tuus, incolumitatem a Kerthialfado adeptus, nunc cum eo versatur. (l) Significante Flosio Comiti se abiturum (dicenteque), (m) Est nobis pedestre iter Romam absoluendum; Comes ei, (n) quò libitum esset ire jusso, nauim & (o) alias res necessarias, magnumque (p) argenti numerum dedit. Dein Flosius cum suis ad terram Britonum velificati, hic aliquamdiu morabantur.

A. C. 1014. p. 280.

Cap. CLIX.

Caedes Koli Thorsteinis filii.

Karius Sölmundi filius (q) hospiti Skeggio innuit optare se, vt nauem sibi suppeditaret, ab eoque nauim longam a rebus omnibus paratam dono accepit. Hanc ipse, Dauid *Albus* & Kolbeinn *Niger* conscenderunt, & sinus Scoticos austrum

(i) um daginn, die sequenti, *inserunt* E. K. P.

(k) vikinganna] G. viginganna. *quod apertè monstrat* víkingr *a* víg pugna *descendisse.*

(l) Halldórr Gudmundarson lezt (ok) þar. Periit & ibi H. G. filius. *inserunt* C. G.

(m) eigum ver sudrgaungu — inna.] E. K. P. ok inna af hendum sudrg. sína, & Romanum iter absoluturum.

(n) sem.] H. I. L. N. O. Q. S. ef, si.

(o) þat sem þurfti.] K. menn, homines (nautas).

(p) silfr.] G. fe, pecuniae.

(q) sagdi Skeggia — Skotlandzfiordu.] *Breuius* P. bióst í burt frá Skeggia. ok fekk han þeim skip Kára Dauid ok Kolbeini svarta sudr til Skotlandz. (K. S. f.) a Skeggio discedere parauit, isque Kario, Dauidi & Kolbeini Nigro nauim, ad transeundum contra meridiem in Scotiam, dedit.

A. C. auſtrum verſus trajecerunt, vbi quosdam Aebudenſes naſti, qui quae geſta
1014. in Hibernia fuerant, Kario nuntiauêre; ſimulque Floſium & (r) ſuos profectos ad terram Britonum eſſe. Qua re audita ſociis oſtendit Karius ſe ad terram Britonum in occurſum Floſianis nauigare velle; tum (s) quemque a comitatu ſuo, cui id vtilius videatur, diſcedere jubet; nolle ſe per (t) dolos quemquam circumducere teſtatus, quod ſe in (u) illis (Floſianis) injurias ſuas (v) nondum cenſeret penitus vindicâſſe. Omnibus eum ſequi praeoptantibus, mox ad terram Britonum auſtrum verſus vela dedit, ibique (x) in receſſum quemdam infrequentiorem nauem introduxit. Hac die mane Kolus Thorſteinis filius oppidum comparandi argenti cauſâ ingreſſus, (qui maximam verborum contumeliam (y) adhibuerat prae caeteris incendiariis.) multa cum matrona quadam opulente fuit confabulatus; ac paene clauô trabali fixum erat, vt (z) hanc vxorem adipiſceretur, atque ibidem conſideret. Hoc ipſo mane Karius in idem oppidum egreſſus, fortê, vbi Kolus argenti numerum inibat,
p.281. deuenit: quô recognitô, protinus in hominem diſtracto gladio inuolat, & collum percutit (a); ille verò argentum computabat, caputque, vbi detruncatum efflueret, X, (numerum denarium) edidit. Tum Karius: Dicite Floſio Kolum

(r) menn hans.] E. brennumenn, incendiarios.

(s) bad hann — draga at, *neſcit* P.

(t) veel.] *Omnes alii*, vel.

(u) þeim.] E. P. brennumønnum, incendiariis.

(v) úhefnt.] C. G. & I. *ſupraſcribens*, vanhefnt.

(x) at í leynivag einn.] G. til lægis, in ſtationem.

(y) vid af brennumønnum.] E. K. L. P. um brennuna, de exuſtione (*Nialina*) adhib. G. haft vid Kára, (maximâ v. contumeliâ) Karium adfecerat.

(z) fá hennar.] C. eiga hana.

(a) ſva at aftók, ita vt caput praeſcinderetur, *addit* E. || *Mox pro* en *legit* G. er, dum ille arg. &c.

Kolum Thorſteinis filium a Kario Sölmundi filio caeſum eſſe; hoc homici- A. C.
dium mea manu factum profiteor. Mox ad nauim regreſſus conuectoribus 1014.
homicidium renuntiauit. Hinc boream verſus in (æ) Beruvicham nauigabant,
& ſubducta naui, Hvitzburgum (*Leucopolin*) Scotiae adſcenderunt, cumque
Melkolfo Comite ſequentem permanebant annum. (b) Floſius verò, audita
Koli caede, parat ad ſepulturam corpus ejus, & grandem in conditorium
ei pecuniam erogat, nec vlla vnquam Floſio (c) acerba in Karium dicta
exciderunt. Deinde ille mare (fretum Caletanum) ad meridiem trajecit;
& (d) iter Romam ingreſſus, eò pedes tetendit, nec ante ceſſauit, quam in
vrbem Romam perueniret: vbi tantum eſt honorem conſecutus, vt ab
ipſo (e) Pontifice maximo (f) abſolutionem obtinuerit (g); magnam (tamen)
eò pecuniam inſumens. Hinc per tractus orientales reuerſus, ac multis
in vrbibus manens, potentes frequentauit, magnoque ab iis honore mactaba- 1015.
tur. Sequentem in Noruegia hyemem degerat, & (h) apud Ericum dyna-

---

(æ) Bervvikr.] E. Brimsvikur. M. Briámsvikur. H. I. K. L. N. O. P. Q. S. Brúnsvikur.

(b) En er Floſi — lík hans.] C. G. Nú er at ſegia frá Floſa. at han gengr vpp ok tekr lík Kols ok byr um, Iam de Floſio dicendum, quod is (in urbem) egreſſus corpus Koli adhibuerit & parauerit &c.

(c) hermdar-yrdi.] H. K. L. N. O. Q. S. hefndaryrdi, P. hefndar ord, comminationes. M. íllyrdi, maledicta. C. G. *tantum*, ord, voculae (ɔ: conuicia).

(d) ſudrgavngv.] C. G. gavngv, iter pedeſtre. *abſolutè*.

(e) herra, domino, *inſer.* E.

(f) tók aflavſn.] M. I. fekk aflauſn (aflát), — remiſſionem.

(g) allra ſinna ſtórmála, omnium ſuorum facinorum, *addit* P.

(h) var med.] *Omnes praeter* A. þá ſkip af, nauim ab Erico dynaſta dono accepit, (quâ in Islandiam trajiceret, & magnâ &c.) *Hujus lectionis ope rationem temporum, quae ad hunc Noſtri locum Chronologis veritati pugnans & inextricabilis viſa eſt, propterea quod aut Floſius tres peregrinationis annos non compleuerit, aut, ſi compleuit, non apud Ericum dynaſtam poſt aeſtatem anni* 1015. *hyemauerit*

A. C. ſtam (i) vſque reditum in Islandiam, commoratus, (k) magnâ farinae vi ab eo ſibi praebita, multisque ab aliis (l) honorificè (liberaliter) affectus
1016. (m), in Islandiam renauigauit (n), & in Hornafiördum delatus ſe Svinafellum recepit domum ſuam; omni compoſitionis lege, quà peregrinandô quà multam expendendô, jam perfunctus (o).

Cap. CLX.
De Floſio & Kario.

1015. Jam verò (p) de Kario dicendum, quod aeſtate ſubſequenti (q) naue ſua repetitâ mare meridiem verſus transfretauerit, (r) itinereque Romam in Normannia occeptô, pedibus illò profectus, abſolutiónem acceperit. perque tractus

---

uerit, quodammodo conciliare datur. nimirum, conceſſò Floſium plus anni ſpatio itinere Romanenſi abſumſiſſe, (Vide ſis Hiſt. Eccl. Isl. Tom. IV. pag 363 *ſ* 4.) *quod a veriſimilitudine haud eſt alienum; hic aeſtate anni* 1015. *in Noruegiam venit, & ab Erico, priusquam hic expeditionem in Angliam ſuſcipiebat, nauim accepit; deindeque ibidem in ver vſque anni* 1016. *permanſit. ac nihil quidem, quominus ita capiatur, obſtat narrationis ordo, nam ibi poteſt eſſe hyſterologia. Caeterum lectio Textus* (A.) *ſi pro genuina debeat accipi, non aliter defendi quiuerit, quam quod pro certo habuerit Auctor, dynaſtam Ericum in Noruegia fuiſſe etiam initiò anni* 1016.

(i) Hákonarſyni, *addit* P.

(k) ok han fekk honom miøl mikit] G. hladit med miøl, farina oneratam *ſc. nauim, reſp.* p. *praec. var.* h.

(l) ſæmiliga.] P. vel, beneficè.

(m) í þeſſari ferd, in hoc itinere, *adjicit* G.

(n) um ſumarit, ſequenti aeſtate, *addit* P.

(o) ok urdu allir hans menn honom fegnir ok hans heimkomu, atque illum poſtliminio redeuntem omnes ſui magno cum gaudio acceperunt. *addit* P.

(p) at ſegia frá Kára.] C. G. *more ſuo*, þar til máls at taka ſem (er) Kári er, de K. redordiendum; quod is aeſt.

(q) fór hann til — í Þrasvík.] E. *breuiter*, ſigldi han til Dofra á Englandi. þadan ſigldi han i Þrasvík, Dubrim Angliae nauigauiſſe, indeque in Thrasvicham &c.

(r) ſudrgavngv.] P. *abſolutè*, gavngv.

tractus occidentales reuersus, naue sua in Normannia receptâ, mare boream A. C.
versus ad Dubrim Angliae trajecerit; vnde Britonum terram ab occidente 1015.
praeteruectus, (s) Scoticos in boream sinus transmittebat, cursu non remissô, donec Thrasvicham in Katanesia ad hospitem Skeggium peruenisset. (t) Traditâ jam Kolbeini ac Dauidi naue oneraria, quâ naue in Noruegiam ille transmeabat, hoc in Fridareya resistente; proximam in Katanesia hyemem exegit. Hac hyeme vxor Karii in Islandia reddiderat animam. Consequenti
aestate parauit in Islandiam ire, naue donô Skeggii auctus onerariâ: quâ 1016.
vecturi XVIII. homines, quanquam justo serius ad nauigandum apti, se pelago tamen commiserunt, & diutinâ vsi nauigatione, tandem promontorium
Ingolfi (u) tetigerunt; vbi naue penitus confractâ, (v) nautae modò salui eua- p. 282.
serunt. (x) Tum quoque procella incumbente, Karius a nautis, quid inde consilii capiant, interrogatus, (y) consultum ait fore, vt Svinafellum profecti hospitalitatem Flosii probarent (z). itaque (a) Svinafellum vsque, procellâ durante, incedebant. Constitutus in (æ) hypocausto Flosius, Kario, simul ac domum intrauerat, recognito, festinus assurrexit, & osculatus (b) eum in sella

Kkkk 2

(s) fyrir Skotlandsfiørdu.] C. G. med Bretlandi ok svo vm Skotlandsfiørdu, secundum terram Britonum boream versus, atque ita per sinus Scoticos nauigauit.

(t) sekk hann — Fridarey, *omitt.* P.

(u) i Oræfum, (in Desertis) *add.* id.

(v) þar.] G. en þó, naut. tamen. P. en mønnum ok se vard biargat, naut. tamen & onus seruati sunt.

(x) þá gerdi ok á hríd vedrs.] E. P. — hríd mikla, — proc. graui. G. Kafahríd var á, vehemens incumbebat procella. C. hrídin var in sama, durante eadem (*qua vsi fuerant,*) tempestate.

(y) ráð.] C. ráð sitt, sui consilii esse. G. hellz ráð, consultissimum.

(z) ok manngæsku. þvíat þat var næst at leita þángat. af því líf allra þeirra var lángleitt, atquè humanitatem (benignitatem); illud enim, quod peteretur, proximum erat refugium, quando vita omnium illorum ad vltimum periculum erat perducta (omnes viribus erant defecti). *addit* P.

(a) Svínafellz.] Id. bæiarins sem til þess voru færir í rc. ad villam istam, qui ad hoc viribus valebant, ingrediebantur.

(æ) stofu.] C. stufu.

(b) til hans.] C. P. vid hann.

A. C. sella sublimi apud se collocauit: (c) hybernumque illi hospitium obtulit,
1017 quod & Karius (d) acceptabat. Tum in gratiam inter se redibant solida fide. Tum Hilldigunnam Flosius neptim suam, quae Höskulldi *Pontificis* Hvitanesii fuerat, nuptum Kario dedit: isque & conjux Breidae (e) primùm habitauêre. Dicunt vulgò hunc extitisse Flosio vitae finem: jam senio prouectum peregrè (f) abiisse, (g) materiem aedificando cubiculo dormitorio supportatum, & in Noruegia hyemâsse: at sera post (h) aestate nauigando paratum, &, quidusdam nauim ejus vilem dictitantibus, (i) hanc satis idoneam esse grandaeuo (sibi) ac brevi morituro, testatum, (k) onere imposito naui, pelago eam credidisse: hac verò de naue nihil postea loci cognitum. Hi erant Karii Sölmundi filii & Helgae Nialis gnatae liberi: Thorgerda, Ragneida, Valgerda & Thordus, is qui incendiô periit. Hilldigunnae autem & Karii filii fuere Starkadus, Thordus & Flosius. Filius Flosii (l) incendiarii fuit Kolbeinn, vnus inter viros suae gentis celeberrimos. (m) Atque his dictis memoriam Nialis incendiô peremti claudimus (n).

(c) allan, per totam (hyemem), *add.* C. G.

(d) þág.] G. þecktist.

(e) i Aurærsum, *adjicit* P.

(f) um sumarit, quadam aestate, *add.* id.

(g) skálavid.] C. G. húsavid, mater. aedibus exstruendis.

(h) somarit.] P. haustit, autumno.


(i) vera ærit gott.] E. & I. *suprascr.* farit vera g. hanc nauim esse idon. — gavmlum ok feigum.] P. allvænt er farit fyrir feigan ok gamlan, sat. idonea est haec nauis breui morituro & grandaeuo.

(k) bar.] *Omnes alii,* ste (steig), conscendisse nauim, & pelago *&c.*

(l) brennu, *excludunt* C. G.

(m) *Caetera negligit* P.

(n) *Huc addit* E. ok lykast svá (*l.* sva) saga sem byriud var i Guds nafni. amenn. *i. e.* Et finitur haec (ita) historia (*hujus historiae descriptio*), quemadmodum incoepta est, in nomine Dei. amen. G. *autem subdit*: Finito libro sit laus & gloria X°. amen.




SPECIMEN GLOSSARII,

SIVE

INDEX VOCUM & PHRASIUM,

IN

NIÁLS-SAGAM.



De Citationibus in praesenti Glossarii Specimine obuiis notandum: quod litera *J.* Interpretationem *Niáls-Sagae* praegressam significet, numerusque eandem literam proximè subsequens, vt & quicunque, num. 282 (vlt. sc. pag. Textûs Islandici, seorsim excusi) superans, paginam hujusce Interpretationis; numeri verò infra 283 (nullâ *J.* comitati) paginas ipsius Textûs Islandici demonstrant. Literae minusculae, numeris paginarum hic illic adscriptae, atque *n.* numero quodam adnexo, Varietates lectionum sub Interpretatione adlatas, vt & hic numerus interdum notulas ad Textum, quemadmodum literae Graecae Adnotationes ad Carmina, designant. Majusculae sicubi occurrunt, A. columnam paginae priorem, B. posteriorem, indigitant.



A.

A pro i, *terminatio jamdiu obsoleta Iæ. perf. Conjunct. praes. vt in his*: at ek grípa. 6. at ek mega. *J.* 22 *var.* h. nema ek svegia. 90. *&* *alibi. Paullo notior est eadem terminatio in I. imperfecti, vt* ek munda, *pro* myndi. 23. villda. 2. 41. hefda 47. &c. *Sic quoque in perf. & plusquam perf. ejusd. modi*, at ek hafa (hefda) undangengit (subduxerim, subduxissem me). 37. *&c. In Ia. verò Imperfecti Indicat. etiamnum multis nota, quanquam paucioribus in vsu, talis est terminatio.*

A, *partic. negativa, Verbis suffixa, vt in* varda *(pro* vard ei *l.* eigi) non contigit. 593 *n.* 8. tekka, non admitto, gekka (vid) non agnoui *&c.* 352 *n.* 1. 359, a. *it* .50 *&* 241 *sub finem, collat.* 532 *var.* n *&* p.

A, *Praepositio* in loco (tempore) *&* ad locum, scopumque versus *denotans.* á haustí, autumnô. 211. á veizlu, in conuiuio. 9. á dómi, in judicio. 530. á bædi bord, ab vtroque nauis latere. 124. á bók, ex libro *(aut super libro)* 532. á bak aptr, in dorsum, resupinè. 9. á bak húsum, pone aedes. 28. einn á annann, vnus post alterum. 523. á hálfsmánadar fresti, post dimidium mensem. 99. á næsta bæ á Rútzstaudum, ad proximam Ratstadis villam. 34. at riúfa sætt á einum, aduersus quem pacta violare. 102. rennaz á, *(pro* renna hverr á annan) concurrere inter se. 91. Fliúgaz á, inuicem inuolare, confligere (manibus). 56. Grípa á vid einn, pugnare *quid* cui praeripere. 6. *Conf. verb.* Gríp. á laun, clanculum. 68. klifa á einu, crepare aliquid. 426. taka femútu á ser, multam de sui laesione capere. 251. *Saepiùs, casu nominis l. pronominis suppresso, ellipticè ponitur, vt:* hafdi mikit á aflaz *(sc.* þá, fiárhagina) multum accesserat (rei pecuniariae). *J.* 18. at koma einum á úvart (óvart) insperatò cui superuenire *(vbi subaudi potest* bak, tergum, *l.* fund *s.* mót, conuentum). 9. *it.* insperanti euenire *(subintellecto* hendur). 518. Þat finzt á, ser á (honum, því) comperitur, adparet (ex eo, illo, inde). Mer er hugr á (einn), fert animus, cupio 48. *Elegeanter repetitur haec Praepos.* 417. x. *&* 431. I.

A, *praet.* átti, habeo, possideo; licet, competit, necesse est mihi; debeo. At eiga einn at vin, quem amicum habere. 77. — rett á ser *v.* Rettr. — ferd, iter habere faciundum. 12. — leik, colludere, concertare. 125. — ráð (við einn), consilium adhibere., cum aliquo consultare *(alias:* eiga ráð á einn, potestatem habere). 127. — kosti á nockru, facultatem cujus rei habere. 132. — kaup við einn, negotiari cum aliquo. 157. — skap saman, similes animô esse, ingeniis concordare. 66. — eitt eptir, quid reliquum habere, cui restare. 56. — íllt við einn, inimicitias cum quo gerere. 98. — dvalar, moras trahere, morari. 205. — Liðveizlu þar sem einn er, adjumentum obtinere *l.* obtinendum sperare a quo. 180. — at einum hellz allra manna, demeruisse quem prae omnibus. 12. *conf. J.* 21, z. *(in qua phrasi subintelligitur* at heimta. *v.* 38. *lin. Cap. penult).* — at telia frændsymi við einn, genus suum ad quem referre, cognatum cui esse. 42. — hlut at við einn, agere cum aliquo. 120. *sed* eiga hlut at *l.* í (einn), quid negotii suscipere, instituere, consulere in *l.* circa aliquam rem. *J.* 139 u. — at siá eptir (einn), desiderare, requirendum habere *quid.* 75. — mikit at vinna, satagere. 97. — at veria hendur sínar, defendendam cui esse salutem suam. 47. — til at segia, experiri, testem fieri. 78. — sitianda hlut í (einn) operam nauare sedentariam, otiosum esse. 110. — (einum nockut) varlaunat, *l.* vanlaunat, gratiam cui debere (debitam non soluisse). 181. 401. — útqvæmt, veniam peregrè redeundi habere. 251. — sakastaði, eyrindi, *v. s. l.*

Aæst, *Adverb.* valde citatim, excitate. *J.* 85. ' l. *Ex* á *intensiuo & æstr q. v.* G. Pauli *accipit pro simplici* æst.

Abbaz, *praet.* abbadiz, infesto, insulto, inuolo (yppá einn, in aliquem). 194. *An ab* Obbi, res mira, *apud* Gudm. Andr. *mibi* res horribilis, *vnde* obbaligr, horrendus, terribilis, *ab* of nimis, *deducendum sit, ambigo; potius illud ad Verb.* at amaz *(q. v.) retulerim. Conf.* 425, z. G. Pauli *vernaculâ:* "abbadiz, *forte* amadiz, *per Antithesin & Mytacismum; dicitur etiam* obbalegt, ógrlegt, terribile, *ex. gr. flumen magnas vehens aquas, cet. Item* ybbinn austerus, immitis, & at ybbaz, exasperari." Ybbinn *verò sine dubio ab* úfinn, hirtus, horridus, asper, & ybbaz *ab* at ýfaz, asperari, inhorrescere, *descendunt.* Gr. ἀπηνής, immitis, saeuus, durus.

Aberi, *mascul.* insimulator; *vix solum inuenitur, sed conjunctum* Sakar-áberi, *quasi* illator criminis, accusator, *specialissime* principalis, *in jure.* 526. *Ex* bera (sök) á, accusare.

Abyrgdarhluti, & — hlutr, *m.* res periculosa, religiosa, 366. Abyrgdarráð, *n.* consilium periculosum. 164. At ábyrgiaz, periculum euentus in se suscipere, praestandum sumere; borgan, sponsio, borginn, sibi sufficiens, *a* berg, seruo, incolume do.

Adalfesti & Adalfestur, *fæm. singul.* Pecunia, quam relegatione damnatus in judicio bonorum suorum possidendorum exhibere debuit, ne proscriptionis poenam subiret; *quasi* primarium *aut* praecipuum pignus. 240, *conf.* 529 *n.* 8. *Ex* adal, primum *quid*

quid & praecipuum, & festvr, pignus *a* festi, figo. *Vide* Aladsfestvr & Festvr.

Adilia *pro* Adila, *obliqv. a Nominatiuo* Adili, *m.* Auctor, princeps; persona principalis *in causa judiciali*, *siue* Actor, *siue* reus *aut* defensor. 517 *var.* i & *n.* 6. Apili vm eptirmál, vindex *s.* actor caedis principalis. 207. *Sic Vett.* Fylia *ab* Fyli, rex, vilia *a* vili, voluntas, *caet.*

Adr, *adv.* priùs, ante; *it.* (*pro* ádr enn) antequam, *cum Subjunct. insolenter.* 13. 213. 2) ádr enn, donec, vsquequò. 214. 3) ádr — en sidan, primò — deinde. 526. 4) alias, caeteroquin. 188. Sem ádr (*plebeculae hod.* smádr), nihilôminus. *V.* Gloss. Synt.

Æ, *adv.* semper, ἀεὶ; 2) sanè, certe 37. *J.* 85. Gr. ἦ, *id.*

Ædi, *neutr.* natura, humana *l.* virilis natura, humanitas, virilitas. At vera í ædi sinu rett sem adrir menn. 13. *Ab* ódr; ἦθος, natura, indoles, ingenium.

Ædi, *f.* (*hod. neutr.*), furor, rabies. af ædi mikilli. 119. *Ab* ódr, rabidus, insanus, *q. v.*

Ædra, *f.* formido, trepidatio, consternatio, desperatio. 548. g. at mæla ædrv, insaniam (in modum consternati *aut* desperantis) loqui, formidinem verbis *s.* sermone exserere. 200. at ædaz, metuere, trepidare, *habet bonum Exemplar* Örvar-Odds Sagoe. *Ab* ódr, trepidus; *v. infra.*

Ædstr, (*pro* æstr), *adj.* furiosus, rabidus. *J.* 83. *quasi ab* ódr, *aut potius Superlatiuus ejusdem contractus*, *pro* ódaztr, *lectio nonnihil suspecta. Caeterum accipi potest pro* ædstr, primus (*al.* potissimus), *Compar.* ædri, Anglosax. *athor*, prior, *ab* ádr, prius.

Aeggian, *f.* instigatio, incitatio, exhortatio. *J.* 117. *ab* at eggia á, instigare, hortari ad *quid. v.* Eggia.

Ægir, *m. vocabulum* maris *poët. inde* ægis-hestr, equus maris ɔ: nauis. *J.* 124. Alax. egor, *id. Quidam conferunt* lat. Æquor, *quando* ægir, *quasi* planities, *ab* at aka *vel* vega, *dictus esset. Est etiam in promtu, hoc vocabulum ut nomen verbale accipere, vel ab* at ægia, horrorem injicere, terrere, *vel a minus vsitato* ægia, fluere. *Sed meâ tamen sententiâ* Ægir *nihil aliud est quam* mare Aegeum (*ita primum ab aliquo poëta septemtrionali ad suum idioma expressum*) *quod a. crebritate s. multitudine* insularum *sic dictum* Fest. *docuit*; *adeoque* Ægir, *quem Edda hospitiô Asos excepisse memorat*, *ita*, *quasi* Insulanus, *vocatus esse potest. Nobis* Ey, *Asax.* eghe, ige, Spelm. *Lex. in vocab. compos.* Aege, Ay & Eje, *insula. Conf. etiam* Edd. Sæm. *p.* 368 *n.* 37.

Æpi, *imperf.* æpti, clamo, exclamo (*hod. pler.* ejulo, gemo, fleo). At æpa heróp, canere bellicum. 245. — á einn, inuocare, clamare quem. 253. — at einum, inclamare, in contumeliam alicui clamorem tollere, exsibilare quem. 263. Gr. ἀπύω, ἠπύω, clamo, vociferor. *ab* Op, *qu. v.*

Ær, *pro* ærr, *m. adj.* promtus, celer; (it. praeceps, furens). 310 *α. conf.* Gloss. Synt. *Hoc vero Nostri loco G.* Pauli *accipit* Jò ær *pro pronomine* þer, *conjungens* kom ek eigi sidarr enn ær, non adfui serius quam vos,

vos, *quod est indifferens. v.* Gloss. Synt. *in* ærr *&* örr.

Ærir, *Imperf.* ærdiz, *Inf.* at æraz, incitari, vel od furorem vsque. 82. *Pass. ab* ek æri, *propr.* loco moueri facio, excito, incito (Gr. ὄρω, concito), *quod a prox. praeced.*

Ært, *&* ert, *neutr. adj.* (*vt puto sine caeteris generibus*), *de constitutione annonae;* þá var illa ært (í landi), maligna fuit annona. 10. *J.* 17. Þat árar, *imperf.* onnona est *haec aut illa, ab* ár, annus, annona.

Æski, *Imperf.* æskta, *Inf.* at æskia, optare. *ab* óska, *id.* ósk, votum, AS. *ascian*, exquirere; *conf.* Junium *in* Aske. *Hinc compos.* æskimeidr *&* æskirýrir avds, libens bonorum consumtor *s.* qui fortunas consumere & digerere optat (*erga alios munificentiâ*), *adpellationes* viri *honestae. J.* 71. f. *&* 309 b. *Talis Verbi cum substantiuo compositionis exempla habemus non pauca, etiam in prosa, vt* fennimadr, lærifadir, lærisveinn, sendisveinn *caet.* Jó æski *priori loco, qvemadmodum ego, accipit* G. Pauli, *quanquam non jungat* æskimeidar *eum Genitiuo* avds; *posteriori verò statuit idem esse ac* Eski (Don. Ask, Esk), fraxinus; *metonym.* hasta *l.* clypeus, *vnde illi* Eskirýrir (hastae *l.* clypei tritor) *poët* vir; *quod noua, quam ibidem applicat, vocis* Avds *acceptio sine dubio illi suasit, qu. v. infra. An verò* Eski *pro* clypeo *capi possit, in medio relinquam; sed neque vt* Askr *in* Skállda (*exemplo meiri* Sextánmællt *dicti*) *pro* hasta, *nullus dubito. Conf.* Meidr *&* Rýrir, *vt &* Hægr.

Æstr, *adj.* percitus, incitatus, excitatus. *J.* 85 l. *Hinc* æst, *adv.* citatim, impetè, *ibid. quod* G. Pauli *deriuat ab* ös *s.* Ös, turba, festinatio; *sed vnde haec nisi a* vas, cursotio, bacchatio, *cum in multitudine vltrò citroque curritur, quod iterum a* ved, vodo, cum impetu feror? *Mibi vero* æstr *&* æst *ab* at æsa, incitore, *cujus etymon sine dubio est* ærr *s.* örr (*v. supra*), r *in* s *transeunte, quemadmodum nobis* vist *a* vera, *&* Don. Væsen *a* være. *Conf. tamen* Gr. ἀΐσσω *&* αἴσσω, *necnon* οἰςρῶ, *&* Lat. Aestuo.

Ætla, *Imperf.* ætlada, puto, cogito, constituo, at ætla einum nockut, proesumere quid de aliquo. 112. — til (eins stadar), cogitare aliquò (*sc.* ire; *Cras* cogito in *suburbanum*, Cic. Epist.) 252. — til Lidveizlu, auxilium sperare. 173. 2) Mihi sumo, 17. 222. *J.* 218. at ætla ser einn, destinare, eligere sibi quem ad confligendum & necandum. 70. *Hinc* at ætlaz fyrir, *pro* ætla fyrir ser, in propositis habere. 266. *vide* Gloss. Synt.

Ætterni, *n.* genus, cognatio. *J.* 172. *ab* ætt, genus, natio; erni *verò est mera productio formatiua*, Lat. ernus *in* paternus *&c. imitans; sic & nobis* faderni, móderni, bróderni, *caet.* Gloss. Synt.

Ætthrafn, *m. poëticum* fratris *vocabulum.* 43. *cujus qualiscunque ratio reddita est J.* 83. *a. Hanc verò lectionem (optimarum Codd. membr.) rejicit* G. Pauli, *& pro ea ceu commodiorem, imo rectiorem, amplectens et* hrafn *l.* etr hrafn, *priorem Carminis partem ibid. obuii hoc modo sistit:*

Þú hefir árgiörnum erni
(Etr hrafn) verit betri

(Greid-

(Greidir gvmna davda
Giálfr dags) enn þer fiálfvm.

Porro adnotans: "Et hrafn *l.* etr hrafn (*idem*), *vnde prodiit* Ætthrafn. Greidir *&c.* promovet *l.* accelerat mortem virorum, praelium diurnum; *Potest etiam esse compellatio*: þú gvmna davda greidir *l.* greidandi, [tu mortis hominum accelerator]*l*, *atque sic* Giálf-dags *l.* giálfr dags *erit Genitiuus temporis.*" *Quibus ambagibus nihil fuerit opus, si lectionem* Etr hrafn *cum* gvmna davda *conjunxeris, vt ego l. c. monui, quod & per se rectissimum arbitror, quanquam secutus sim Textus impressi lectionem. Caeterum confer* Argiarn *&* Atgiarn.

Af, *Præpos.* ab, de, ex; propter. Af hliódi, secreto. 103. af tómi, cum tempore, ɔ: hoc procedente. 18. af ædi, reidi, cum furore, ira. 119. 216. Snúaz af (*pro* á) hæli. 582. *Per pleonasmum, non sine elegantia, repetitur* 207. *Saepe, omisso casu nominis v. pronom. ellipticè ponitur, vt*: hafdi af (því *sc.* málinu) hina mestu svívirdu. 15. *conf.* 133. 180. Gr. ἀπὸ *id.*

Afarligr, *foem.* — lig, *neutr.* — ligt, enormis, modum excedens, immanis. 404. Of, *gen.* afar, nimietas, *ab* of, nimium. (Gr. ὑπὲρ); *&* ligr *a* likr, hoc aut illo modo formatus, hac vel illa specie præditus, *a* Lík, forma, species.

Afastr, — fost, — fast, cohaerens, commissus, contiguus. 75. Festi, figo.

Afátt, (*Neutr. adject. inusitati* áfátr, *f.* áfá), deficiens, vitiosum, vitiô laborans. 49. Fátr, fá, fátt, paucus, a, um. *Hinc Verbum antiquum* fætti, *bodie*, fætka (fækka), diminuo, ad paucitatem redigo, & Dan. fattes, deesse, egere.

Afbrygd, *f* mutatio, declinatio, transgressio normae. — Vinátto, amicitiae violatio. *J.* 123. Bregd, muto.

Afestavndvm, *Dat. plur. ab* Afestandi, *subst. participiale a Verbo* ek festi á, figo, firmo, *quod vulgò ad ephippia & onera jumentorum adplicatur*, *sed J.* 124. *perfecta Metaphorâ ad confirmationem oneris l. armaturae navium, quae ibid. vocantur* Ægis-hestar, *f.* equi maris, *transfertur*; *vnde* Ægis-hesta áfestandi *poet.* viri periphrasis. *Caeterum inter* áfestavndvm *&* áfestendum *notat* G. Pauli *mediam literaturam haberi pag. Textûs* 249. *in* Bavghnyckivndvm.

Afgert, *Particip. Verbi* ek afgiøri *f.* giøri af, *pecco*, *delinquo*, — vid einn, in aliquem. *J.* 130. *var.* l.

Afgiøf, *f. in plur.* afgiafir, xenia, *quasi* dona abeuntibus. *J.* 32. *Lectio mihi quidem nonnihil suspecta. Alias* afgiøf portionem captorum piscium cetorumque (af fiskum oc hvalum) Sacerdoti aut Templo debitam *notat in* Hist. Eccl. Isl. *Tom.* I. *pag.* 430. Ek gef, dono.

Afglapa, conturbo, confundo, interpello. *J.* 82. Afglapi, homo negligens, supinus, stultus, *ab* ek glep, turbo, vitio, *de quo vid.* Glossar. Synt. *in* Glæpr *&* glepyma, *it.* Gloss. Eddæ. *Hinc*

Afglapan, *f. Accus.* afglapun, error, lapsus, negligentia. Þíngs afglapan, vitium in formula (ɔ: actione) commissum, *tam ex industria*, 150, *quam ignorantiâ* 240.

Afhrod, *vid.* Afrád.

Afl, *n.* vires. 2) Pars potior *f.* freqventior. Skal afl ráda med þeim, sententia partis frequentioris teneat, plurimae sententiae (*f.* vota, *vt vulgò ajunt*) valeant; *de discessione Senatorum & Judicum in sententias.* 150. AS. abal, *robur*, *vires.* Gloss. Synt. *Hinc*

Afli, *m.* valor, pollentia; at hafa til einkis afla, ad nihil valere. 27. 2) Opis, auxilium. 210. 3) Opes, vis, multitudo; at draga afla at einum. 222. 4) Copia, vis, opes, facultates. *Hinc* at afla, adquirere; — fer fiár, rem facere. 41. — konv, vxorem adipisci (*locus mihi excidit*); *it.* aflaz, accedit, lucrifit. *J.* 18. *conf. Præpof.* A.

Aflagadr, — løgut, — lagat, definitus, destinatus, decretus, *de fatali vitae termino.* *J.* 119. Örvar-Odds Saga: sagdi hún (Valvan) hvørium þat, sem var lagat, cuique quod ei fato decretum esset, significauit. *Ab obsoleto* aflaga, *quasi* leggia af, seponere; *bodiè* aflaga, turbare, vitiare; Laga, *dispono*, *ordino*, *compono*, *concinno*; lag, *modus*, *forma*, *dispositio.*

Aflát, *neut.* remissio peccatorum. 625. *Ulph.* aflets, *id.* *Alias Cessationem denotat*, *a* láta af, *desinere*, *remittere*, *perimere*, *tollere.*

Afleidir, *pro* leidir af (einu), *Imperf.* deriuatur, proficiscitur ex (*hoc v. illo*); Quad her skyldv mikit íllt afleida. 60. *A* leidi, *duco.*

Aflsími, *lectio varians* 461. *sub num.* 3. a. *conf* Sími.

Afneyzla, *f.* vsus fructus, rei perceptio. 78. *Vide* Neyti.

Afnuminn, -in, -it, exemtus, abolitus. 165. Nem, *capio*, *demo.* *Vide* Gl. Synt.

Afrád, afravd, afrod, afhrod, *n.* damnum, detrimentum, poena. at giallda afrád, damnum facere, poenas pendere. 155. 197. 254. 562. *quibus locis in specie sermo est de* jactura hominum. G. Pauli: "Afrád; rádnir menn af døgum [homines de medio sublati]. Afrod, ɔ: afhrod, *quemadmodum dicuntur* hrodin skip [vastatae naues]." *Ad priorem acceptionem adde*, *quod in* Egils Saga Einhenta *dicuntur Berserki* afrádnir, e medio *f.* vita sublati. *Posteriori verò intellectu esset ab* at hrióda, *vastare*, *quod de nauibus olim dixerunt*, *quum maxima pars nautarum caederetur*, *cui rei vocabulum hoc forsitan originem debet*, *ita ut primitus de* jactura hominum in pugna navali *fuerit usurpatum.*

Afram, *adv.* prorsum, pronè. at falla áfram, pronum cadere. 253. *Plena phrasis est á* jørd *l.* høfud fram, in terram *aut* caput, *vnde vox contracta.*

Agætismadr, *pl.* — menn, celebres viri, prae aliis praedicabiles. *J.* 61. ek Get, commemoro, praedico; Gr. κῦδος, *gloria*, *vnde* ἔγκυδον, ágæti.

Agnsax, *n.* culter piscatorius, *f.* quo esca piscibus capiundis secatur. 19. Agn, esca, *conf.* Gr. ὀχὴ, *cibus.*

Agrædiz, accedit, lucrifit, mikit hafdi ágrædz (*fc.* á fiárhagina). 10. Grædi, lucrifacio, rem facio, gródi, lucrum, *a* græ, cresco.

Agreinir, *imperf.* disconuenit; ockr greinir á, diffidemus. 58. *Hinc* ágreiníngr, *m.* diffi-

dissidium; *ex á, invicem, & greini, distinguo.* *Vid.* Gloss. Synt.

Aheyriligr, *Adject.* auditu speciosus, acceptabilis. áheyrilig bod og újafnlig. 77. *Ex* at heyra á, *auscultare.*

Aheyrsla, *obliqu.* o. g. *ab* áheyrsli, *m.* audiens. at verda áheyrsla, audire quid. 570. (inaudire *in Króka-Refs Saga*). *Eodem modo* Sn. Sturl. *in Vita Har. Pulcricomi*: vard jáßi, promittens exstitit ɔ: promisit.

Ahygi, *m.* intentio animi, sensus, sententia. 416. 2) fortitudo animi. 137. *Ita* Animus *Latinis vtrumque notat. Caeterum* áhugi, *quemadmodum* áhyggia, 174. curam & sollicitudinem *significat.* Hugr, animus.

Akfæri, *n. pl.* vehendi instrumenta, vectabulum. 153. Ek, ὀχέω, veho; færi, instrumenta, arma, tela, *a* færi, moueo, admoueo, adhibeo, *quasi dixeris* Adhibita *vel* adhibenda.

Akomit, *n. particip.* comparatum, constitutum. 55. conueniens. 91. *Vid.* ek kem.

Akoma, áqvama, *f.* plaga, vulnus. *J.* 201. *bodiè* vlcus. *Ex* koma á, incidere, *de ferro.*

Akrgerd, *f.* agriculture. Akrgerdarmadr, agricultor, agriculturae peritus. 54.

Akvædi, *n.* sententia, definitio. 189. kved dico, kveda á, nominatim dicere, definire.

Aladsfestr, *f. singul.* alimoniae pignus. *J.* 529. b. *n.* 1. Aladr, *m.* alitus, sustentatio, *ab* el, alo.

Aldavdi, *obliqv.* aldavda, *m.* demortuus. 73. Dey, deydi, morior.

Alega, *f.* omnia *cujus* bona. *J.* 20. Ega *f.* eiga, possessio, *ab* á.

Aleitni, *f.* lacessendi lubido. *J.* 180. Leita á, lacessere.

Alfari, *m. subst.* alfara, *obl.* prorsus abiens, 112. *de eo, qui domo abit diutius absfuturus. Hod.* alfarinn, *adj. tam de absoluto aduentu cujus, quam abitione.* Fer, eo.

Alfsferd, *poët.* mare, *cujus rationem v.* *J.* 137. b.

Alhugat, *particip. sine Verbo,* seriò cum animo constitutum. *J.* 98. Hygg, huga, cogito, statuo.

Aliggia, constare, stórt, magni. 62. Þat liggr á, interest, refert.

Alinsimi, *poët.* aurum, armilla. 461. a. 3. *De* alin *v.* Gloss. Synt.

Alklædnadr, *m.* omnia vestimenta, *queis quis vti opus habet.* 73. Klædi, vestio.

Allda (*gen.* aulldu, *l.* olldu), *f.* vnda, fluctus: *poët.* mare; aulldu jór, nauis. *J.* 24. — elldr, aurum. *J.* 191. b. 2) *Poët.* liquor, haustus, *vnde* Odins allda, poësis. 300. b. Allda, altum, locus altior; *Conv. Lat.* altus, & *Gr.* ἐλάω, in altum tendo.

Alldaligr, facie senex, speciem senis prae se ferens. *J.* 116. b. Alldr, senecta; *conf.* G. Ormst. S. 104. *Hanc lectionem rejicit* G. Pauli, *vt & proximè sequentem,* Alldasígi, *legens cum vno Cod. chartaceo* alldáliga, *conjungitque* alldáliga hradfeigan, admodum foedè (foedissimè) morti repentinae obnoxium. Dáligr, foedus, *cui voci & cognatis non longè distare censet* Gr. θαυμα *&* θαυμάζω.

Alldasígi, *m. subst.* (*obl.* — síga), mortuus, vita destitutus. *J.* 116. b. Alldr, elld, aetas, vita; sígi *f.* sígi, qui labi facit, deponit; síg, sensim labor, deprimor.

Alldradr, alldrædr, alldredr, *adject.* aetate vergens, senex. *J.* 23. Rædr *f.* redr, *deriuari potest a* ráð, ratio, status; *vnde* alldrædr, in senectute constitutus.

Allæyda (*f.* alleyda), admodum consumtus, ferè desolatus. *J.* 144. Audr, vacuus.

Allgerla, quam perfectè, perspicuè. *J.* 207.

Allsheriar, *gen. ab* allr herr, omnis populus (*non* exercitus). 14.

Allt, *adv.* vsque; eigi allt, tantum non. 247. 2) *neutr.* confectum, exactum, absolutum. Allr, finitus, mortuus. 304. vera allr í bravt, totum abesse, ne vestigium quidem reliquisse. 132.

Allz, siquidem, 620 a. *Contractum ex* allrahellz er, praesertim quum. 2) prorsus, allz ecki, nihil admodum. 252. *Sed potest tamen hic esse Gen. adiectiui, subauditô* hlutar *vel* kostar.

Allverr, multò pejus, *Compar. adv.* allilla. 486.

Almannalof, *n.* omne punctum, at hafa, ferre. 251.

Almsími, *m.* neruus arcûs, 461. a. *conf.* 462. *α.*

Almsvími, *m.* arcus contorsio, intentio. 461. b. Svími *l.* svimi, vertigo. *Cognata sunt* svífa, celeriter moueri, sveifa, festinè versare. *caet.*

Almsferd, *f. poët.* manus. álmsferdar elldr, aurum. *J.* 137. b.

Almr, *m.* arbor ulmus. Dan. Alm, Elm. Germ. Ilm, Ulm. *Poët.* álmr eggþíngs, viri *adpellatio. J.* 22. a. Aud-álmr, vir. 70. 2) Almr, arcus, *ita dictus, quod ex ulmo quandoque fuerit confectus, quemadmodum etiam vocatus est* Askr, *quia ex Æsculo.*

Alræmdr, *adj.* vbique praedicatus, omnibus in ore. 76. Ræmi, praedico, rómr, rumor.

Alsáttr, *adj.* perfectè reconciliatus, placatus. 120. *Hinc* alsætti, perfecta compositio litis. 101. *it.* plena, justa satisfactio. 120. Alsáttum sáttir, perfectè reconcilitati 568. Sátt, compositio.

Alsferd, *f.* mare, *poët.* Alsferdar elldr, aurum. *J.* 137. Áll, Dan. Aal, A. S. *Æl*, angvilla, *vnde has voces contractas puto quasi primitus dictum fuerit* ángl.

Alshendis, *adv.* absolutè, decretoriè. *Adjectiuè sumitur* 350. b. Hend, manus.

Alvgat *pro* Alhugat. 49. *quò respice.*

Alvara, *f.* (*G.* alvoru) serium, res serio constituta. *J.* 94. Dan. Alvor, *id. Forte a* vera, esse, *quasi quod* omnino *f.* reuera *est.*

Alþíngismál, *n.* agendi ratio (mos, jus) in comitio, uniuersali, l. actio in jus comitiorum generalium deducta. 87.

Ámæli, *n.* vituperium; hafa ámæli af einn, vapulare, criminari de qua re. 183. Ek ámæli, increpo, incuso, 27. Mæli, dico.

Amaz, amadiz, *Dep.* molestus sum, vid einn, alicui. 130. Ama, *activ.* id. ami, *m.* molestia, toedium. *Si domesticae est originis,*

nis, haec erit af, ab, *quando esset qu.* amoueo, l. auersor; *& forte hinc* amor *in voce* amor-ligr. *v.* Ind. ad Landn. b. *Alias conferri possunt* Gr. ὠμος, immitis, inhumanus, & ἀμυσσω, exulcero animum, saucio mentem alicujus.

Amma, auia. 119. *Ab* afi, auus, *qu.* afa, ama, & *demum* amma. AS. *Eam*, auunculus.

An, *Adv.* defectum *indicans*; án er, abest deest. 27. 2) *Praep. cum Dat. quae constructio est rarior*; án rádi eins, sine auctoritate l. consilio cujus. 38. *Regit quòque Accusatiuum apud Veteres, vt* án þat, sine eo; *nunc verò Genitiuum. V.* Gloss. Synt.

Andyri, *n.* Vestibulum, aditus aedium anticus. 140. *Est & masc.* andyrr, *id.*433. *Ex* and, ἀντὶ, & dyr, janua.

Andr, *n.* xylosolea, calopodium, — eff-ilsvallar, nauis. *J.* 223. confr. *ib.* 224. *it. Ind.* ad G. S. Ormst.

Angra, -di, infesto, crucio, 201. Angur, angor, ángisi, angustia; *a* Gr. ἄγχω, ango ἄγχις, dolor.

Anmarki, *m.* vitium. 80. *qs.* obseruandum, notandum, *Dan.* anmærke, *Germ.* anmercken, obseruare; *a* mark, signum, nota.

Aqvedinn, *adj.* condictus, constitutus, definitus. At áqvednu, ad constitutum, dicto tempore. 567. Giøra áqvedit, definire (diem). 304. Qved, dico.

Arædi, *n.* audacia, animus ad adgrediendum. 291. ef ræd á, inuado, adgredior. *AS.* arædan, aredan, *statuere.*

Arelldbeidir, *m. poët.* vir. *J.* 222.

Arfi, *pro* Afi, *m.* auus, 368. *Lectio suspecta in prosa oratione, sed poëticè proba, sicut* Midiar, posteri, *pro* majoribus *non rarò ponuntur.*

Arfi, *m.* alsine. 194. *Fortè conferri possit Lat.* Ervum, *quamquam significatio nonnihil distet.*

Argan, *n.* offensio, scandalum, auersio animorum (a veteri instituto), *auctore* G. Pauli. 351. b. Argr, abjectus; *AS.* earg, *iners. Longobard.* Arga, *homo nequam*; *Conf.* Ind. ad Kristni-S.

Argiarn, *adj.* annonae auidus, vorax, *Epithetum aquilae. J.* 83. *V.* Gloss. Synt.

Arinn, *m. propriè credo* domicilium; *vnde nobis* Arin-hella, saxum planum, limini inferiori in aditu aedium adponi v. subjici solitum. *AS.* ærn, ern, earne, *casa, domus, habitaculum, locus secretior; it.* Are, *area domus.* 2) *Idem quod* Arn, *m.* focus *(quemadmodum* alin *pro* áln *s.* øln, vlno); *Vnde* arinn síma, aurum; & arinsími, nauis. 461. *Per me tamen quis putet,* arinn, *s.* arn *primum denotâsse* focum, *deinde per translationem* domicilium, *quemadmodum vox latina vulgò sumitur: sicut autem* focum *a* fouendo *dictum, ita* Arinn *s.* arn *ejusdem nationis censeo esse ac nostrum* verma, calefacere.

Arka, arkadi, vado, procedo; at arka at audnu, ex fato cedere. 409. Gr. ἔρχομαι.

Armul, *n. plur. idem ac* Avrmvl, *q. v. infra.*

Armr (*s.* arm, *n.* armt), abjectus, vilis. 425. AS. Dan. arm, miser, pauper, ærumnosus. Jun. *ab* ἔρημος, desertus, destitutus, *Conf.*

Conf. Lat. Ærumna, *&* *vide* GLOSSARIUM EDDÆ.

Armr, *m.* brachium. 2) cornu aciei. 274. *Ab Lat.* Armus, *AS.* arm.

Arnsax, *n.* culter culinarius. *J.* 35. *v.* Arinn.

Arr, ár, *propriè* matutinus, maturus. 2) Celer, promtus, strenuus, 309. ár, maturè, celeriter. *J.* 222. b. Ar, aurora, matuta.

Ars, *m.* podex. 185. *Hodie per transpositionem* Raß *audit. Al. Germ.* Arsch, *AS.* ærs, *B.* Aers, *Dan.* Arts. *Quidam ab* ὄῤῥος, JUN. *ab* ἄρχος, *deriuant. V.* Sørn.

Asiáz, inter se adspicere; *vel potius* inter se l. semet iuuare, *& ceu* Lat. *loquuntur*: respicere, videre; *adeò dum per* Contendere *verti, errasse me fateor.* 247. *Ex* ek sez á, se á mik l. mer, respicio me, mihi video; *ab* se á, adspicio.

Asióna, *f.* adspectus oris s. faciei, ipsa facies. 208. Sión, visus.

Askilia, *f.* áscilia, *Imperf.* discrepare, disconuenire. *J.* 112. Skil, distinguo.

Askoran, áskorun, *f.* prouocatio, postulatio. 258. Skora á, prouocare quem ad aliquid, certa conditione adjectâ, determinare, definire. Vide Skora.

Astofna, ástofnadi, destino. 40. Stofna, statuo, instituo, *a' nostro & AS. stofn*, caudex, truncus; qu. stoinn, Dan. Stamme, stamen; statumen. *Th.* stá, stare.

At (att), *n.* incitatio, stimulatio, *spec.* equorum ad concertandum; *& hinc* Concertatio equorum, certamen equestre; *Spectaculi genus apud veteres Islandos.* 90. *Inde* Hestaat & hest-at, *id. J.* 180. *A praeterito* atti *Verbi* Et, *v.* etia, incito, stimulo.

At, (át) *n.* esus, comestio; átgiarn, vorax, *epitheton aquilae*, *J.* 83. a. Et, edo.

At, *Pronom. relat. indecl.* qui, quae, quod. 19, 33. *J.* 106. *J.* 155. 166. *J.* 259, 600. At *pro* þat *vel* þat er, *J.* 22. a.

At, *Adverb. pro* er, cum. 308, 375. 2) *pro* hvert, vtrum. 165. 3) *pro* þvi; at heldr, tanto magis. 117. at vaskari, hôc l. eò strenuior. 136. 4) *pro* non *passim Verbis subnexum*, *etiam in prosa*, *vt* hefirat, munkat, 247.

At, *Conjunct.* quod, vt. 2) *pro* þar sem, quum, vbi, siquidem. 323. *J.* 186. 3) *pro* þótt, quanquam, *J.* 101. *J.* 259. 308 q. 4) *pro* þvíat, nam. *J.* 27.

At, *Praepositio, plerumque respondens Lat.* ad; *vt*: at lognm, ad (secundum) leges. 87. At eins, *(subaudi* heima *s.* heimili, domum; *non enim regit Genitiuum)*, apud quem. 4. at búd, ad tabernaculum (ɔ: in eo; *quemadmodum Lat.* ad vrbem *pro* in vrbe *dixerunt)* 181. at dómi, in judicio. Hverr at hendi, singuli [ad latera] deinceps. 140. At hvaru (*pro* hverin), ad quodcunque, ad omnia. *J.* 70, b. at líku [máli], ad eundem modum, ɔ: nihilominus *(Dan.* alligevel). 267. at einu, tantum modo. 103. at því, ad eam rationem, secundum id. 124. Fara at savdum, ad oues [quaerendum] ire, *(pro quo nunc dicunt* eptir). 75. Spyria at einu, interrogare quid l. de quo. 165. Fylgia at raungu máli, operam suam in causa iniqua conferre. 184. At nýium tídindum, pro re inaudita. 14. Davrr at

at ſkapptvm, haſtae pro inſilibus. 270. Kaſta at høfdinu, capite *quem* dejicere. 84. Vel at ſer, boni ingenii. 77, 112, 198. *J.* 278. Ramr at afli, fortis viribus corporis. *Cum Accuſativo denotat* poſt; *vt* at þat, poſtea. 595. *it.* propterea. *ibid.* *In quibusdam locutionibus* at *omittitur ante caſum nominis l. pronominis, quem regit, vt:* mikill (at) vexti, grandis ſtaturâ; fríðr (at) ſýnum, adſpectù pulcher, *caet.* & *e contrario ſuppreſſo caſu nominis l. pronominis ſola ponitur, vt:* gera (haſa) at (*ſubaud.* verkvm); eiga hlvt at (máli) ...). *paſſ.*

Atalsgrvnd, mare. 359. — grvndarſkíd, nauis. Atall, promtus ſtrenuus, *ab* ek et, ſtimulo; *vnde* & *nomen proprium viri* Atli. *Caet.* *vid.* *Ind.* *ad* Kriſtni-ſagam *in vocibus* Atall & grund.

Atfæri, *n.* *pl.* arma ſ. inſtrumenta ad rem aliquam expediendam, *ſpec.* vectoria. 335. *quamquam vox corrupta videtur ex* Atfæri, *q. v.*

Atferd, *f.* ratio agendi. 240. Dan. Adfærd, *id.* 2) Aditio violenta. *J.* 189. Fara at, agere, adgredi.

Atfør, (*Gen.* Atfarar) *f.* adgreſſio violenta. 92. 2) *ſenſu rarô*, Ratio agendi. 240.

Atgánga, *f.* hoſtilis adgreſſio. Veita einvm atgavngv, vi adgredi quem. 36. *Spec.* *idem quod* Atlaga, *quod adi ſis.* Geng, vado.

Atgeirr, *m.* haſtae genus praelongae, *AS.* ategar & ætgar, *id.* *conf.* Ind. *ad* Laudnáma-bók. 44.

Atgerd, *f.* factum, rei alicujus geſtio. 56.

Atgern, (*malè* atgern), vorax. *J.* 83. *pro* átgerinn, *id.* G. Pauli *conjectante, cui* gerinn *a* gerr, auidus. *v.* Gloſſ. Synt.

Atgiørr, *Adj.* artibus & exercitiis humanis ornatus. *J.* 83. *Ex phraſi* gerr at ſer, *id.*

Atgugat, *particip.* *Verbi inuſit.* ek atguga, *l.* guga at, inſpecto, attendo, aduerto. *J.* 213 x. *pro* athuga. *id.*

Atlaga, *Gen.* atløgv, *f.* admotio, adactio *ſpec.* nauium in hoſtes, aditio hoſtilis. Veita atløgu, naues in hoſtem impellere. 125. Legg at, naui peto.

Atqvædi, *n.* *hod.* *vulgò* ſyllaba. 2) vox, verbum *J.* 62. 3) enunciatio l. recitatio verborum, quibus alter praeit. 512. 4) ſenſorum definitio, ſententia. 416. 5) auctoritas; *vnde* atqvædamikill, imperioſus. 51. Qved, dico. *Conf.* Ind. *ad* *J.* Eccl. Arn.

Atſkorta, deeſſe. *J.* 102. Skortr, defectus, *de quo vide* Gloſſ. Synt.

Atſókn, *f.* inuaſio hoſtilis, impugnatio, pugna. Vera í atſókn, pugnae intereſſe, impugnare. 100. Sæki, peto.

Attrudr, *m.* cibum obtrudens (offerens), Coquus, *ex conjectura* G. Pauli. 549. *Melius puto verteretur* lixa l. macellator; *id enim genus hominum edulia obtrudere potius dici queunt.* At, *n.* edulium; tred, trudo.

Atviſt, *f.* praeſentia. vera í atviſt, praeſentem adeſſe. 100. Viſt, manſio, *a* vera, eſſe.

Atþreyttr, *Adj.* ſollicitatus, ad quid faciendum coactus. 85. Þreyti, vexo, fatigo.

Avallt, *Adv.* semper; *qu.* non inconstanter, *si conflatum est ex á pro ó negativo (quarum literarum mutatio frequens est)* & valltr, volubilis; *sed potius contractum & variatum reor ex* of allt, *(quod adhuc reperitur pro* in genere, generaliter) per omnia, vbique, vsque.

Avaxta (ávaxa, *dub. lect.*) & áveri (áverti), crescere, augmentum capere facio, *spec.* pecuniam foenore. III. *J.* 231. Avoxtr & voxtr, reditus, fructus. Vex, cresco; vexi, augeo, Gr. ἀέξω & αὔξω. Vexir, *imperf.* Sn. Edd. en brim vexti, sed aestus augebatur.

Avd-álmr, *v.* Avdr & Almr.

Avd-avlr, *v.* Avdr & Avlr.

Avdit, fato destinatum, in malam partem, *quod rarius.* 194. *Conf.* Gloss. Synt. & Ind. Landn. B.

Avdna, *f.* fors, fatum. Því mun avdna ráda, fors viderit. 46. *Ab obsol.* audinn, fato concessus, indultus.

Avdr, *m.* divitiae, fortunae. Avdverpandi & avdvarpandi, viri *adpellatio poët. J.* 132. Avdnunnr & avdrunnr, *id. J.* 254 a. *Plura vide sub* Æfki.

Avds, [*in carmine Text.* 144.], *qs.* avdins, avdnnsamliga, feliciter, fortunatè; *quam vocem quum nonnulli ceperint vt Genitivum ab* avdr, divitiae, pecunia, *hoc verò hic locum non commodè habuerit, inde factum* Ydr, *quod codex D. praefert, existimo.* G. Pauli. *Qua acceptione* τȣ avdȣ *quosdam seductos credit ad deriuandum* æfki *ab* ósk, votum (*v. supra*); *sed videat vir doctus, ne sua ipsum insolens acceptio fefellerit.*

Skælin-synir, *m. pl.* Scorti filii, *convicium. J.* 238. *Non ignoro* Biörnum *à* Skardz-á *deriuare* Skælia *ab* skæ, damnum, noxa. *Sed verius, arbitror, refertur ad Ebr.* Schagal, *vitiare mulierem; imo propius etiam arcessitur ab nostro* at skaka, agitare, quassare, *cujus rei rationem pro me dabit* Donatus *ad* Terentii Eunuch. III. I. 34. *meae Editionis, si fas est hanc allegare.*

. Skal, þú skallt; *Interrogatiue*, Skal ek, skalltu, *Praet.* skylldi, *Infin. praes.* Skulu, *Infinit. Praeterit.* Skylldu, *Uerbum Auxiliare defectiuum*, Debeo, Cogor, oportet me, fas est mihi, jubeor, propositum habeo, destino, faxo vt *&c.* — certò facturus *vel* euenturus sum, *ad alia futura non temerè extenditur.* [Skal renna nú, an fas est nunc fugere? 95. *conf. J.* 193. v.]. Skalltu nefna Fimtardóminn, an fas erit tibi, procedet tibi, consilium l. propositum est tibi, designare. *&c.* 150. Skalltu lengi í burtu vera, Quamdiu domo abesse decreuisti? *J.* 19. *ASax.* Sceal. *Ulph.* Skal, *Alam.* Scolan. *Dan.* Skal, Skulle, *Angl.* Shall. *Germ.* Soll, Sollen. Wachterus *etymon τοῦ* Skal *ignotum sibi esse fatetur:* Ihreus *de eo solicitus non est, sed acquiescit pro more in* Ulphila *suo.* J. Olavius *suspicatur* Skal *esse à* Ske, fieri, accidere (*Germ.* geschehen, *ASax.* Sceon. *Gall.* cheoir, *Cadere, euenire*): *Sed hoc eô vix procedit, quod illud* Ske, *aetate multo sequius l. serius est illo* Skal, *vtique in Lingua nostra, nam in antiquis monumentis nullibi, quod sciam, occurrit. Meas opiniones super Verbi origine non celabo, quicquid garriant homines stulti & maleuoli: Una est, quod sit à Verbo* ek skil, diuido, discerno, *it.* decerno, definio, *qui sensus facile adplicantur ad sensum nostri Verbi. Huic Etymologiae*

 fauent

fauent Subjunctiuus Skyli, & *Imperfecta* Skylldi, *quae Nos per* i *non* y *pronuntiamus.* Skil J have Holsteens-Sild, Skil J have Rediker, Piger? *ita canunt quotidie in hac Urbe mulierculae quaedam, ex earum numero, quae per plateas circulando halec et raphanos venum clamant. Unde habent hae illud suum* Skil? *unde, nisi è reliquiis Linguae antiquissimae, quarum non nullae adhuc in Danico Sermone deprehenduntur vel ipsis Islandis ignotae. Hinc etiam ASax* Sceal, *satis prope accedit, uam illud* e *ante* a *in nostro Sermone et enunciatione valet* i. *Altera conjectura est, quod* Skal *sit à Gr. antiquo* σχεω, *pro* εχω, habeo, *sicut Latini loquuntur*, Habeo dicere, *pro* Dicendum est mihi, dicere cogito, dicere decreui; *sic etiam Nostrum* ek á, habeo, *pro* debeo, oportet me, *dici in vulgus notum est. Literam autem* S *saepe extrinsecus vocibus accedere ostendunt* Etymologie *Tertia conjectura est, quod* Skal *sit à Gr.* πελω, sum, fio: *Sensum quod attinet, respice ad* Olavii *Etymon suprà. De cetero constat inter* Etymologos, *Sibilum praeponi innumeris vocibus;* p *autem in* c *vel* k *mutari saepe usuvenit, et exempla ejus adtulit* Aegidius Menagius *in docto, quem* Originibus *suis* Gallicis *praefixit*, Tractatu de Mutatione literarum. *Quarta et ultima conjectura est, quod* Skal *sit à Gr.* κελω *l.* κελευω, jubeo: *quae enim debent fieri, et quae futura sunt, aut jubentur expresse ab iis, quoram ea est potestas, aut tacitè vel ab natura, vel ab animo aliquid decernente, vel ab rerum circumstantiis.*

Skammar-víg, *n.* Nefaria caedes. 2 3. Skømm, skammar, contumelia, flagitium, nefas. Gloss. Synt.

Skapa, *proprie* Secare, sculpere, *à* σκαω: *quoniam autem* secando forma imponitur materiae fabrili, *hinc translate vulgò notat* Fingere, formare, condere, creare, determinare, definire, disponere, constituere. Skapa einum aldr, de vita alicujus statuere, *Parcarum more scilicet; elegans phrasis, pro* occidere *vel* occidi curare *quem* 57. *Angl.* Shape. *Dan.* Skabe. *ASax.* Scyppan. *Belg.* Sceppen. *Germ. Alam.* Schaffen, Scheffen, *quod ultimum à Gr.* σκευουν, parare, fabricare, *deriuant* Martinius *apud* Junium.

Skapadr, formatus, forma praeditus, hac *vel* illa qualitate praeditus, hoc vel illo modo se habens, constitutus, affectus, comparatus, *Dan.* beskaffen, *non inuenitur temere, nisi praecedente* sva, ita, sic. Sauk sva skappud, sva skapat vœtti. 110. 233. 234. *et alias saepe. Parum interest ad sensum, utrum statuatur esse particip. pass. Verbi* at skapa, *an particip. sine Verbi origine, à Nomine* skap, forma, ratio, modus; qualitas, natura, constitutio, modificatio, proportio, ingenium, indoles.

Skap-bœtir (einum), *m* Ingenii emendator, l. sanator, in melius fingens l. flectens ingenium *alicujus.* 16. at bœta, corrigere, melius reddere.

Skap-brádr, Ingenio feruidus, pronus ad iram. 219. Brádr, citus, praeceps.

Skap-deild, *f.* hana at hafa. *J.* 296. *vndè* Skap-deilldar-madr, ea virtute praeditus. 139. *Notio harum vocum mihi est valde ambigua. Fortè* Skap-deild *sit* Sociabilitas, *forte etiam* Facultas ingenium variandi (at breyta

breyta edr ſkipta ſkapi ſínu.) *prout tempus et locus, et ingenia, quibuscum quis verſatur, poſtulant. Denique nihil certi hic definiri poteſt, niſi in antecellum cognitos habeamus omnes ſignificatus verbi* at deila, *unde* deild. *An eâdem ratione formata ſint Germ. Dan.* Beſcheiden, Beſkeeden, Beſcheidenheit, Beſkeedenhed, *item. Gall.* Diſcret, Diſcretion, *videant harum Linguarum Etymologi.*

Skap-farinn, Animatus, animo, mente, ſenſu praeditus, *hoc vel illo.* 256. Farinn, *forte hic eſt Particip. paſſ. ſine verbi origine, à* Far *n.* ratio *et* modus rei. Skapi farinn *diviſim, notius eſt illo altero. Hinc* Skapferli, *n. ſing. et* Skapferdi, *n. ſing.* 61. 116. *J.*

Skap-felligr, *Adj.* ad *alicuius* animum accommodatus, *alicuius* animo gratus, qui *alicui* adlubeſcit. 192. *ab* at falla (vel) i ſkap, *quod facere dicuntur quae placent.* igr *hic eſt mera novae vocis formativa. Aliàs* Skapfelligr (*hodie male* Skapfelligr) *eſt* aptus, concinnus, congruus, decens.

Skaprádligr, ad animi (l. naturae) poteſtam pertinens, arbitrarius. 22. *J. ſuſpecta vox, ſaltem claudicans in rhythmo eô locô.*

Skapraun, moleſtia acerba, dolor animi atrox. 152. 183. *quaſi* animi experimentum, *nam experitur animi conſtantiam. conf.* Raun.

Skapt-kríngla, Skap-kríngla, *f.* turbo, turben, trochus. 253. 561. Skapt, Skap, *forte hic cognatum Latino* Scopus. [*Gr.* κωπή, capulus, manubrium.]

Skap-vandr, 184. *forte* qui faſtidioſus eſt et delicatus in aliorum ingeniis aeſtimandis et probandis, vandr at ſkapi annarra manna.

Skap-þúngt, *pro* þúngt i ſkapi, *ad verbum*, grave in animo. 11. Skapþúngt er þer Frændkona, animo tibi aegre eſt, gravi cura ſaucia es, mea cognata! 176.

Skar-band, *n.* Diadema capitis, Vitta, lemniſcus. 46. *à* Skavr, *Vid. Ind.* Hungr v. *in* Skarbendingr *vel* Skavrungr.

Skarfr, *m.* Avis *ſpecies, quae Recentioribus vocatur.* Pelecanus carbo. Tanna hvarfs blęhpi-ſkarfr. 352. *conf.* Fluga, *et Ind.* Chriſtni-ſagæ. *Etymon vocis* Skarfr *ignoro: Skari aut* Skári Avis *nomen eſt in* Edda, *quod an huc faciat, non dixerim.*

Skarpleitr, macilentus facie. 39. *ab* Skarpr, Aſper, durus, Scaber, aridus, *et* Leitr *in compoſitione,* Facie praeditus qualicunque.

Skatnar, *m. pl.* Viri, *poëticè.* 45. 592. *Super origine vocis conſ.* Edd. Resenii, *in* Karlmanna kenningum. *Forte tamen* Skatnar *propriè ſint* Jaculatores, *ab* Skot Jactus; *aut etiam* homines vectigales, *ab* Skot. tributum, *unde* Skattr, *formatum eſt;* Skotland, *pro* Skattland, Terra tributaria, *habetur in* Ol. h. Saga Thomas-ſkinnæ.

Skaufi, *m.* vulpes (*in* Edda), *cognomen viri* 383. *à* Skauf, cauda, *in* Nor. K. Tali, *conf* Skæſi. *Vix huc pertinet* Skauf, Membrum virile, *in ſpecie* Equorum, *cujus pluralem recentiores faciunt* Skaufir, *gen. f., conv. Gr.* σκεπω, tego.

Skaurúngr, *m.* homo praeter ceteros

teros liberalis, *de feminâ*, *J.* 150. *conf. Ind.* Hungrvakæ, *aliter in* kvenſkorúngr, *ſupra, quo pertinet* Skorúngr, mulier praeclara, virago 147.

Skavt & Skavtz, *vide ſub* Skýt & Skýtz.

Sked, [*Imperf.* ſkaddi] at ſkedia, *cum Datiuo*, noceo, noxam l. damnum adfero, violo. *J.* 85. *Confer* Skadd *ſupra*.

Skef, *Imperf.* ſkóf, *Infinit.* at ſkafa, rado. Hann ſkefr litt af manni, *phraſis ambiguae notionis*, *de homine liberè loquente*. 491. *Conf.* Sker; *item quae dicta ſunt ſub* Skadd. *In tranſitu noto*, *me* ſkef & ſcabo *Latinorum pro cognatis habere*. Angl. *ſhave*, radere, *laeuigare*; Belg. *Schaven*, AS. *ſcefan*, *ſceafan*, idem.

Skegglavſs, imberbis. 52. Skegg *vide in* Gloſs Eddae.

Skeid, *n.* Curriculum; *it.* pars temporis tranſiens. 65. *Eſt et* Skeid, *in pl. nom. propr.* territorii *in Toparchia Arneſenſi*, *in qua notione* Stadium *ſignificat*, *ſive* ſpatium terræ curſibus aptum. 194. *Lapp.* ſkejde, *apud* Cn. Leem *exponitur:* Mark imellem tvende Elver, & *hoc ſine dubio conuenit in* territorium Skeid. *A* ſkiótr, citus. *Conuenire arbitror Lat.* Stadium *et Graec.* σπευδω. *Exempla permutationis reciprocae literarum* p & k *abundè congeſſit* Aegid. Menagius *in* Tractatu praeliminari Origg. Gall. *Mutationis* τ *in* k *exemplum eſt* τις, κις, quis, πεντε, κευκε, quinque, *apud eundem*.

Skeid, *f.* nauis curſoria, celox. 8. *Ejusdem originis*. [AS. *Scegd*, *ſceigd* & *ſceid*, ſcapha, liburna.]

Skeid, *f.* ſpatha textoria, 275, *ſiue inſtrumentum*, *quo Islandi & Færoenſes more vett. Graec. & Romanorum*, *ad telam utuntur condenſandam*, *longè diuerſum ab eo*, *quod aliae nationes in eundem uſum adhibent*. *De vetuſtiſſimo Islandorum telae genere adeas*, *ſi placet*, O. Olauium *in* Itinerario *ſuo* Islandico (Reiſe-Journal igiennem Island), *ubi illud aeri inciſum inuenies*. *Graec.* σπαθη, *idem denotans*, *an huc pertineat*, *neſcio*, *neque etiam* AS. *ſceadel*, liciatorium. *Optimè refertur*, *ut credo*, *ad noſtrum* ſkíd, *f.* ſkídi, aſſula ligni. *Germ.* Scheid, ſegmentum ligni & *plur.* certa inſtrumenta lignea, *vnde* Grabſcheid, bipalium, Richtſcheid, norma. *Cognatum quoque noſtrum* ſkeid, *Dan.* Skee, coclear, *quocum haec ſpatha nonnullam quidem habet ſimilitudinem; primitus ſcilicet cum coclearia*, *tum ſpathas textorum praeſertim*, *e* ſegmentis ligni *confecta fuiſſe veroſimile eſt*. *Sic etiam* Angl. *Sheath*, Dan. Skede, vagina, *ad* σχιδαξ, aſſula, *refert* Edw. Lye *apud* Junium.

Skeina, *f.* plagula, vulnuſculum. 205. *ubi apertè diſtinguitur a juſto ſive grauiori vulnere*, *vt minus a majori*, *his verbis:* þetta kalla ek ſkeinu, enn eigi ſár. Ek ſkeini, *imperf* ſkeindi, leuiter vulnero, cutem ſtringo, *unde paſſ. imperf.* ſkeindizt 290. AS. *ſcenan*, *ſcænan*, frangere, frangendo aperire. G. Pauli *vel ab* at ſkína (*vulgo* ſplendere, fulgere), *vel ut credo rectius ab* ſkinn, cutis, *deriuandam putat hanc vocem*. *Interim conferre liceat Lat.* Scindo.

Skeiniſamr, *Adj.* damnoſus, detrimentoſus.

tosus. Skeinuhættr, id. *vide* Oskeinuhættr.

Skellr, *m.* ictus sonorus, *aut propriè, vt puto*, sonitus s. clangor ex ictu et collisisione cum impetu factis. 2) Ictus calamitatis, clades, damnum. Sá lavt skellinn er skylldi. 141. *Dan. ant.* Skiald, id. *Nobis* skella, tundere, adfligere, cum sonitu impingere, *quo sensu conferri meretur Lat.* Cello *in* percello. *ceterum vid* Gl. Eddae *in hac voce.*

Skelna, *pro* skelina (*quomodo* Chh. *more hodierno leguut*) *Acc. sing. a* skel *in Composito* Kneskel. 205. *Confer* Fiolna. *Sic* Stavdna *pro* stavdina, *eodem casu iu* Harbardz liódum VI. Skel, *vox multae cognationis, ab* at skýla, tegere.

Skemdar-víg, *idem ac* Skammar-víg *supra.* 263. 550. Skemd, decurtatio, depravatio; ignominia, deminutio; *bodie* at beria einn til skemda, sugillare quem, *a* skemmi, breuio, vitio, *quod iterum a* skammur, *in* Gl. Synt. *videndo.*

Skemst, *Adv. superl. a* skamt, *Comp.* skemr, breuissimum. At vera sem skemst, quam breuissimas (minimas) moras trahere, 251. *A* skammur, *sub praecedente.*

Skemti, *Inf.* skemta, tempus fallere, sibi aut aliis, delectare, oblectare. 619. *Dan.* skjemte, ludere, jocari, *ab* at skemma, breuiare.

Skepti, *Inf.* skepta, manubrio instruere, manubrium addere, *in sp.* hastile spiculo aptare. 66. *Hinc* skepti, *n.* capulum, manubrium, hastile. *a* skapt, *Germ.* Schafft, AS. *sceaft*, hastile, *alias nobis* Skap, (*in compositis quibusdam, e. g.* Skap-ker,) *quocum Graec.* κωπη, & *Lat.* scapus, *conferri possunt.*

Sker, *Imperf.* skar, *Particip.* skorit, *Inf.* at skera, secare, dissecare. — or eino (máli) litem aliquam secare, decidere, dirimere. 522. — litt af manni, liberè loqui, parum adulari, *ratione phraseos mibi saltem valdè obscura.* 223. *Hinc Verbum intransitiuum* at skeraz (*Praes.* skerz, *Imperf.* skarz, *quae etiam est forma Pass. ejusdem Verbi*) *pro* skera sik. Skeraz vndan, recusare, subtrahere l. subducere se (cui negotio); — — at veita einum, auxilium alicui denegare. 180. At skeraz or einu máli, subtrahere se negotio cuidam, conjurationi l. factioni. 191. — or sættum, subducere se compositioni l. pacificationi, eam defugere. 248. AS. *scaran*, Angl. *sheare*, Edw. Lye *apud* Iunium *a* κειρειν, scindere, *praefixo sibilo. Nec eo minus in censum venire poturit Gr.* ξυρειν, (novaculâ) radere (*quod nostrum etiam significat*), *vnde* ξυρος, acutus, *quasi* skár *apud nos*, & ξειρις s. ξυρις, gladiolus, ξυρος, nouacula; *nobis* skeri & skári, secula, sica, secandi telum.

Skeþvengr, *m. scribendi modô rariori* 308. *var. v. pro* skóþvengr, *q. v.*

Skiálfa, *a Ima et* skelf, *Imperf.* skalf, tremere, quassari, moueri. 194. *Act.* skelfi, agito, quasso. *AS. scylfan*, vacillare. *Gr.* σκυλλω, jacto. *add. Lat.* Cilleo, *verto, moveo, apud* Servium *in Comment. Virgilii.*

Skiálgr, *Adj. cum articulo* enn skiálgi (*Gen.* skiálga), paetus strabus; *verisimiliter contractum ex* skiáleygr *s.* skialeygr, *Dan.* skiæløjet,

ejer, *AS.* sceoleaga; *ex* skæll, obliqvus, & á ská, obliquè, & eygr, oculatus. *Gr.* σκελλος, distortus. Skiálgr, *cognomen viri* 157. *Alias* skiálgr, *in* Edda *tam* lunae, *qvam* piscis, *bodiè parum noti, vocabulum.*

Skiallda, *Verbum quidem ignotum, sed suo loco intellectu facile, et (qvanqvam e Codice deterioris notae) benè satis quadrans, tam in metro quam sensu*; 466. *col.* a *num.* 6. *a* skiølldr, *propr.* tegmen, velamen; AS. *scildan, scyldan*, Angl. *shield, tegere, protegere.*

Skiallborg, *f. ad verbum* clypeatum munimentum, agmen, praesidium l. corona scutatorum circa quem defendendum constituta (*non, ut quidam volunt*, Testudo, *more Romanorum instructa*); at skióta skiallborg vm einn, tali praesidio aliquem circummunire. 274. AS. *scildburh*, id. Gl. Synt. *in* borg.

* Skiarna, *f. in obliqu.* skiørnu, *vox dubia et mendi suspecta, quae tamen accipi posset in vocabulo composito* Savdaskiørnu, *J.* 51. *vel pro* grege ferorum pecorum, *quando deduceretur a* skiarn *l.* skiarr, *mox videndo, l. simpliciter pro* grege pecorum, *quando arcesseretur a* skari, caterva, multitudo.

Skiarna, & skiarra, *Acc. pl. m. Adjectiui obsoleti* skiarn *l.* skiarr, timidus, pauidus, *et de brutis*, fugax, ferus, indomitus. 27. *J.* 51. *Quod autem Acc.* skiarna *requirat Nominat.* skiarn, *demonstratur non modo ex* giarn *et* ern, *quae in Acc. pl. usualiter habent* giarna & erna; *sed etiam, inde, quod finita in* rr *nunquam admittant f. interponant* n *in ullo obliqvorum. A* skiarr *f. inde variato* skirr *venit nostrum* at skirraz, timere, vitare, declinare, *cum negatione usurpari solitum*, at skirraz ecki vid. *Vide* Gloss. Edd. in Skiarr & Skirr.

Skíd, *n.* assula, asserculus, secamentum ligni. At kliúfa skíd, lignum in frusta l. assulas diffindere. 130 *J.* 137, A. 2) Asser cursorius, xylosolea, *vnde* skída bodi, *denominatiu viri poëtica, Ibid. var.* 4. Hernar hrings skíd, nauis & — — skída Balldr, *poët.* viri *periphrasis.* 300. *y.* 3) Solea ferrea (equorum), & skída freki, equus, *poët. interprete* G. Pauli, *conf.* Hernar *et* Freki. 4) Brachium, *per Climacem denominationum, secundum* Eddam *licitum, vnde* skída elldar, aurum. 299. *var.* 4. Dan. & Norv. Skie, xylosolea, *Germ.* Scheid & Scheider, segmenta ligni, *AS. scide*, scindula, *Angl. shide, a Gr.* σχίδη, σχίδος, schidium, a σχίζω, findo.

Skif, pro skef, *qu. v.* 491. *Sic* if *pro* ef, si, & *plura.*

Skick, *n. s.* & skik, *n pl.* mos, consuetudo, receptus in jure agendi modus. 510. *Vocabulum, vt puto, Veteribus ignotum, nec tamen adeo nouum, vt quidam opinantur, cum in Codice Membr. haudquaquam spernendo inueniatur; est tamen, quare suspiceris,* skik *pro* skil, *mox videndo, lapsu calami irrepsisse. conf.* ibid. *var.* u. & Gl. Synt. *verbo* skicka.

Skil, *n. pl.* justa, legitima (*vt* Corn. Nep *loquitur*) in jure obseruanda; at hafa avll lavgmæt (-mællt) skil frammi, ea obire, exsequi, conficere. 232.

Skil, *Imperf.* skildi, *Inf.* skilia, separare, disjungere, discernere. — talit, colloquium dirimere. 48. 103. *It. simpliciter*, ab inuicem discedere. *pass.* 2) Skilia eitt

eitt vndir einn, referre, remittere quid ad arbitrium alicujus. 149. *Pro* tilskilia, seorsim nominare, indicere, determinare, definire, certam conditionem. Þat skil ek er ek vil. 55. Þat eitt villda ek skilia. 321. k. Skilia vm (*forte pro* skila vm), *qu.* separatim l. specialiter dicere, *ambiguè* 238. *Conf.* Gl. Synt. *v.* Skil.

Skil, *pro Verbo auxil.* skal, *supra adlato et explicato, nusquam mihi, nec quantum scio aliis prius obvium; quod non parum corroborat primam ingeniosarum Doctiss.* G. Magnaei *conjecturarum de Verbi ejusdem origine. Etsi quidem nunc, re melius perpensa, το* skil, *J.* 222. *var.* 3, *hoc modo acceptum, haud necessariò jungendum esse cum sequenti* V. bæta; *videam; nihil tamen obstat, quo minus conjunctim, vt l. c. legi et explicaui, sumatur* skilbæta, *nisi fortè insolentia hujus Verbi; nam quod ef ita necessariô jungatur Subjunctiuo, rarum quidem est, at exemplis tamen adferi potest, vt ex* Edda *in* Grimnismálum LII. Málgaztu mik, ef þú megir; & *in* Ægis drecka XV. Vega þú gáck, ef þú reidr ser (ɔ: sert).

Skila, di, dicere, adferere; vm at skila málit, *pro* at skila vm málit, de causa testimonium ferre. 87. *Cognat. substant.* Skil, *supra.*

Skildagi, m. pactum, conditio pacta l. pactô recepta. Skal þessi skildagi á vera med yckr. *J.* 44. *var.* o. *Vid. Glos.* Synt. *v.* Dagr.

Skildr, *Adj.* disjunctus, separatus, *neutr. pl.* skild, per diuortium sejuncti, *de Conjugibus.* 590. *var p.* a *verbo* Skil, *supra.*

Skilgreidi, *m.* justa et expedita solutio soluendorum, *fere idem ac* Greidskapr *supra.* At leysa út se med hiuvm bezta skilgreida. 18. *J.* 32. var. s. *Conf.* Greidi.

Skilit, *Particip. Verbi* ek skil; at segia skilit vid einn l. eina, diuortium conjugi indicare, repudium renuntiare. 13. Skilin *n. pl.* per diuortium separati, *de conjugibus.* 590. *var.* p. Skilit, *n. pro* skilinn, *masc.* (*nisi omissum sit* hafa), *J.* 97. skilin, *n. pl.* 268. *Sic supra* lagit, *pro* laginn, & qvedit *pro* qvedin. 111. *Prioris scriptionis exemplum confirmat* fótit *pro* fótinn, *supra adlatum. Posteriori loco* skilit *fortè etiam est mera terminatio neutr. ab obsoleto* skilidr; *quemadmodum in* Cod. Flat. *Vita* Magni Boni, háit *f. pro* háin, *ab* háidr, *occurrit in his*: Vard fyri Mikelsmessu margrimm háit rimma.

Skill, (*pro magis vsitato* skilr), *Verb. imperf.* discrepat, dissentitur, dissidetur. Ef okkr skill á (*ubi* Chh. *legunt* skilr á); si dissidemus. 17. Skildi þá ecki á, nil dissentiebant. *Sic* sell, tradit, *pro* selr *bis in* 5 *Cap.* Landsleigv b. *in* Jónsbók membr. Bartholini, Stell, *pro* stelr, furatur, in þiófabálki *ibid. obuium*, & kell *pro* kelr, *hodienum multis in vsu. A verbo* skil *supra.*

Skilníng, *f.* sensus, sensa animi, sententia, judicium de qua re. At hafa þá eda þá skilníng, hoc l. illo modo sentire, judicare, 142.

Skilt, *pro* skilit, *J.* 25. *participium rarò obuium. Vide supra* skilit. *Sic in* Jónsbók *Cap. nuper cit.* nema frá se skilt, nisi exceptum sit.

Skínn, 2da & 3tia perſ. Ind. Verbi at ſkína, lucem emittere, fulgere, 142. *In his perſonis nimirum, quantum ego quidem obſervavi, Veteres duplicationem conſonantis finalis, non item in 1ma, frequentarunt. Sic ab* ek. ber, ſker, *ſcribunt* þú, hann berr, ſkerr &c. *Vid.* Gl. Eddae.

Skiól, *n.* tegumen, protectio; receſſus ſ. refugium a tempeſtate; refugium, auxilium, *vnde* Nú er fokit í oll ſkiól, 258, *metaphora a* niuoſa tempeſtate ducta. *Conf.* Hýl. *Ejusd. originis ac verb.* ſkýli, *Lat.* culo, *in compoſ.* occulo.

Skióta & Skiótaz, *vide* Skyt & Skytz.

Skiótligr, *Adj.* agilitatem et vigorem prae ſe ferens. *Superl.* hinn ſkiótligſti. 315. Skiótr, alacer, acer, celer. 38.

Skiótordr, *Adj. propriè videtur eſſe* lingua ſ. ſermone promtus, verba celeriter fundens, 38. *quemadmodum alterum noſtrum* ſkiótmælltr, ſkiótyrdtr, id.; *verum tamen ſuſpicor hoc loco potius intelligendum eſſe* dicacem, linguâ petulantem, *indeque nobis forte profectum eſt vocabulum* Skútyrdi, dicteria. *Ex* ſkiótr, citus, *et* ord.

Skiótrádr, *Adj.* conſilio promtus atque animo in rebus agendis. *J.* 74.

Skipa, di, ordinare, diſponere, componere, conſtituere; — máldaga, pactum. *J. 6. it. abſolutè*, mutare, alio modo rem inſtituere. 4 — vm lond, permutare fundos *ſi lectio ſana ſit. J.* 48. — til bús, ordinare rem domeſticam. — vm (*ſubaudi* mál), decidere, ſtatuere, ſententiam ferre (de lite) 77. — máli, *in phraſi:* er eigi átti máli at ſkipa, quod ad rem non pertinebat. *J.* 174. — mannvm, diſponere, ordinare conviuas in ſedes. 50. *conf.* 176. — alla búd, høll, multitudine hominum l. conuiuarum implere tabernaculum, triclinium. 180. 269. Dan. beſætte, Germ. beſetzen. *it.* inſidere, occupare locum, konvr ſk yvdv pall. 11. Skipaz, *pro* ſkipa ſer, *intranſitiuè*, id. *ibid.* — fyrir, diſponendo et ordinando ſe inſtruere l. parare. At ſkipa einvm ſæmiliga, in honorabili loco aliqvem ponere, conſtituere, honorificè tractare ſ. habere. *J.* 89. *Caeterum de hoc Verbo notandum, quod, vt ex adlatis phraſibus patet, id etiam cum verbo* ſkipta *permutetur.* Gl. Synt.

Skipadr, *Adj.* conſtitutus, comparatus *J.* 299. *pro* ſkapadr, *quod ſi lubet reſpice. A* ſkipa.

Skipan, *f.* inſtitutio, ordinatio, diſpoſitio. *vt* mála-ſkipan. 2) Executio, expeditio, abſolutio rei, *aut fortè* mutatio. Med ſvo ſkiótri ſkipan. 309. *Vide ſupra* Skipa *ſub finem.*

Skipqvama, *f.* aduentus nauis in portum. 4. *Ex* ſkip, *et* qvam *pro* kom, veni.

Skipſtiórn, *f.* rectio, gubernatio nauis; Skipſtiórnar-madr, gubernator nauis, nauarchi munere fungens. 123. Stýra, regere.

Skipti, *Inf.* at ſkipta, diuidere, diribere, diſpertire; — fe, bona, pecuniam. — herfángi, praedam, hoſtium exuuias. 127. — vm lond, fundos permutare. 25. — vm búſtadi vid einn, permutare alicujus habitaculum, ɔ: alterum ei pro ſuo reddere. 266. — ſkapi ſínv og ordvm, mentem et verba mu-

mutare. 217. — Orðum við einn, verba cum aliquo commutare, jurgare. 141. *J.* 100. — vopnum, *absolutè* arma alternare, conferre, pugnare. 277. — um (mál), dirimere litem, decidere. *J.* 151. Er eigi á máli at skipta, quod ad rem nihil pertinet, *de incompetenti contestatione* l. *testimonio*. 87. 241. Mik skiptir ongv, mea nihil interest, nil ad me pertinet. Þótti þat ongv skipta, nihil referre (indifferens esse) videbatur. *J.* 107. Guð skipti með okkr, Deus litem nostram dirimat, decidat, inter nos judex sit! 165. Pott því se at skipta, quamvis res ita tulerit. 168. etsi res ita se habeat, l. comparata sit. 375. *V.* Gl Synt. *Forsitan a verbo* skipa, *quod quaedam alternantes significationes innuere videntur; conferatur tamen* Graec. κοπτω, seco.

Skipti, *n.* divisio, distributio, *unde* fesskipti, bonorum divisio. 118. 2) Hofdíngia skipti, mutatio l. vices principum, quando unus alteri succedit in regimine. 156. 3) *quod alias dicitur* viðskipti, *n. pl.* commercium, negotium mutuum, ratio cum quo habita; þav ein skipti mvnvm við eiga. 141. *A praeced.*

Skiptir, *Gen.* skiptis; *m. verbale*, divisor, distributor; Geitis gnó skiptir, f. fremitus gigantei, ɔ: auri, distributor, Viri *appellatio poët.* 350. B.

Skíta, (*pro* skióta) jacere, mittere; — báti utanborðs, demittere scapham de navi. 600. *Talis vocalium mutationis, aut potius* του o *eliminationis, exempla habemus in* hlið *pro* hlióð *J.* 27. c. lið *pro* lióð, *J.* 128. *confer quoque p.* 619. *var p. &* Víði *supra. Alias* skíta, *praet.* skeit, *vulgo* foriare s. alvum exonerare *notat.* J. L. Frischius *Germ.* schiessen *&* scheissen *cognata ponit, neque ego refragor. Cum posteriori tamen conferri potest* Gr. χεζειν, *praefixô l. transpositô spiritu sibilante.*

Skióð, *incerti (mihi saltem) generis. J.* 85. *not.* * *Est autem vel faem. vel neutr. ut colligere licet ex his*: herskióð roðin blóði, (arma l. tela sanguine tincta), *quae alicubi in Cod. Flat. legere memini.* Hlæðir Hildar skóða, *denominatio* viri *poëtica. J.* ibid. *De etymo autem hujus vocabuli, quod ex vulgari sententia l. c. adtuli, re curatius perpensa, dubitans, ad eam nunc magis inclino sententiam, cognatum esse* Dan. Skode, obex, pessulus, claustrum, *vel* Skaade, operimentum fenestrae, quod nobis hodie Skúð, *pl.* skúðir, *in f. g. adeòque potius denotare* tegmen, velamen, *et inde* Hildar skóð *l.* skóðir clypeos *significare.* AS. *scead*, *sceade*, tutamen, umbella. *Vel* Hildar skóð *denotet* corpora caesorum, *propter antecedens* hlæðir, *quod licite accipi potest de* prostratore, dejectore.

Skogul, *f.* Bellonae *vocabulum*, *unde* skoglar hagl, tela missilia; — ský, clypeus, *apellationes poët.* 547. γ. *Vide* Skúr. *&* Gl. Edd.

Skógar-høgg, *n.* caesio silvae, arborum in silva. 101. Dan. *&* Norv. Skovhugst. *Ex* skógr *&* høggva, caedere.

Skógarmaðr, *m.* exul, proscriptus, *qu.* ad sylvas damnatus, *ubi solummòdo confugium aliquod proscriptis erat.* 110. Skógr, silva, *proscriptorum refugium*; *unde* at leysa einn or skógi, proscriptione quem liberare. 193.

Skóggángs sauk, *f.* exilii s. proscriptionis crimen. Skógsauk, *id. vox rarior.* 509.

Skor, *f.* incisio, crena, ruptura, *in* specie montium, foruli rupium, *bodie* skora, id. *Hinc* Skorargeirr, *Cognomen viri inclyti ab insigni facinore p.* 558. *memorato inditum. Ab sequente.*

Skora, di, postulo, prouoco. — einn til einvígis, ad duellum. 33. —' einvm á hólm, in aream. 15. 87. — á einn til liðveizlu, postulare quem auxilium, opem a quo efflagitare, *passim in Historiis nostris. Hinc intransitiuum* at skoraz (ɔ: skora sik) vndan, subducere, subtrahere se alicui negotio, detrectare, subterfugere quid; — at veita einvm, auxilium cui denegare. 180. 400. Skora, *propriè* incîdere, crenam secare; *indeque translatè* determinare, *ab* ek sker.

Skorda, *f.* fulcrum, destina, erisma. 2) *poët.* lignum, arbor, *in genere*; *vnde* elda sika skorda, mulieris *periphrasis poët.* 299. β. 3) Fultura, fulcimentum, stabilimen, adjumentum, praesidium, propugnaculum; rammar skordvr mvnv þvrfa við, valido auxilio, praesidio s. propugnaculo opus fuerit, 88. *Ubi tamen etiam accipi potest* 4) Obex, repagulum, obstaculum, *subaudito* at setia l. reisa; *quemadmodum in his:* rammar skordur erv vidreistar l. móti settar várv máli, valida opposita s. objecta sunt nobis, nostrae causae, obstacula. *J.* 175 *var.* 2. *V.* Gloss. Eddae *in* Skorþa.

Skorpnadr, *foem.* skorpnvd, corrugatus, in rugas contractus, *de corio* semiustulato. 208. *Particip. verbi* at skorpna, ab colore nimis corrugari; *ab Adj.* skorpinn, asper, rugosus, *Dan.* skorpen, skrumpen, *cogn.* skreppa, corripi. AS. *screpan*, arescere.

Skotspónn, *m.* scopus, meta; *ad verbum*, assula, ad quam fit jaculatio. *in* Spec. Reg. Markbaki *vocatur.* Transl. at hafa einn at skotspæni, aliqvem pro se periculo opponere, in altero periculum facere. 222. *It.* at hafa ser einn at skotspæni, aliquem pro se, l. sibi in praesidium *aut* propugnaculum, hosti opponere. 577. Spónn, assula, segmentum ligni. *Vid. Indic.* Hungurvakae *v.* Hornspónn.

Skó-þveingr *l.* -þvengr, *m.* corrigia calcei. 74. Skeþvengr, *id. insolenti scriptione.* 308 *var.* v. Dan. Skoetvínge, AS. *sceodvang*, Angl. *Shothong. Vide* Gl. Edd. *in* Skórr, & *infra* þveingr.

Skrauti, *m.* splendidus, habitu magnificus, *cognomen Viri.* 174. *A* skraut, *de quo adeas* Gl Synt. *in* skart & skrúdi, *necnon* Gl. Edd. *in* Skrautgiarn.

Skrautmenni, *n.* homo splendidus, magnificus, elegantiae et splendori, praesertim circa vestes, deditus. 123.

Skreið, *f.* pisces aridi, copia piscium arefactorum. 16. 18. *Conferri possunt.* Gr. ξηρος, aridus, ξηραινω, arefacio, sicco. *Nobis* skrása, skráa, aridum crepare, *de persiccatis rebus*

Skreið, *Imperf. verbi* at skríða, labi, repere. 136. *Hinc* skreiðiz, skreiddiz, reptando me moueo. 290. AS. *scriþan*, *vagari.*

Skrepp, *Imperf.* skrapp, *Inf.* skreppa, repente labi, delabi, submoueri. honvm skruppv fœtvrnir, pedibus subito destitutus est 114. *Cogn.* skrapa, male fixum esse, vacil-

cillare. *Confer Lat.* Crepo, *notione dissiliendi. Si supponatur* ſk *in hac voce, ut in pluribus, extrinsecus accessisse, merito conferantur Lat.* Repo *et* Rapio.

Skridliós, *n.* fax, taeda, lampas; at vinda upp ſkridlióſi, taedam extollere, proferre. 153. *Alias nobis* ſkridbytta, laterna viatica. *In* Hálfdánar Eyſteinſſonar Saga, lampadem penſilem *significat* Skridliós, quae sursum atque deorsum, prout opus fuit, trahi potuit, *quod his verbis indigitatur*: Herbergisſveinar dróu upp ſkridlióſin — Hálfdán bad draga upp lióſin. — var þá myrkt hid nedra í hǫllinni. *Adeo prior pars vocabuli manifeſtè eſt ab* at ſkrída, labi, moueri, *aut* ire. *Vide* Skreid *paullo antè.*

Skrípi, *n. pl.* monſtra; praeſtigiae. Verdi þoka ok verdi Skrípi ok undr mikil &c. *formula incantationis ab insigni veteratore adhibita.* 20. *Cognatum arbitror* ſkrópar, figmenta, ludibria, ſkrímſl (*licitè mutato* m *in* p), monſtra, portenta, terriculamenta, *et* Dan. ſkræmme, terrere, conſternare, *in ſpec. ope ludibriorum et praeſtigiarum.* AS. *scremman*, offendiculum ponere.

Skrǫſa, *f.* ſkrǫva; *f. lect. var. pro* ſkrofi; *quae pro* ſkræſa, *in vulgato* mannſkræſa, homo ignauus, ſemivir, *accipi poteſt, quo etiam referri quiret altera* Skreiſa. *J.* 177. *Nisi* ſkrǫſa *habendum ſit pro conjugato* του Skrofi, *paulo poſt ſequentis.*

Skrǫkſmadr, *m.* homo mendaculus. *J.* 269. Skrǫk, *n* fictio, commentum, ſkrǫkva, fingere, comminiſci, incerta pro veris venditare. *Vide* Gloſſ. Synt. *in v.* ſkrǫk. *Confer etiam Germ.* Schråg, obliquus.

Skrofi, *m. vſualiter* glacies tenuis, caua *et* multifora, *adeoque* infirma et maleſida. *Cognomen Viri* 172. *fortè* Infirmus, invalidus. *Veriſimiliter ejusdem familiae ac* ſkráfa, aridum ſonare. *Lat.* Crepare. *Caeterum* Skrófa, l. ſkrofa, Færoënſ. ſkraapur, *auis quaedam marina*, procellaria puffinus Linn. *Et ſo ſan* ſkrofi *cognomen deflexum ſit a Lat.* Scrofa, *ſicut* Sýr, porca, Dan. Soe, *cognomen Sigurdi Regis, patris Haraldi ſeueri, a Lat.* Sus.

Skrufa, *f.* & ſkrufi, *m. varietates cognominis* Skrofi, *leui vocalium mutatione, quemadmodum in* ſtufa *pro* ſtofa & *plur.*

Skrum, *n.* jactatio, gloriatio, nugae. Trǫll hafi þitt hól ok ſkrum, 258. Skruma, gloriari, nugari. *Conuenit* Dan. Skrømt, ſimulatio, ſkrømte, ſimulare. *Conf. etiam* Skrípi *ſuperius.*

Skruppr, *vide in* Skrepp.

Skúa, *Accuſ. plur. pro vulgato* ſkó (*quomodo* Chh legunt, *etſi non adnotatum ſit*) *a Nom. ſ.* Skórr *ſ.* ſkór, calceus. 184. *Vbi* upphá ſir ſkúar, cothurni, *aut* calcei ſolito altius in crura pertingentes, *vel potius* calcibus altioribus inſtructi, *quatenus Auctor ſub mentione calceamentorum latenter ſ. in tranſitu innuere videtur*, Skarpheđinem, *licet ſatis ſtaturum, his adhibitis etiam altiorem euaſiſſe, adeoque tam notabilem prae cateris fuiſſe. Quod autem hi calcei l. c.* ſvartir *dicantur, arguit ex corio arte praeparato confectos, quales etiamnum in Ilandia* Svarta-ſkór *vocitantur.* AS. *ſco, ſceo, ſcoh*, calceus. Gl. Edd.

Skulldlauſt, indebitum; ad quod quis non obligatur, haud neceſſarium, quod ſine juſta

justa causa fieri non debet. Þer er skylldlaust, at &c. nihil est, cur tu facias, temerè facis. 185. Skulld, Debitum, causa, *a* skal, *qu. v.*

Skúr, *comm. g.* nimbus transitorius. Skøglar skúr, praelium, *proba denominatio poët., etsi in metro minus idonea.* 546. *n.* 7. *Sic Lat.* nimbus telorum. AS. *scur*, Goth. *skura*, imber. *v.* Gl. Edd.

Skúta, *f.* nauigii species; nauigium onerarium. 18. *Dicit* P. Vidalinus *hoc genus naues admodum diuersae magnitudinis fu isse, adeo vt scaphae, aut acatia, in vsum magnarum nauium adhibita, quaedam oceani patientes, nonnullae etiam naues longae mediocris magnitudinis, hoc nomine fuerint apellatae. Vid.* Breuiarium Comment. Ejusdem *de voce* Segsfatal, *in* Script. Soc. Lit. Isl. *Tom.* VI. *pag.* 134. Dan. Skude; *nostrum propr.* Celox *a* skiótr, celer.

Skúta, *f.* prominentia, quod prominet, *in montibus, grumis, ripis, parietibus &c. vnde* hamarskúta, saxi prominentia, *metonymicè,* cavum saxi, parvum antrum. 581. *Quam haec vox magis vsitata est subsequens.*

Skúti, *m.* id. *vnde* hamarskúti, ibid. Geitis gnýskúti, *poët.* clypeus. 352. *Col.* A. AS. *scyte*, praecipitium. *A* skióta (fram, út) protendi, exserere se, *aut a* skaga, prominere, *qu.* skúgti, *sicut* sút *s.* sótt *a* siúkr *&* sækia, *necnon* ótti *ab* óga.

Skúti, *m. pro* skióti, equus; *vnde,* gnyskúti, nauis *poët.* 351. *γ.* 2) *pro* skúta, celox; *inde* Geitis gny-skúti, nauis piratica l. militaris. *ibid. Vid.* Skúta.

Skuti, *m. Verbale agentis, pro* skoti, *vel priscis usitatiore* skyti, jaculator: *adeoque* Geitis gnýskuti, auri disjector, dissipator, dilapidator, *periphrasis Viri poëtica.* 351. *γ. A verbo* Skýt, *qu. v.*

Ský, *n.* nubes. — rignir bióði. 6. 6. 2) *primario et maximè proprio sensu,* Velamen, tegmen; Hilldarský, clypeus, 547. *γ. conf.* Skøgul. 3) Rifs reidi ský, *poët.* tela, *quibus rationibus, videsis* 606 *n.* 1. AS. *scua*, σκια, vmbra. *Huc componere haud abs re fuerit verbum* at skia (*rectius* skýia) *è* Spec. Reg. *pag.* 208. *verba ejus:* Hvadan sá reykr kemr, er stundum þikir skía ok skyggia fyri liósit, ɔ: *ad verba*: vnde iste fumus oriatur, qui interdum videtur obnubilare et obumbrare lucem. *Qui locus egregiè firmat* Ihrei *conjecturam super origine vocis* Skor, *adlatam in* Gl. Eddae *sub vocabulo* Skórr.

Skygn, *Adj.* lynceus, ὀξυωπης, 258. *Hinc* skygna, polire, splendidum et nitens reddere; skygndr *&* skygdr, perpolitus. *Conf.* Skynn *infra.* Skygnleikr, *m.* acutus visus, perspicacia. *ibid.*

Skyli, *pro* skuli. 32. skylir *pro* skulir. 33. *Praesens Subjunctiui a* skal, *etiam in* Edda Sæmundi *freqventer obvium.*

Skyllda, obligo, necissitatem impono; — til (einhvers), ad aliquid faciendum. skyllda nú til lavg, postulant leges. 238. *A* skal, debeo.

Skyldarmenn, *m. pl.* necessarii, homines necessario alendi. 2) qui cui aliquo modo addicti sunt, *ex. gr.* obaerati, *quibus nomina creditoribus seruiendo soluenda erant; it.* pauperes parentes, *qui pro sustentatione libero-rum*

rum aliis seruire cogebantur. Hos posteriores significatus, quos etiam Grágás, *si rectè memini, agnoscit, ad locum* p. 150. *obuium praecipuè censeo adplicandos.* Skylld, *pro* skulld, debitum, necessitas, *sicut* þyrft *pro* þurft, opus; kynd *pro* kunn, in vorkynd, vorkunn, ignoscentia, excusatio laedentis *a laeso.*

Skylldv, *Futurum Inf. a verbo* skal; quad skylldv mikit illt af leida. 60. quad lavgmann slíta skylldv or. 237.

Skylldvlavst, indebitum. 408. v. *a* skylda, obligatio. *v.* Skulldlavst.

Skylldr & skylldugr, debitus, officio alicujus magis conveniens. *Compar. neutr.* skylldara, skylldugra. Þer er skylldara, skylldugra, magis debes, tuum potius est. 182. J. 135.

Skyndi, *n.* festinatio, acceleratio; stendr af stála skyndi stríd. 337 g. & n. 3. Skyndir, *m. verbale agentis*, festinator, accelerator; vnde stála skyndir, *οξυβελης, denominatio* Viri *poët* ibid. Skynda & skunda, AS. *scyndan*, Dan. skynde sig, properare, currere, *item transitivè Dan.* skynde paa, *Germ.* schunden, schunten, incitare.

Skynn, *pro* skyn, *lectio oppido rara*, 569. *neque tamen alterâ, quantum conjicere licet, deterior, quatenus innuere videtur, vocem hanc ejusdem esse nationis ac nostrum* skyn, ratio, animi lumen et perspicacia, *quod vnius ejusdemque familiae est ac* skoda, Dan. skue, Germ. schauen, AS. *scavian*, videre, spectare, contemplari, *vnde* AS. *scad*, ratio, distinctio. Gr. *σκοπεω*, video, obseruo. *Adde quod* skynn & skyn *variare possunt, quemadmodum* skinn & segnis, *licet inuersè. Consule etiam* Vocabularium Orkneya-sagae *sub voce* Skiávindauga.

Skynsemd, (*alias* skynsemi), *f.* intellectus, ratio. 2) ratio legalis, auctoritas, argumentum. at synia eins med skynsemd, legitimè s. legitima ratione aliquid purgare, *spec.* jurejurando negare. 80. Skyn, *Gen.* skyniar, *f. vide sub praecedenti.*

Skýr l. skýrr, *m. vocabulum Clypei poëticum, auctore* Edda. Skøglar hagl dreif á skýivm. 546. e. seqq. *A* ský tegmen, velamen. *Cognatum quoque* Gr. *σκιας*, umbraculum fornicatum; *it.* tabernaculum, tentorium; *quo respectu etiam notandum, nostratibus* Clypeum *semiplena denominatione vocari* tialld, *vt in* sig-tialld, Hlakkar-tialld, & *pluribus. Adde* Dan. Skuur, nubilarium, receptaculum, ubi res ab aëris injuria servantur.

Skyrgod, *pro* skurdgod, (*recentioribus* skúrgod), *n.* idolum. 367. z. *Videsis* Gloss. Synt. *in* skurd-god.

Skýt, *Imperf.* skavt, *Inf.* at skióta, jacere, mittere, *item* ponere, collocare. — báti, *absol.* scapham de litore propellere, deducere. 133. — vtan báti (l. báti vtanbords), de naui demittere scapham. 600. — nidr kniánvm, se in genua demittere. 155. — tialldi, tentorium erigere, tendere 344. — skialldborg vm einn, *vid. s. l.* — skilldi fyrir einn, clypeum cui praetendere, scutô quem protegere, *transl. pro* defendere, auxilium ferre. 156. — at sem flestvm vm (eitthvat), quam plurimos submittere, subornare (*in aliquo negotio*). 139. — nockrv til eins, quid

Ggggg ad

ad quem remittere, referre; conteſtari ſ. teſtem vocare aliquem de aliqua re. 176. *Quod ad hoc Verbum in* ponendi *ſignificatu adtinet, ſine controverſia convenit Ebr.* Scut, ponere, *collocare.*

Slá, *f.* impages; obex, repagulum, *alias* ſlagbrandr (Dan. Bom). 44. 125. *A* ſlá, figere, pangere.

Slæ, *Imperf.* ſló, *Inf.* at ſlá, pulſare, percutere, percellere; verberare. — hring um einn, coronâ circumdare aliquem, vndique eum cingere. 275. — vef, telam ſpathâ percutere, denſare. 276. — ſótt á ſik, morbum ſimulare. *J.* 25. — á fagrmæli (blídmæli) vid einn, ſermonem cum aliquo ſpecioſum excitare, quem blanditiis adgredi. 167. 372. at láta ſlá eitthvort, cedere, converti aliquo, *neutraliter.* 228. her ſlær í ueſni, hic malum incidit, euenit. 242. AS. *ſla, ſlau. Vid.* Gl. Eddae.

Slædur, *f. pl.* veſtimenti ſerici genus, ſtola demiſſior, ſyrma, 190, *non virorum modo ornatus, ut ex Noſtro et* Egils-Saga *abunde patet, ſed etiam mulierum, quod verba Floſii* 418. *innuere videntur, vt etiam ex* Rigsþula *conſtare adſerit* G. Pauli. *Hodie* ſlædur, *in ſing.* ſlæda, ſudaria ſerica, *inprimis* tenuia *aut* trita, *quae capiti ornando mulieribus noſtratibus inſerviunt, vulgo appellitantur,* Germ. Schleyer, Kopfſchleyer, rica, flammeum, *diſtinguendum a* Leibſchleyer, peplum, *apud* J. L. Friſchium, *quod poſterius adprime huic noſtro congruit; et laudatus Auctor vocem ducit ab* Schlagen, herum ſchlagen, corpori (capiti) circumdare, tanquam mantile; *eadem ratio eſſe poteſt in voce noſtra, ut ea ab* at ſlá *derivanda ſit, quod et quomodocunque firmat vox* Slagníngr, veſtimenti *genus, hodie ſub eo nomine ignoti; in* Edvardar helga Saga *Cod. Flat. eo utebantur peregrinantes religionis cauſſa, noſtratibus* Pilagrímar. *Huc etiam pertinet* Slag, velamentum capitis adverſus tempeſtates, *alias* Kiálka ſkiól, *verbô* maxillarum tegmen.

Slægd, *f.* aſtutia, verſutia. 372. Slægleikr, *ut fere* id. 35. *a ſequ.*

Slægr, *Adj.* callidus, verſutus, vafer; — í ſkaplyndi (ſkapferdi l. ſkapferdum), animo l. ingeniô verſutiore praeditus. 38. *J.* 74. u. Svec. ſlug (ſluger), Germ. ſchlau, verſutus, callidus; *mihi, unacum* Frischio *et* Wachtero, *a* ſlá, Germ. ſchlagen, *(Imperf. ſubj.* ſlægi), *quaſi* icundi l. pulſandi peritus, callide percellens; *quemadmodum &* ſlægr, *de equo*, calcitroſum, refractarium, *denotat, qui non ſine fraude et verſutia hominem ſe quam proxime accedere ſinit, vt hoc certius et expreſſius eum feriat. Itidem nobis* ſlóttugr, aſtutus, fraudulentus, *a* ſláttr, ictus, percusſio. *Dicimus quoque vulgo;* at ſlá úr og í, huc illuc pro re nata ſermonem deducere aut vertere, *itaque* circumvenire. *Adde* ſlagr, digreſſio, machina, þat er einhverr ſlagr í honom, aliquid callide meditatur *aut* machinatur: *Atque hoc* Hallgrimi *noſtri in Carmine* ſeculari; Til og frá ſlaga, Tálbrogdum haga *xc. i. e. ad verba proxime,* huc illuc conſilia verſant (et) fraudulentas thecnas adplicant (adtemperant).

Slægr, *m.* emolumentum, fructus, quae-

quaestus, lucrum, foenus. *Alias et* Slægia *f. eodem sensu apud Priscos, sed rarius.* 2) valor, virtus, pondus; mer þikir (mikill) slægr til hans, (magnum) ille pondus habet apud me, magni eum duco. 42. *Haud vero absimiliter ab* at slá caedere; slá af, mactare, *vel* slá til, ictum intendere, *in re ve natica; vnde* slægr *propr. possit esse vel* quaestus e pecore mactato, *hodiè* nidrslag, *vel ex ferarum venatione sive captura.*

Slæliga, *Adv.* ignauiter; — at gialda, gratiam referre, vlcisci. 593. *A* Slær (*alias* sliór), *quod habet* Arna B. saga, *monente* G. Pauli, *necnon* Sigurdar Qvida Fafnisb. *ubi* med slævo sverdi, hebeti gladio. Dan. sløv, obtusus, mollis. AS. *slaulice*, A *slowly*, tardè, pigrè. *Germ. ant.* schlarr, stupidus. *Cæt. v.* Gl. Edd. *in* Slæfr. *Adde* Gr. γλοιος, γλοιως, inualidus.

Slæmi, di, ma, oblique vibrare, ab latere intendere; — øxi, securim 155. sverdi til eins, gladium in aliqvem. 263. *A* slá; *confer tamen* Germ. schliem & schlåm, obliquus, tortus, *obsol.*

Slæmliga, *Adv.* nequiter; — at gialda, rependere, vlcisci. 593. n. 10. Slæmr, Dan. & Sv. slem, vilis, malus, importunus; Germ. schlimm, peruersus. *Sine controversia variatum a* slæfr *pro* slær (*sub* Slæliga), *adeò ut* slæmr *primaria acceptione* ignavum *denotaverit, postea verò dilatatum sit vocabulum ad* pravum l. malum quomodocunque. *Eadem ratio obtinet in Lat.* nequam,

Slæz, *Imperf.* slózt, *Inf.* at sláz l. slázt, *Verb. Dep. intransf.* — á tal vid einn, colloquium alicujus petere, *vel propius*, in colloquium se ultro ingerere, insinuare. 129. At láta sláz, cedere, pelli. 500. *a* slæ.

Slánga, *f.* funda, svegir slavngv, fundam torquens *aut* vibrans, funditor, *adpell. viri poët. J.* 64 n. 7. Sv. Slunga, Dan. Slynge, Germ. *ant.* Schlinge. *ab* slavngvi, *qu. v.*

Slátr, *n.* recentes carnes, viscera, visceratio. 75. Dan. Slagt, *a* slá caedere.

Slavkk, *Inf.* slavkkva, exstinguere, restinguere, — liós, lumen. 187. *Conf.* Sætr. — elld nidr fyrir einvm, ignem, quem alter accendere conatur. 199. Gl. Edd. *in* Slokna.

Slavngvi & slongvi, *Imperf.* slongdi, *Inf.* slavngva, jacere, mittere; — stokki, brandvm. 202. 439 e. AS. *slingan*, Germ. schlingen, *a* slá.

Slavngvir, *m. verbale Agentis*, jaculator, vibrator, funditor, *poët.* dissipator, dilapidator; seima slavngvir, & sandheims-sólar slavngvir, *poët.* viri *periphrases. J.* 64 x & *J.* 247 g.

Sleginn, in, it, tonsus, messus; slegin tún. 112. 2) obductus, munitus, *ex gr.* ferro &c. Dan. beslaaet. 3) Respersus, perfusus, *vt* aqua, sanguine &c. *vnde* sleginn valdøgg, 609 *n.* 6. Dan. overslaae, pertundere. *A* slá, metere, obducere, fundere.

Slettmálgr, & Slettmáll, eloqvens, blandiloquus. *Cognom viri J.* 177. *Ex sequ.* slettr, & mál, *vnde* málugr, loquax, delator, fámálugr, pauciloquus.

Slettr, *f.* & *n* slett, planus, laeuis. 2) *ad sermonem transl.* non asper, *aut* salebro-

brosus, mollis, blandus. 3) commodus, facilis; eigi slettar farir, *qu.* iniquum, infortunatum iter, *l.* malus itineris euentus, *aut potius*: eigi slett for, iniquus casus, infortunium. 254. *Vid.* Gl. Edd.

Slidra, in vaginam condere (ferrum, telum). 185. *A* slidra, slidur, slidrur, slidrar, *foem. generis*, theca, vagina gladii, cultri *&c.* 272. *Conveniunt Lat.* Claudere, Germ. schliessen, et Gr. κλειδω.

Slit, *Imperf.* sleit, *Inf.* slita, dissoluere; — þingi, conuentum dirimere, absolvere. *J.* 210. — fiolmenni, flokki, multitudinem hominum in praesidium accitorum dimittere. *J.* 215. — or ciuu (máli), dirimere, secare litem aliquem. 237. *vnde* or-slitr, *Imperf.* dirimitur, finitur (ɔ: lis). 105. *Hinc* slitna, disrumpi, dissilire. 74. AS. *slitan*, discerpere. *vid.* Gl. Edd.

Slód, *f.* callis, semita. *Vnde* Kialar slód, mare, — slóda *s.* slódar vigg, *&* gladr, nauis, *poët.* *J.* 24, *n.* 3. *&* 4. *vbi* Kialar slóda glads-stýrandi *maximè probatur* G. Pauli. 2) Kialar-slód, arena. *J.* 246 *γ.* *&* 244 *n.* 7. *vnde* Kialar-slóda gnýrr, praelium. *J.* 246. *In hac etiam apellatione τα* Kialar slóda *satis benè ac rectè capiuntur, vt prius, pro* mari, *&* gnýrr, *pro* pugna, Edda *in nomenclaturis praelii consentiente.*

Slódi, *m.* traha l. crates virgea, laetamini comminuendo, jumento adligata. *Hinc* Grágás *in* Landsl. b. at slæda, tali machina laetamen comminuere, *quod Recentioribus audit*, at slóda draga *s.* draga slóda á tun. *Metaphor.* at draga slóda, consequentias habere, incommoda secum adportare. 54. Kialar slódi *s.* Kialars slódi, Odini crates, scutum, *ex conjectura.* *J.* 246 *γ.* *Sed et* G. Pauli Kialarslóda *pro* naui *accipit*, *idque* (*si mentem ejus rectè coujicio*) *qu.* traham carinae *aut* carinâ instructam, *apellatione haud futili*, *quamquam minus vsitata*; *dicitque* Kialar slóda gný-stærenda *vocari posse* virum, *magis tamen* f. sl. glads stýranda *approbans.* *Vox est arctè cognata nostro* sledi, Dan. Slæde, Sv. släda, Germ. Schlitten, traha; AS. *slidan*, Sax. inf. schlittern, labi, decurrere; *nobis obs.* slidr, AS. *slid*, *slyd*, planus, aequus. *Holl.* sleuren, humi trahere; *pleraque ex* J. L Frischio.

Slønganbavgi, *m.* dissipator annulorum (aureorum), munificus, *cognomen viri.* 38. *Formatum ex* slongvaudi bavga, *alias* bavga slangvir; *vid.* Slavngvi.

Slota, (*Imperf.* slotti) inclinare, propendere, demissum esse; at láta slota hattinn. 32. *Hod.* slúti, slútti, slúta, id (*quod et quaed.* Cbh. *ut posterius notaui*, *praeferunt*). Slota *quoque* ad finem vergere, remittere, cessare, *vt plurimum de* tempestatibus, *notat*, *vnde* vedraslot, fiornslot; *&* *simpl.* slot, cessatio, finis; *Omnia ab* at lúta, inclinare, nutare, lot, cessatio, finis, *a* lá quies.

